

# Forgotten Books

— [www.forgottenbooks.com](http://www.forgottenbooks.com) —

Copyright © 2016 FB &c Ltd.

All rights reserved. No part of this publication may be reproduced, distributed, or transmitted in any form or by any means, including photocopying, recording, or other electronic or mechanical methods, without the prior written permission of the publisher, except in the case of brief quotations embodied in critical reviews and certain other noncommercial uses permitted by copyright law.

Annus XIII.

N. I.

Januarius

# EPHEMERIDES LITURGICAE

QUAS

PRESBYTERI VINCENTIANI SEU E CONGREGATIONE MISSARUM  
MODERANTUR REDIGUNT ADMINISTRANT

in Domo Romana Montis Citatorii prope Curiam Innocentii

(Via della Missione, 2)

Pergite, tu, dilecte fili. tuique in  
scribendo socii, pergite, ut facitis tam  
bonae de religione mereri, atque operam  
Nobis vestram summo in Ecclesiam  
obsequio probare.

(LEO PONTIF. XIII).

Fili hominis, pone cor tuum  
tribus tuis audi omnia, quae  
quor ad te de universis caere  
domus Domini, et de cunctis  
eius.

(EZECHIEL 44. 5)

## SUMMARIUM

Oratio, pag. 5.

Allocutio ad sacrae liturgiae studia au-  
gumentanda, pag. id.

Quaestiones Academiae Liturgicae Ro-  
manaе, pag. 12.

Questionum Liturgicorum solutio, pag. 26.

Breviora responsa, pag. 40.

Quaestiuncula super Missa priv-  
atim cantata, pag. 45.

Super Cyclo Paschali, difficultates  
responsa, pag. 50.

Solutio quaestionis pro mense D-  
ecembris 1898 propositae, pag. 58.

Quaestio solvenda pro mense martii  
1899, pag. 64.



## PUBLICATIO MENSILIS.

Preteritum annum, libellae decem pro Italia, undecim pro tota Europa  
Africa et America Septentrionalibus:

extra Europam, duodecim, Australia excepta, pro qua 13,50

Pro unoquoque numero Lib. 1,00.

ROMAE

LIBRERIA CATTOLICA INTERNAZIONALE

Desclée, Bachevalière & C<sup>o</sup>

20-21, Via di S. Chiara, 20-21.

1899

**Die pontificalen Gewänder des Abendlandes nach ihrer geschichtlichen Entwicklung von Ioseph Braun S. I. mit 27 in den getruckten abbildungen, unde einer Tufel.** — Freiburg in Breisgau Herder' sche Verlangshandlung 1898.

Opusculum istud, cuius titulus latine respondet : « Indumenta pontificalia Occidentis secundam historicam eorum evolutionem » alterius mense Maio nuper elapsi anni vulgati veluti prosecutionem format, eodemque proposito concinnatum: ut quidquid in laudem illius diximus, huic eodem iure applicari possit. De praecipuis primo agit Episcoporum indumentis, mitra, chirotechis, et sandaliis, inde de Archiepiscoporum pallio, de Papali Fanone et Subcinctorio. Opus multae prolixaeque patientiae, quod originem illorum inquirit, variasque formas saeculis nostro praecedentibus assumptas. Auctoris expositionem clariorem reddunt 27 incisiones atque in fine ex photographia desumpta tabula. Fontes citat, unde notitias hausit, quas peculiaribus studiis et animadversionibus suis absolutas facit. Pret. Mk. 2,80.

**Officium festorum Nativitatis et Epiphaniae Domini eorumque octavarum, necnon festorum eo tempore occurrentium ex Breviario et Missali Rom. pro maiori recitantium commoditate digestum.** Ratisbonae, Romae et Neo Eboraci. Sumpt. et typ. Friderici Pustet. S. Sedis Apost. et S. Rit. Congr. Typogr. 1899. Editionis perfectio nil acquirentibus, in suo genere, desiderandum relinquit. Pret. Libell. 2 solutum, 2,50 e-  
leganter religatum.

**Il Piccolo Ministro del Santuario** istruito nelle sacre Ceremonie secondo il Rito Romano, *previe alcune brevi nozioni sulla Gerarchia cattolica, Chiese e sacre suppellettili ecc.* per un Sacerdote Romano Cooperatore Salesiano.

Quanti intersit, ut adolescentes Ecclesiarum servitio addicti, et clericorum officio fungentes pro eorum capacitate sint instructi, ut tot liturgicae functiones, ordinariae, extraordinariae, pontificales in divini cultus honorem feliciter eveniant,

# EPHEMERIDES LITURGICAE

## PUBLICATIO MENSILIS

---

---

### OMINA

Fausta quaeque omnibus Consociatis nostris  
pro anno adventante 1899 adprecamur.

---

---

## ALLOCUTIO

**AD SACRAE LITURGIAE STUDIA AUSPICANDA**  
IN ROMANO PONTIFICIO ATHENAEO

AD S. APOLLINARIS

V IDUS NOVEMBRES MDCCCXCVIII.



*(Quam merito lectoribus gratissimam iudicavimus, ad subnotatum R. num Dom. pertinentem, Sacrae Liturgiae Professore nuper electum, praesentem allocutionem libenter evulgamus: ut sacrae Liturgiae praestantia magismagisque innotescat, illiusque colendae studium au-geatur).*

Permixtum formidine gaudium, lectissimi iuvenes, permixtum formidine gaudium intima cordis mei tetigit, cum primum nuncium ad me missum fuit, Virum Eminentissimum, qui merito vices in hac nostra alma Urbe Summi Pontificis gerit, ac sapientissime studiorum regimini in hoc Pontificio Athenaeo praest, mihi tantillo munus demandasse sacrae liturgicae doctrinae tradendae vobis, lectissimis Theologiae Facultatis Auditoribus. Gaudium sane, cum ex vehementi, qui me tenet, erga praefatam scientiam amorem, tum ex eo, quod Romani Cleri alumni aditum rursus, post annos complures, videbam pateferi, maiorum perillustres traditiones sectando, ad san-

cta Dei ministeria penitus investigando dignoscenda, digniusque pernoscendo obeunda. Formido vero, quia impar mihimetipsi videbar ad onus suscipiendum; legeram quippe, paucis ante diebus, ex divo Ambrosio, quod « *primus discendi ardor nobilitas est magistri* (De Virgin. l. 2.) ». Nunc quinam futurus ardor, ubi nulla nobilitas, imo nec vulgaris inveniatur peritia? Haec tamen cum animo cogitarem, illud opportune succurrit, quod ex beato Paulo, de mane in Missae Epistola perlegeram (erat dies festus Ss. Simonis et Iudae App.): « *Unicuique nostrum data est gratia secundum mensuram donationis Christi . . . ad consummationem Sanctorum in opus ministerii, in aedificationem Corporis Christi* (Ephes. II, 7-12) ». Quae verba tanquam mihi, ex divinae largitatis bonitate, ad animum erigendum missa suscepi, atque ita interpretatus sum, ac si dixerint: Ne formides onus suscipere, quod ad Christi famulos in opus sui ministerii erudiendos conducit, ex quo ipsius Christi Corpus, quod est fidelium Ecclesia, aedificatur; potens enim est Dominus os mutum aperire, et linguam tamquam infantis facere disertam.

Nec defuit ut adderet animos praelaudatus Eminentissimus, qui nomine tum proprio, tum Sanctissimi Domini nostri Papae, ad rem fidenter aggrediendam benigne est cohortatus.

Praeterea, non me quidem fefellit optima, quam de vobis mihi effinxi, opinio; ob quam novisse dabatur, agendum mihi fore cum humanissimis, piissimis, studiosissimis optimeque institutis iuvenibus, a quibus solatium omne, haud inaniter, sperare pro laboribus valerem.

Nec mirum, scio enim quam vobis cordi sit singulis vacare studiis, quibus iam iam caput vestrum circumdaturam Sacerdotalem coronam exornare possitis. Haec inter dignissimum illud revera est, quod hodie, summo fa-

vente Numine, auspicamur; cuius laudes, haud aegre emendicatis argumentis, sed uberrimo intrinseco atque extrinseco testimonio longe lateque panduntur.

Quid dicam? aut potius quid non dicam (deficiet enim prius praeconis facundia, quam rei copia) de tam excellenti disciplina, ut vestrum in eam iam desideriis conceptum ardorem magis magisque succendam? Rogo ut mecum aliquantisper animum intendatis in eius utilitatem, necessitatem, dignitatem atque praestantiam.

Sacrae Liturgiae studium Clero utile est. Quinam sane finis, ad quem totae illius vires sunt dirigendae? Nonne Dei gloria, propria sanctificatio, Ecclesiae aedificatio? Nunc autem ad tria haec assequenda recta ducit hoc studium. Novimus profecto, sacra Liturgia duce, quomodo oporteat omnia ad Deum dirigere, sive intima animae, sive corporalia. Novimus quomodo nostra sanctificatio operetur, unde digne accedere docemur ad fontem vitae semper plenum et superabundantem, ad fornacem ignis iugiter ardentis et nunquam deficientis. Novimus quomodo Ecclesiae aedificium extollatur, ex quo, illius maiestatem, sanctitatem, pulchritudinem ostendendo, fides roboratur, spes erigitur, augetur caritas, pietas solidatur, cor terrena despiciens, caelestium desiderio repletur. Hinc summa providit sapientia Tridentina Synodus fidelium emolumento, quod sacrosanctum Missae Sacrificium attinet, his verbis: « Ne oves Christi esuriant, neve parvuli panem petant, et non sit qui frangat eis; mandat sancta Synodus Pastoribus et singulis curam animarum gerentibus, ut frequenter inter Missarum celebrationem, vel per se vel per alios, ex iis quae in Missa leguntur aliquid exponant; atque inter cetera sanctissimi huius Sacrificii mysterium aliquod declarent, diebus praesertim dominicis et festis (Sess. XXII, Cap. 8) ». Hinc optime adseruit S. Lauren-

tius Iustinianus : « absque spirituali intelligentia et interiori gustu Caeremonias exercendo , ad perfectionis non ascendunt culmen (De Compunct. n. XXV) ».

Sacrae Liturgiae studium necessarium est. Primo ad ipsius Cleri instructionem ; secundo ad bonum Fidelium ; tertio ad inimicorum Dei conatus reprimendos.

Et quoad primum, tam divus Augustinus (1) quam angelicus Doctor (2), ignorantem quae ad eius statum vel officium spectant, aut sine quorum scientia non potest debitum actum recte exercere, de peccato insimulant. Utinam (dico cum eruditissimo *Cavalieri*) utinam haec saperent et intelligerent plurimi de Clero, qui sui status prorsus immemores, alienis toti incumbunt studiis, propria negligunt, suum pessumdant officium, et in divinorum legibus, quas ex munere scire manent adstricti, rudes penitus sunt, et ignorantiam usque gloriantur habere. Hos merito insectatus est Eminentissimus noster, in praeclara Allocutione apud Academiam Liturgicam Romanam olim habita (3), his verbis : « Liturgiae studia, ut nugas, nostri saeculi spernit levitas ! Sane miserandum saeculum, quod his perinscium disciplinis, in divina quaeque blasphemo obstrepat ore ! *Quaecumque ignorant blasphemant* (4) !... Pudeat maxime, quod in his spernendis disciplinis nonnulli quidem se immisceant ecclesiastici, aut pietatis languore aut scientiae defectu prolapsi. Hoc quidem plorandum, non tantum nobilissimarum disciplinarum detrimento, quarum cultui ingenium ac voluntatem poterant conferre, non tantum ecclesiastici spiritus iactura, cuius isti ad extranea distenti, prorsus obliti sunt, verum

(1) Lib. 1, Op. imp. n. 105.

(2) 1, 2 q. 76, a 2.

(3) Die 10 Nov. 1883.

(4) Ep. Iud. 10.

etiam populorum pernicie, quorum salus, iuxta S. Gregorii Magni sententiam, ex eo pendet, quod in opus ministerii adscitus, divina praecepta indesinenter studeat meditari ». Quamplura utique, quibus hi terreantur, in sacris Scripturis sanctisque Patribus passim haudquaquam desiderantur ; illud imprimis : *Maledictus homo, qui facit opus Dei negligenter !*

Quod autem necessarium sit sacrae Liturgiae studium ad bonum fidelium, ex eo patet, quod ubi sancte Sancta a Sacerdotibus tractantur, ubi scite ab iisdem populi instituuntur ad caelestia, fugantur vitia, florent virtutes, civitas Dei dilatatur. Similis cogitatio mentem non praeteriit ipsius Numae Pompilii Romae regis secundi, qui, ad civitatem communiendam, non vim, sed Religionem adhibuit ; eum quippe dicunt omnium Urbis religiosarum institutionum auctorem, eundemque Templi Iano dicati erectorem ; id vero quam feliciter operatus sit, rerum probavit eventus ; vectes enim Templi, tempore belli tantummodo aperiendi, longum regni sui cursum, trium nempe et quadraginta annorum, obserati permansere.

Tertio demum sacrae Liturgiae studium necessarium est, ad Dei inimicos superandos. *Quanta enim malignatus est inimicus in Sancto (1) ! In terra polluerunt tabernaculum nominis Dei (2) !* Et quare ? Ideo profecto, ut, corrupta et eliminata Liturgia, spreta in divini cultus formulis traditione, bello in id omne, quod sanctum est, concitato, effraenatae via licentiae pateat : « En idcirco (ait clarissimus Guéranger (3) , quae post naufragium liturgicae superfuerunt reliquiae per ignobilia atque impoli-

---

(1) Ps. LXXIII, 8.

(2) Ib. 7.

(3) Ad haer. in gen. obs.



ta ora deductae, omnibus poenitentiae sentibus expeditae, et quam pessime inter se coniunctae ad Hierarchiam penitus evertendam odiumque adversus Romam inexorabile in proditis nationibus exacerbandum ».

Hinc Lutherus Catholicos, tot sacrorum Rituum iugo suscepto, amentiae ac stoliditatis accusavit; hinc Calvinus ipsos Ritus ineptias, histrionicas res actusque scurriles appellavit; veterum Haereticorum digni nepotes, quorum alii, ut Manichaei, Donatistae, Ariani, contra Altaria et sacra vasa bellum gesserunt, alii, ut Pelagiani et Vigilantiani, sacras vestes atque universas Caeremonias insectati sunt; alii denique, ut Petrobusiani et Valdenses, vel ipsa sacrorum Rituum nomina, tamquam veneficia, et incantationes perhorruerunt; novorum Rationalistarum et Atheorum digni parentes, qui, supernaturali posthabito, sin minus superstitionis nota, divinum cultum mulctantes, anathematizant.

Super his plorabunt Sacerdotes, et merito; attamen ut quid sterilis ploratus? Oportet quidem ad opus admove-re manus, vim vi repellere! Plus hodie, quam praeterito tempore, Ecclesiae hostes armis dimicare contendunt, ab ipso Sanctorum promptuario acceptis; quae nisi noverit ecclesiasticus vir, quam strenue ab iis, seu perfido adhibeantur consilio, seu etiam corrumpantur, facile evenire posset, ut maxima cum sui ignominia et Ecclesiae damno superetur.

Sunt et quidam liturgicorum studiorum inimici, non ex malo, qui eos teneat, erga divinum cultum animo, sed ex nulla, quam habent, eorum existimationem, soliti ea considerare (ut ait clarissimus Magani) *quali ciarpami di Sagrestia*. Et hos oportet redargui; quod bene ille praestabit, qui dignitatem sacrae Liturgiae plane perspectam habuerit.

Et sane, maxima probatur sacrae huius disciplinae dignitas, si consideretur a quonam procedat auctore. Cito dicam : primus sacrae Liturgiae Auctor est ipse Deus. Nonne ipsemet posuit in cor priorum orbis habitatorum, ut sibi offerrent Sacrificium laudis ac ceterorum bonorum in suae maiestatis obsequium ? Nonne ipsemet auctor fuit caeremonialium veteris legis voluminum ? Nonne ipsemet Filium suum unigenitum misit, in plenitudine temporum, ut omnia instauraret, ac proinde *nudis et egenis clementis*, uti ea vocat Apostolus, et alios Ritus subrogaret, eosque tanta perfectione praeditos, ut eorum veritas antiquorum umbram fugarit, nec sensim sine sensu, sed repente, uti tenebras lux eliminat ?

Nec praetereundum est, dignitatem sacrae Liturgiae ex eo quoque procedere, quod inter scientias proprie dictas rite enumerari potest. Ut scientiae nomen cuidam disciplinae iure competat, innitatur necesse est supremis principiis, ex quibus ultimas conclusiones deducat ; nunc autem huiusmodi est liturgica disciplina, quippe quae fundamentalibus canonibus innititur, ex quibus logicas infert conclusiones. Nec sit qui miretur, gratuito me et *disciplinae* nomen sacrae Liturgiae studiis tribuisse ; cum enim divus Thomas, ex Aristotele, doceat, *disciplinam esse certam rerum et cognitionum ad unum finem collectionem*, hoc de illa probare ante debuissem. At quis est qui non videat quomodo multiplex, quae in sacris Ritibus habetur varietas, ad unum divini cultus finem contendat ?

(*Continuabitur*).

IO. BAPT. M.<sup>a</sup> Can. MENGHINI  
*Caeremoniarius Apostolicus*  
S. Liturgiae ad S. Apollinaris Professor

## QUAESTIONES ACADEMIAE LITURGICAE ROMANAE

### **Circa** « ADDENDA ET VARIANDA » **in Rubricis**

#### I.

Anselmus Rubricarum, maxime Breviarii, studiosissimus, recentem vocis « Tituli » additionem satis probare nescit: sive quia minus antiquitati conformem, sive quia loco suo nequaquam illi videtur posita, sive denique quia, Titulo addito, non intelligitur quare adhuc si-leatur Patronus. Et sane, inquit, Rubricas omnes et singulas, nempe tam generales quam speciales. si una simul conferas, perspectum statim habebis, non solum de Titulo Ecclesiae, verum etiam de loci Patrono, quando fieri debeat, agendam esse commemorationem. Id manifestum videtur e Tit. I. n. 1, ubi dicitur: « in festo Patroni . . . . loci, vel Titularis Ecclesiae »: e Tit. IV, n. 1. Rubricae antiquae, ubi legebatur: « nisi illud festum sit de principali Titulo.... vel Patrono alicuius Ecclesiae vel loci »; item e peculiari Rubrica de Suffragiis Sanctorum, quae ait: « De Patrono vel Titulari Ecclesiae fiat Com. etc. »: item ex aliis quoque locis constat, Titulum et Patronum una simul stare sem-

per. Quibus perpensis, nec tamen de suo sentiendi modo omnino securus, accuratiori studio animum adiiciens, haec secum *quaerit* :

1. *Quale sit in sensu liturgico praecipuum inter Patronum et Titulum discrimen, et num vi Rubricarum, quoties Titulus sit commemorandus, toties commemorari etiam Patronus debeat?*

2. *Quomodo in specie intelligenda sit peculiaris Rubrica « De Patrono vel Titulari Ecclesiae fiat com. consueta ante vel post commemorationes praedictas, pro dignitate illius » nempe, in sensu composito, an diviso?*

3. *Quid de singulis ab Anselmo obiectis?*

## SOLUTIO

---

**Ex dissertatione Rev. D. Friderici Delenda Pont. Collegii Urbani de Propag. Fide alumni, habita in Ecclesia Congregationis Missionis prope Curiam Innocentianam, die 23 Novembris 1898 ; acta Epitome per R. P. D. Hilarium Passerini.**

I. *Quale sit in sensu liturgico praecipuum inter Patronum et Titulum discrimen, et num vi Rubricarum, quoties Titulus sit commemorandus, toties commemorari etiam Patronus debeat?*

Ut rite primae quaestionis parti respondeamus, operis pretium est, quid sub nomine *Patroni* veniat, quid sub *Tituli*, definire. Exinde enim facile constabit, utrum discrimen existat et quale.

*Patroni* igitur nomine, sensu liturgico (ut alios quoscumque, qui ad rem nostram non pertinent, omittamus), ille Sanctus venit, qui ab incolis oppidi, civitatis, provinciae, regni, seu generatim loci cuiuslibet (unde et dicitur Patronus loci) eligitur, ut Christianum populum defendat in periculis, adiuvet in necessitatibus, sitque illius apud Deum perpetuus intercessor. Patroni, prout peculiarem locum respiciunt, vel ditionem totam, appellantur particulares, vel universales; quam distinctionem servandam voluit Urbanus VIII, unum dumtaxat statuens esse solemniter colendum in unoquoque loco, unum in unaquaque ditione, quae sit regnum vel provincia (Const. 13 Septemb. 1642).

Opportuna hic daretur occasio loquendi de modo quo Patronus eligi debet, discutiendi an plures esse possint, dicendi de ritu quo decoratur, etc.; at brevitatis gratia, his omissis, de Titulari agemus, de quo inquit casus noster.

Docent nos historiae profanae, gentiles solitos fuisse, sua Tempia variis nominibus distinguere, ut unum ab alio facile dignosci posset. Haec ratio, si utiliter habita est apud gentes, quanto magis apud nos utiliter habebitur, imo necessario, cum Tempia cuncta indiscriminatim uni Deo dicata, absque proprio adiecto nomine difficillime distinguerentur? Id perbelle a Guyeto explicatur: « Quod est homini baptizato nomen impositum, hoc idem est Ecclesiae dedicatae Patronus seu Titularis, quo ipsa nuncupatur, et ab aliis Ecclesiis proprio veluti nomine dignoscitur (*lib. 1, cap. IV*) ». Vox *Titulus*, prosequitur Guyetus, « a tuendo, hoc est indicando dicitur, quia nimirum rem, cui superscribitur, tuetur ac indicat ».

Haec vox antiquitate multa gaudet, eadem usa est S. Scriptura ad signum denotandum perpetuae memoriae.

Ita 2 Reg., *cap. XVII, 18* : « Absalon erexit sibi Titulum in monumentum nominis sui ». Liber Genesis pariter : « Surgens ergo Iacob mane tulit lapidem, quem supposuerat capiti suo, et erexit in Titulum, fundens oleum desuper (*Cap. XXVIII, 18*) ». Ecclesia vero, usque ab initio, vocare consuevit *Titulos* ea sacra loca, in quibus Fideles coadunabantur ad divina conficienda mysteria et Sacramenta suscipienda. Ait Meratus (*Sect. VIII, Cap. 5, n. 11* apud Gavantum), Titulos fuisse « illa loca sacra in quibus Christiani conveniebant ad sacras peragendas Synaxes, et sancta Ecclesiae Sacramenta e Sacerdotum manibus percipienda ». Cum autem coepit Ecclesia Tempia super loca Martyrum sanguine tincta aedificare, nomen ipsorum Martyrum Titulum dicebat. Celebre est illud Prudentii (*Hymn. 5. S. Vincentii*) : « Ne sit Sepulchrum — Quod plebs gregalis excolat — Titulumque figat Martyris ».

Notatu dignum est, antiquitus Ecclesias Apostolis dictas, dictas fuisse *Apostole*, Prophetis *Prophetea*, Martyribus *Martyria*. Recentiori aevo coeptum est dedicari Ecclesias non tantum Apostolis et Martyribus, sed cuicumque Sancto aut Mysterio. Agitata fuit quondam quaestio, an Mysteria et res sacrae dari possent tanquam Tituli Ecclesiis. Nunc tamen extra omnem dubitationem affirmativa tenenda est sententia, unde cum Gavanto dici potest : « Nomine Tituli Ecclesiae regulariter venit Sanctus ille, sive Angelus, sive homo, vel id Mysterium, vel quaecumque res sacra, sub cuius nomine fundata est, et vulgo appellatur Ecclesia (*Sect. VIII, cap. V, n. III*) ».

His notionibus praemissis, respondere possumus propositae quaestioni : quale sit in sensu liturgico praecipuum inter Patronum et Titulum discrimen ?

Notetur verbum *praecipuum* : quaeritur praecipua differentia ; implicite ergo admittitur alias extare secunda-

rias differentias, et merito. Una ex his differentiis esset, modus electionis, dum loci Patronus eligitur a populo loci consentiente Episcopo, et Titularis Ecclesiae eligitur fundatoris arbitrio. Alia differentia est quod qualitas Patroni magis pateat quam Titularis, ille sane pluribus Ecclesiis, nempe omnibus loci proprius est, hic vero Ecclesiae tantum, quae sub eius invocatione dedicata est. Praecipuam tamen differentiam, cum cl. Gavanto et optimis *Ephemerides Liturgicis*, in hoc agnoscimus, quod Patronus relationem exclusive habet ad locum, cuius protectionem habet, et Titulus exclusive ad Ecclesiam, quae ab eo nomen accipit. En verba laudatae Ephemeridis : « Quotiescumque Rubrica loquitur de Patrono, semper intelligendus Patronus loci, non Ecclesiae, et quotiescumque loquitur de Titulo vel de Titulari, intelligendus est Titularis Ecclesiae et non aliter ».

Haec olim distinctio non satis perspecta habebatur, unde magna, quae inter liturgicos Auctores reperitur, confusio. Iuxta Guyetum aliosque, datur Patronus loci et Patronus Ecclesiae, uti et Titularis loci et Titularis Ecclesiae. Hinc ille nonnulla sic inscribit capita : « Caput IV — De Patrono seu Titulo Ecclesiae ; Caput V—De Patrono seorsim a Titulo ; Caput VI — De Titulo seorsim a Patrono ; Caput VII — De Patrono seu Titulo loci ». Is tamen admittit hanc distinctionem inter Patronum et Titulum Ecclesiae, Patronum nempe dicere relationem ad personam, sive Angelum, sive Sanctum. Titulum seu Titularem referri potius ad mysterium vel ad rem sacram pertinentem Personae, v. gr. Trinitatem, Annuntiationem... Iuxta Cavalerium, datur Patronus tam loci quam Ecclesiae, ita ut possit recte dici S. Petrus Vaticanae Basilicae esse Patronus. Hic loquendi modus a quibusdam etiam recentioribus adhibitus est, v. gr. De Herdt, A Carpo . . .

At ad quamcumque aequivocationem vitandam, et ad rectam intelligentiam rerum, necessarium est hanc admittere distinctionem : quod nempe Patronus refertur exclusive ad locum, Titulus vero exclusive ad Ecclesiam.

Sed inspiciamus utrum huiusmodi distinctio in Rubricis fundetur. In Rubricis generalibus Breviarii novies invenitur nomen Patroni et Titularis : Titulo I. De Officio duplici, ubi dicitur faciendum Officium duplex « in Festo Patroni, unius vel plurium, alicuius loci, vel Titularis Ecclesiae ». Titulo IV. veterum Rubricarum, De Dominicis, legimus : « nisi illud Festum sit de principali Titulo vel Patrono alicuius Ecclesiae vel loci ». Titulo VII. De Octavis : « In Festo principalis Patroni et Titularis loci vel Ecclesiae ». Titulo III, ter ita dicitur : « de Patrono vel Titulari Ecclesiae »; ita pariter Titulis VI, IX etc. : in quibus non amplius invenitur vox *loci*, sed tantum : De Patrono vel Titulari Ecclesiae.

Itaque, si attente hae Rubricae perpendantur, primo intuitu patebit, eas debere intelligi de duobus Festis satis inter se distinctis, nempe de Patrono loci, et de Titulari Ecclesiae, uti ex I Titulo manifestum fit, ubi legitur : « Officium fit duplex . . , in Festo Patroni loci vel Titularis Ecclesiae ». Rubrica clare loquitur de Patrono loci et distincte de Titulari Ecclesiae ; cur ergo cum vocabulum non adiicit *loci* non debet subintelligi ? cur ceteris Titulis alius tribuetur sensus, diversus ab illo quem habet I. Titulus. Audiantur *Ephemerides Liturgicae* : « In locis supra citatis, in quibus loquitur Rubrica *de Patrono vel Titulo Ecclesiae*, vel loqui voluit de Patrono loci et de Titulari Ecclesiae in sensu disiuncto, vel de Patrono et Titulo Ecclesiae in sensu explicativo et coniuncto, nempe de Patrono Ecclesiae, quasi synonymo de Titulari Ecclesiae. Si primum, res perbelle et rectissime currit, et Rubrica



iis locis decrevit, uti par est, quid sit agendum tam de Patrono loci, quam de Titulari ecclesiae, et sic nullus datur locus dubio, ac lex perfecte explicatur. Si secundum, nempe si Rubrica iis in locis loqui voluit de *Patrono vel Titulo Ecclesiae* in sensu coniuncto et explicativo, quasi diceret de Patrono ecclesiae seu de Titulo ecclesiae, tum Rubrica munus suum non explevisset; et cum decernit quid sit agendum de Patrono Ecclesiae nihil dixisset de Patrono loci. Necessario ergo omnibus iis in locis Rubrica loqui voluit de *Patrono vel Titulo Ecclesiae* in sensu disiunctivo, scilicet de Patrono loci per antonomasiam dicto, nec non de Titulo Ecclesiae, et sic lex integra profertur (*Eph. Lit. an. 1895 pag. 301-302*). Nos vero Rubricis firmiter innitentes et doctrinae Gavanti, non cognoscimus nisi *Patronum loci et Titularem Ecclesiae*, et *Patronum Ecclesiae vel Titularem loci* prorsus respuimus. 1. quia inutilis voces, non enim necessarium est ad illas recurrere iure tam facili. 2. quia confusionem gerunt, et nisi multae explicationes proferantur, res, ex se tam clara, non parum obscura evadit. 3. quia non habet radicem in Rubricis (*ibid. pag. 301*) ».

At posset quis opponere, non semel in nonnullis S. R. C. Decretis vocem *Patronus* accipi in sensu *Patroni Ecclesiae*. Sed cum dictis Ephemeridibus respondemus: « 1. hac confusione magis usos fuisse in suis quaesitis postulatores quam S. R. C. 2. Quod si aliquando ipsa S. R. C. tali locutione usa fuit, hoc fecit iuxta petitiones. 3. Denique hanc confusionem si invenimus in Decretis Saeculi XVIII, in fine, et Saeculi XIX, in praecedentibus, quando scilicet Doctores non adhuc confusionem in hac re producerant nunquam invenimus ».

Alteram nunc quaestionis partem arripiamus. Quaeritur: Num vi Rubricarum quoties Titulus sit commemorandus, toties commemorari etiam Patronus debeat?



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

memorationem ; alias Rubrica exprimere debuisset etiam Patronum. Ergo, citra omnem dubitationem, quotiescumque Titularis commemoratur, non ideo commemorandus est etiam Patronus.

Id vero confirmatur a pluribus S. R. Congregationis Decretis. Horum nonnulla dicunt faciendam esse commemorationem *Titularis*, quin verbum habeant de *Patrono* ; alia volunt agendam illam tantum de *Titulari*, excludentia aliam *Patroni* ; quaedam docent fieri *posse* et illam de *Patrono* ; sunt et quae mandant, servandam esse *consuetudinem*, si quando existit, commemorandi etiam *Patronum*. Satis sit unum aut alterum referre :

Die 8 Aprilis anni 1856 Sacra Rituum Congregatio interrogata fuit : « An scilicet de Patrono Dioecesis fieri posset Commemoratio inter communia Sanctorum Suffragia? » Respondit : « *Posse*, sed minime cogendos qui recusaverint ». Ergo in Suffragiis potest fieri commemoratio de Patrono, sed in Suffragiis non solum potest, sed debet fieri illa de Titulari Ecclesiae; ergo non quotiescumque commemoratur *Titulus*, debet quoque fieri commemoratio de *Patrono*.

Habemus tamen aliud Decretum clarius se exprimens. In una Vapincenense (1) : quaeritur : « 1. An quoties in divino Officio locum habent Commemorationes Communes, seu Suffragia Sanctorum, fieri debeat Commemoratio de Patrono loci ? an de Titulari Ecclesiae ? an de utroque ? Et 2. An in Ecclesiis ubi Beatissima Virgo Maria est Titularis, sufficiat Commemoratio ipsius communis, vel potius fieri etiam debeat de peculiari Titulo, sub quo Eccle-

---

(1) Decretum istud expunctum est quidem , sed ob inutilitatem suam, e nova Collectione; apprime nihilominus cohaeret novissimo in illa inserendo, ut nil sui iuris amiserit. REDACTIO.

sia Deo dicata fuit in honorem ipsius Deiparae. Vel saltem hoc in casu, an addenda sit commemoratio Sancti Patroni loci ?

Et Sacra eadem Congregatio utrique Dubio satisfaciendum censuit per generale responsum : *Serventur Rubricae et Decreta*. Quum enim in Breviarii Romani Rubricis Titulo XXXV habeatur, quod facienda sit commemoratio de Titulari, vel Patrono Ecclesiae, liquido apparet nil faciendum de Patrono loci, nisi in casu quod simul sit Ecclesiae Titularis : quod pluries Sacra ipsa Congregatio definiit, ac praesertim de anno 1690, quarto Idus Iunii in una Ordinis Minorum Sancti Francisci de Observantia ad Dubium III... postquam ad Dubium II declaraverat, quod pro Beata Maria Virgine Titulari, quocumque demum sub speciali Titulo Ecclesia Deo in honorem Beatae Mariae Virginis dicata sit, sufficiat Commemoratio communis etc. prosequitur: Quae quidem Commemoratio communis Deiparae sufficit etiam quando Ecclesia nullum alium Sanctum in Contitularem habet, nam Patroni loci neque hoc in casu instituenda est commemoratio. Atque ita decernere rata est et declarare. Die 23 Septembris 1848.

Tandem iam datum est Decretum Generale S. R. Congregationis, quod nondum tamen publicatum fuit, in quo aperte dicitur in Suffragiis debere fieri commemorationem tantum de *Titulari*, et non de *Patrono* loci, excepto casu, quo aliqua adsit contraria legitima consuetudo. Ergo omni cum certitudine concludere possumus, vi Rubricarum non debere fieri commemorationem *Patroni loci*, quoties Titulus est commemorandus.

II. Quaeritur secundo : Quomodo in specie intelligenda sit peculiaris Rubrica « De Patrono vel Titulari Ecclesiae fiat com. consueta ante vel post commemorationes praedictas, pro dignitate illius », nempe, in sensu composito, an diviso.

Ex hucusque dictis, primo intuitu, videretur Rubrica interpretanda sensu diviso, quemadmodum in primi quaesitus explanatione dictum est ; unde Rubrica iuberet peragendam commemorationem tam de Patrono loci, quam de Titulo Ecclesiae ; namque, diximus, quoties invenimus in Rubricis *Patronus*, toties intelligimus Patronum loci, et quoties invenimus *Titularis*, toties intelligimus Titularem Ecclesiae. At eadem Rubrica, nec non quaedam S. R. Cong.nis Decreta, nos cogunt exceptionem circa generale principium ponere, et huic Rubricae sensum compositum tribuere. Unde dicendum, hanc novam Rubricam esse sumendam de solo *Titulo*, quia etiamsi verbum *Patrono* conservavit, id tantum fecit in gratiam veteris dicendi rationis, ne ulla suboriretur dubitatio, cum soliti fuerint plures Auctores distinctionem ponere inter *Mysterium* et *Sanctum* qui nomen darent Ecclesiae, Titulum vocantes *Mysterium*, Patronum *Sanctum*.

Hoc verum esse, ex ipsa Rubrica comprobatur, et praecise ex inciso *pro dignitate illius*. Aut enim Rubrica praecipit faciendam commemorationem solius Tituli, aut Tituli et simul Patroni loci. Si primum, incisum facile intelligitur ; si alterum, nullimode intelligi potest, quia si sunt duo commemorandi, dicere oportebat *pro dignitate illorum*, et non *pro dignitate illius*. Ceterum si intellexisset de solo Patrono, Titulum excludens, sibi contradixisset, cum aliis in locis Patronum non nominet, sed solum Titulum. Hoc autem certum est semper inter Suffragia debere fieri Tituli Ecclesiae commemorationem. Aliam suppeditat rationem Guyetus, cum, relata Gavanti sententia (*lib. III, Cap. XVII, quaest. IX*), ait : « Certe si vera esset opinio Gavanti, pessime concepta fuisset Rubrica : debuisset enim saltem sic poni : De Patrono loci et Titulari Ecclesiae fit Commemoratio. At cum vox loci utrobique non

habeatur, et utrobique particula *vel* Patronum disiungat a Titulari, ita ut non seorsim uterque ad diversa, sed alteruter ad idem pertineat, videlicet ad Ecclesiam: quis non iudicet tricari Gavantum, qui tenebras in tam clara luce offendit? Maneat itaque Rubricam unius dumtaxat praecipere Commemorationem, sive is sit Ecclesiae Patronus ut S. Stephanus . . . . sive Titulus aliquis puta SS. Trinitatis». Meratus vero commentans Gavantum dicit: «Quamvis difficillime a Gavanti nostri doctrina recedam, nihilominus in hoc casu ponderationes et rationes a Guyeto allatae cogunt me ad eiusdem potius, quam ad Gavanti, et aliorum sententiam amplectendam. Revera enim Rubrica unius tantum Commemorationem praecipit, non vero duorum ».

Ad hanc eandem conclusionem, quaedam ferunt S. R. Cong.nis Decreta.

In una Hispaniarum, die 17 Iunii, anno 1679, quaeritur: « Quisnam Sanctus nominandus sit in oratione *A cunctis* littera N. a Sacerdote celebrante: Patronusne principalis loci vel dioecesis, aut potius Titularis Ecclesiae, Oratorii . . . etc. in quibus celebrat? » Et Sacra Congregatio respondit: « Titularem tantum nominandum esse, et detur decretum in *Santandrien.* die 26 Ianuarii 1793 ». In hoc Decreto Sacra Congregatio exprimit apertissime suam mentem inquiens: « In qualibet Ecclesia nominandum esse Patronum, seu Titularem proprium eiusdem Ecclesiae ». Ergo in hoc Decreto verbum *Patronus* et *Titularis* adhibentur in sensu composito. Uno verbo vocabulum *Patronus* et *Titularis* sunt synonyma: quod erat probandum. Concludimus ergo cum De Herdt: « Verba Patronus vel Titulus Ecclesiae intelligenda sunt disiunctive, prout Ecclesiae competit vel qualitas Patroni, si dedicata sit alicui Sancto, vel qualitas Tituli, si dedicata sit Personae Divi-

nae, vel alicui Mystério, ita ut utroque casu facienda sit commemoratio Patroni vel Tituli, sed Ecclesiae tantum, non autem Patroni loci, qui in Rubricis non comprehenditur ».


Tandem animadvertere oportet, quod, ubi viget consuetudo commemorandi etiam Patronum loci, eiusmodi consuetudo servari debet; hoc autem probatur ex pluribus peculiaribus Decretis S. R. Cong.nis, et melius declarabitur ex Decreto generali propediem publicando.

### III. Quid de singulis ab Anselmo obiectis?

Anselmus non vult vocem *Titulus* adprobare, quae in novis Rubricis reperitur, ob tres rationes. Videamus utrum hae aliquid ponderis habeant, ut consideratione dignae sint. Prima est: quia vox *Titulus* minus antiquitati conformis est. Nil magis falsum! Vidimus enim in primi quaesitus solutione, hanc vocem esse antiquissimam, et ad prima Ecclesiae tempora referendam. Altera est: quia loco suo nequaquam illa videtur posita. Quaeramus ubi in Rubricis inveniatur. *Tit. I, n. 6* legimus: « Preces ad Primam et Completorium et Suffragia de S. Maria, S. Ioseph, Apostolis, Titulo et Pace ad Vesperas et Laudes non dicuntur in Officio duplici ». Et *Tit. VIII, n. 5*: « Dicuntur Preces dominicales ad Primam et Completorium, et fiunt Suffragia consueta de Sancto Ioseph, de Apostolis, de Titulo et de Pace etc. ». Titulus ergo ponitur post commemorationem Apostolorum. Anselmo hic locus non arridet, quia, dicit ille, accidere posset, quod Ecclesiae Titularis esset Persona divina, v. gr. Ss. Trinitas, vel Mysterium divinum, ex. gr. SS. Corpus Christi, et tali in casu, locus Titularis primus esse deberet, praecedere nimirum commemorationem B. Mariae V. Sed respondemus, hoc reipsa verum esse, at verum quoque esse quod, si Titulus est Persona vel Mysterium alterius dignitatis, locum

---

exciperet sive post B. Mariam et si esset Angelus , aut S. Ioannes Baptista, ante S. Iosephum, sive post S. Iosephum et Apostolos si esset alius ; unde dicendum, locum illum assignatum fuisse, quia et ut plurimum Titulus est de Sancto dignitate recensitis inferiore, et cum incertum sit, an prius an postea commemorandus sit, postremus locus post certos assignatus fuit, facile asportandus, iuxta notas praecedentiae leges. Tertia ratio haec est : « Titulo addito, non intelligitur quare adhuc sileatur Patronus », et adducit ad probandum, titulum I, n. 1, et tit. IV, n. 1, ac Rubricam de Suffragiis Sanctorum. Sed neque id aliquid valet ; supponit sane Anselmus, quod quotiescumque commemoratur Titularis, debeat etiam Patronus commemorari ; at hoc iam falsum demonstravimus in altera primi quaesitus parte. Quod autem spectat titulos ex quibus Anselmus suam tueri conatur sententiam, simpliciter notamus, in citatis locis nullimode sermonem esse de commemoratione Titularis vel Patroni ; quomodo ergo concludi potest : « non solum de Titulo Ecclesiae, verum etiam de loci Patrono, quando fieri debeat, agendam esse commemorationem » ? In his iisdem titulis, non tamen n. 1, sed 5 et 6, agitur revera de commemoratione, sed tantum *Tituli*. In Rubrica autem speciali de Suffragiis Sanctorum , uti iam demonstravimus in alterius quaestionis solutione , vocabulum *Patronus* synonymum est *Titularis* : unde patet eam intelligi debere de una Titularis commemoratione. Anselmum igitur sua in omnibus fefellit opinio.





## DUBIORUM LITURGICORUM SOLUTIO

I. *E Ravenna.* De calendario proprio a quodam Capitulo sequendo in Ecclesia pro tempore tamquam sua. Capitulum Ecclesiae Metropolitanae, ob reparationes in ea faciendas, transtulit officiaturam choralem in aliam Ecclesiam : quaeritur iuxta quod Calendarium facere debeat dictum Capitulum Conventualem Missam, iuxta suum, an potius iuxta Calendarium Ecclesiae ? Aliis verbis, Missa Conventualis respondere ne debet officio quod recitat in choro, an non ?

*Resp.* Missa Conventualis respondere debet officio calendarii, quod sequuntur Canonici. Res per se loquitur, si dictae Missae Conventualis obligatio consideretur. Ea enim, citra ullam controversiam, praecipuum inter munera choralia locum obtinet ; et quamvis ad Horas Canonicas non pertineat, est nihilominus de officio, et sub officii appellatione venit. Quinimo, non solum sub nomine officii divini comprehenditur ; sed veluti praecipuam illius partem constituit, quia omnes et singulae Horae Canonicae ad illam ordinantur, et sine qua proinde satis imperfectum mutilumque remaneret Officium. Ita ex iure, et, nemine dubitante, conveniunt omnes. Ea propter Missa conventualis in Ecclesiis Metropolitanis, uti et in Cathedralibus, quotidie celebranda est iuxta sacrorum Canonum sanctiones, quae adeo sunt perspicuae, ut nulla super iis oriri possit dubitatio. Satis sit citare Benedictum XIV in Constitutione **Cum semper oblatas** d. d. 19 Aug. 1774, § 11, et Decreta plura S. Cong.nis Concilii, quae videre est apud



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



eam conformem faciet Officio suo. Respondendum : duo esse posse in casu inconvenientia, ex quibus profecto minus est eligendum. Unum inconueniens in eo consistit, quod Missa Conventualis Officio Capituli conformis non respondeat Officio Parochi : alterum consisteret in mutilatione Officii choralis, quod attinet potiore illius partem. Patet autem, hoc adeo esse illo gravius, ut tolerari prorsus nequeat et evitari debeat. Ergo, nisi alium rem componendi modum Episcopo prudentia suggerat, inconueniens minoris gravitatis sufferatur ; sed Canonici munus suum adimpleant.

II. *E Neapoli. De loco Subdiaconi in Absolutione Sacerdotis defuncti, quando in altari principe asservatur Sacramentum.* In Absolutione praesente cadavere Sacerdotis, cum Subdiaconus cum cruce sistere debeat inter feretrum et altare, debetne se collocare in medio, etsi in altari principe asservetur Sacramentum, vel potius aliquantulum e cornu Evangelii, ne terga ad Sacramentum vertat ? In utroque autem casu quomodo se gerere debent Celebrans et Diaconus circa reverentias consuetas ?

*Resp.* 1. Praemittimus, in caeremoniis et ritibus exequendis ius positivum servandum est, convenientiae rationibus quandoque neglectis, quas cernere fortasse posset sapientia hominum : quippe quod non est praesumendum eas ignorasse legislatorem. Iam nunc inspiciamus, in casu proposito, primo ius istud positivum. Certe defuncti Sacerdotis pedes versus principalem Ecclesiae ingressum respicere debent, cum *caput* ipsius esse debeat *versus altare maius*. Celebrans autem consistere debet **contra crucem** Subdiaconi : qui *sistit*, iuxta Rubricam, **ad caput defuncti** (*V. Rit. Rom. Tit. VI, cap. 2. nu. 4 et 7*) Nunc autem, ita iubente Rubrica, sicut pedes laici, ita caput Sacerdotis defuncti, collocari debet directe contra altare maius. Cum autem Subdiaconus esse cum cruce debeat ad caput de-

functi, patet, ipsum Subdiaconum non posse, quin ad idem altare maius terga vertat. Haec liturgici iuris apertissima dispositio.

At ecce difficultas: Terga sic vertere ad altare princeps non decet. Sed nos reponimus: ius ita disponit, et non licet sustinere, indecentem esse dispositionem iuris. Tu vero urgebis: In altari maiori asservatur Sacramentum in tabernaculo; ergo consultius est, ut Subdiaconus sistat aliquantulum a cornu Evangelii. Et nos reponimus: 1. Rubrica Ritualis quare id non innuit, sed explicite notat, Subdiaconum sistere debere ad caput defuncti, seu, quod idem est, cum humeris contra altare maius? Sapientiores esse non debemus positivo iure, quod Ecclesia imponit. 2. Legislator sciebat, imo supponebat, Sacramentum asservari posse in maiori altari. Ait enim: « Tabernaculum.... in altari maiori, vel in alio, quod.... decentius videatur, sit collocatum (*Rit. Rom. Tit. IV, cap. 2. n. 6*). » Funera enim non solum in Collegialibus, sed in mere parochialibus Ecclesiis, frequenter agenda occurrunt; etsi illae in alio altari a maiori, istae in maiori potiusquam in alio exigunt Sacramentum. Ergo, ne legislatore sapientiores videamur, consultius sit servare legem et momenta negligere, quae afferri in contrarium possent.

Ut autem aliquid dicamus de hypothetica indecentiae ratione, observare liceat: 1. Sacerdos Missas faciens ad altare, ubi Sacramentum in tabernaculo reconditur, nonne toties terga vertit erga ipsum altare, quoties populum salutatur? Indecentia non supponitur, vel certe negligitur. 2. Pone, Sacramentum asservari in laterali altari, uti in Collegialibus Ecclesiis fieri debet, nunquid non videntur omnes chorales stantes ab uno latere terga vertere ad altare Sacramenti? Nonne et hic indecentia non admittitur,

vel certe negligitur? 3. Hic agitur de cruce, potiusquam de Subdiacono eam deferente; et satis est notum ratione crucis nunquam fieri genuflexionem Sacramento ab eo qui illam defert. Ex quo infertur indecentiam esse apparentem: ut sicut non dedecet crucem ante altare Sacramenti sic manere, ita nec dedeceat, ut humeros ex necessitate vertat Subdiaconus, qui eam defert. Hinc patet, neque huic dispositioni opponi posse Rubricam Missalis (*Tit. XIII, n. 4. Rit. celebr.*), iubentem ut Celebrans in Absolutione defuncti laici sistat aliquantulum *versus cornu Epistolae*, profecto ne terga vertat altari. Nam non agitur hic de Celebrante, sed de Subdiacono deferente crucem: quae crux cum duabus candelis, hinc inde per acolythos delatis, verum altare efformat, quod praecipue in casu attenditur, unde illius cruci debita reverentia praescribitur. Eapropter concludimus, in casu Subdiaconum se collocare debere ante crucem, in medio, non e latere, quamvis retro post se, plus minusve distans habeatur altare maius, in quo asservatur Sacramentum.

*Resp. 2.* Ex dictis palam sequitur, pro altari principe adesse aliud altare, e cruce efformatum et candelabris, cui debita reverentia, seu inclinatio a Celebrante et genuflexio a Diacono ac Caeremoniario facienda est. Altare vero princeps nullimode considerari potest, cui aliud suffectum fuit iuxta Rubricas. Consequenter Celebrans fere trum circumiens, et qui eum comitantur, fimbrias pluvialis elevantes, semel tantum reverentiam faciunt non vero bis, sicut accidit quando peragitur Absolutio pro defuncto laico, in qua Subdiaconus cum cruce ex adverso consistit.

III. *Ex eodem loco. De Missae conformitate cum officio.* In Domo N. pluries habentur externi Sacerdotes, secessui spirituali vacandi causa. Hi autem officium divinum

in communi recitant iuxta Calendarium dioecesis. Quaeritur: Cuinam Calendario eorum Missa respondere debeat, an dioecesis, an Communitatis, ad quam Ecclesia pertinet?

*Resp.* Dubitari de responsione certa atque indiscutibili non potest post Gen. Decretum de conformitate Missae cum officio. Namque Missa in Ecclesia vel Oratorio publico amplius non potest esse conformis officio Celebrantis, sed conformis esse debet officio Ecclesiae. Opponi, sed frustra posset, officium spirituali secessui vacantium recitari in communi et esse publicum: adeo ut illi videatur Missa debere esse conformis, non Ecclesiae Calendario, cui Communitas tantum subiicitur. Sed reponimus: Decretum Gen. super innutum praecipit, ut Missa conformis fiat officio Ecclesiae, ergo conformis esse nequit officio Celebrantium. Recitatur in communi ratione spiritualis secessus, estque indubie, etiam ex dicta ratione publicum; sed nihil officit, cum dictum officium non sit officium Ecclesiae. Haec enim non ad Presbyteros spectat, qui secessui spirituali vacant, sed Communitati, in cuius domo iidem Sacerdotes in dictum secessum incumbunt. Ergo hospites, in Missa saltem, hospitantibus se subiiciant, Missamque celebrent hospitantium Calendario conformem.

Sed liceat hic quaerere: Quanam de causa Sacerdotes externi officium recitant proprio Calendario, et non Calendario Communitatis, in qua recipiuntur, conformem? Hoc non intelligimus; cum iustum non sit dominorum more se gerere in domo domini. Indubie privilegium viget, quod universaliter in praxi tenetur, ut qui in domibus Presbyterorum Missionis, uti etiam in aliis, secessui spirituali vacant, Calendario eorum Presbyterorum utantur: quare autem tale negligitur privilegium? Nescimus. Si poneretur in praxi, res melius procederet, hospites et hospitantes per-

Ex hucusque dictis, primo intuitu, videretur Rubrica interpretanda sensu diviso, quemadmodum in primi quaesitus explanatione dictum est ; unde Rubrica iuberet peragendam commemorationem tam de Patrono loci, quam de Titulo Ecclesiae ; namque, diximus, quoties invenimus in Rubricis *Patronus*, toties intelligimus Patronum loci, et quoties invenimus *Titularis*, toties intelligimus Titularem Ecclesiae. At eadem Rubrica, nec non quaedam S. R. Cong.nis Decreta, nos cogunt exceptionem circa generalem principium ponere, et huic Rubricae sensum compositum tribuere. Unde dicendum, hanc novam Rubricam esse sumendam de solo *Titulo*, quia etiamsi verbum *Patrono* conservavit, id tantum fecit in gratiam veteris dicendi rationis, ne ulla suboriretur dubitatio, cum soliti fuerint plures Auctores distinctionem ponere inter *Mysterium* et *Sanctum* qui nomen darent Ecclesiae, Titulum vocantes *Mysterium*, Patronum *Sanctum*.

Hoc verum esse, ex ipsa Rubrica comprobatur, et praecise ex inciso *pro dignitate illius*. Aut enim Rubrica praecipit faciendam commemorationem solius Tituli, aut Tituli et simul Patroni loci. Si primum, incisum facile intelligitur ; si alterum, nullimode intelligi potest, quia si sunt duo commemorandi, dicere oportebat *pro dignitate illorum*, et non *pro dignitate illius*. Ceterum si intellexisset de solo Patrono, Titulum excludens, sibi contradixisset, cum aliis in locis Patronum non nominet, sed solum Titulum. Hoc autem certum est semper inter Suffragia debere fieri Tituli Ecclesiae commemorationem. Aliam suppeditat rationem Guyetus, cum, relata Gavanti sententia (*lib. III, Cap. XVII, quaest. IX*), ait : « Certe si vera esset opinio Gavanti, pessime concepta fuisset Rubrica : debuisset enim saltem sic poni : De Patrono loci et Titulari Ecclesiae fit Commemoratio. At cum vox loci utrobique non

habeatur, et utrobique particula *vel* Patronum disiungat a Titulari, ita ut non seorsim uterque ad diversa, sed alteruter ad idem pertineat, videlicet ad Ecclesiam: quis non iudicet tricari Gavantum, qui tenebras in tam clara luce offendit? Maneat itaque Rubricam unius dumtaxat praecipere Commemorationem, sive is sit Ecclesiae Patronus ut S. Stephanus . . . . sive Titulus aliquis puta SS. Trinitatis». Meratus vero commentans Gavantum dicit: «Quamvis difficillime a Gavanti nostri doctrina recedam, nihilominus in hoc casu ponderationes et rationes a Guyeto allatae cogunt me ad eiusdem potius, quam ad Gavanti, et aliorum sententiam amplectendam. Revera enim Rubrica unius tantum Commemorationem praecipit, non vero duorum ».

Ad hanc eandem conclusionem, quaedam ferunt S. R. Cong.nis Decreta.

In una Hispaniarum, die 17 Iunii, anno 1679, quaeritur: « Quisnam Sanctus nominandus sit in oratione *A cunctis* littera N. a Sacerdote celebrante: Patronusne principalis loci vel dioecesis, aut potius Titularis Ecclesiae, Oratorii . . . etc. in quibus celebrat? » Et Sacra Congregatio respondit: « Titularem tantum nominandum esse, et detur decretum in *Santandrien.* die 26 Ianuarii 1793 ». In hoc Decreto Sacra Congregatio exprimit apertissime suam mentem inquiens: « In qualibet Ecclesia nominandum esse Patronum, seu Titularem proprium eiusdem Ecclesiae ». Ergo in hoc Decreto verbum *Patronus* et *Titularis* adhibentur in sensu composito. Uno verbo vocabulum *Patronus* et *Titularis* sunt synonyma: quod erat probandum. Concludimus ergo cum De Herdt: « Verba Patronus vel Titulus Ecclesiae intelligenda sunt disiunctive, prout Ecclesiae competit vel qualitas Patroni, si dedicata sit alicui Sancto, vel qualitas Tituli, si dedicata sit Personae Divi-



nae, vel alicui Mystero, ita ut utroque casu facienda sit commemoratio Patroni vel Tituli, sed Ecclesiae tantum, non autem Patroni loci, qui in Rubricis non comprehenditur ».

Tandem animadvertere oportet, quod, ubi viget consuetudo commemorandi etiam Patronum loci, eiusmodi consuetudo servari debet; hoc autem probatur ex pluribus peculiaribus Decretis S. R. Cong.nis, et melius declarabitur ex Decreto generali propediem publicando.

### III. Quid de singulis ab Anselmo obiectis?

Anselmus non vult vocem *Titulus* adprobare, quae in novis Rubricis reperitur, ob tres rationes. Videamus utrum hae aliquid ponderis habeant, ut consideratione dignae sint. Prima est: quia vox *Titulus* minus antiquitati conformis est. Nil magis falsum! Vidimus enim in primi quaesitus solutione, hanc vocem esse antiquissimam, et ad prima Ecclesiae tempora referendam. Altera est: quia loco suo nequaquam illa videtur posita. Quaeramus ubi in Rubricis inveniatur. *Tit. I, n. 6* legimus: « Preces ad Primam et Completorium et Suffragia de S. Maria, S. Ioseph, Apostolis, Titulo et Pace ad Vesperas et Laudes non dicuntur in Officio duplici ». Et *Tit. VIII, n. 5*: « Dicuntur Preces dominicales ad Primam et Completorium, et fiunt Suffragia consueta de Sancto Ioseph, de Apostolis, de Titulo et de Pace etc. ». Titulus ergo ponitur post commemorationem Apostolorum. Anselmo hic locus non arridet, quia, dicit ille, accidere posset, quod Ecclesiae Titularis esset Persona divina, v. gr. Ss. Trinitas, vel Mysterium divinum, ex. gr. SS. Corpus Christi, et tali in casu, locus Titularis primus esse deberet, praecedere nimirum commemorationem B. Mariae V. Sed respondemus, hoc reipsa verum esse, at verum quoque esse quod, si Titulus est Persona vel Mysterium alterius dignitatis, locum



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

## DUBIORUM LITURGICORUM SOLUTIO



I. *E Ravenna.* De calendario proprio a quodam Capitulo sequendo in Ecclesia pro tempore tamquam sua. Capitulum Ecclesiae Metropolitanae, ob reparationes in ea faciendas, transtulit officiatuam choralem in aliam Ecclesiam : quaeritur iuxta quod Calendarium facere debeat dictum Capitulum Conventualem Missam, iuxta suum, an potius iuxta Calendarium Ecclesiae ? Aliis verbis, Missa Conventualis respondere ne debet officio quod recitat in choro, an non ?

*Resp.* Missa Conventualis respondere debet officio calendarii, quod sequuntur Canonici. Res per se loquitur, si dictae Missae Conventualis obligatio consideretur. Ea enim, citra ullam controversiam, praecipuum inter munera choralia locum obtinet ; et quamvis ad Horas Canonicas non pertineat, est nihilominus de officio, et sub officii appellatione venit. Quinimo, non solum sub nomine officii divini comprehenditur ; sed veluti praecipuam illius partem constituit, quia omnes et singulae Horae Canonicae ad illam ordinantur, et sine qua proinde satis imperfectum mutilumque remaneret Officium. Ita ex iure, et, nemine dubitante, conveniunt omnes. Ea propter Missa conventualis in Ecclesiis Metropolitanis, uti et in Cathedralibus, quotidie celebranda est iuxta sacrorum Canonum sanctiones, quae adeo sunt perspicuae, ut nulla super iis oriri possit dubitatio. Satis sit citare Benedictum XIV in Constitutione **Cum semper oblatas** d. d. 19 Aug. 1774, § 11, et Decreta plura S. Cong.nis Concilii, quae videre est apud

Zamboni (*Tom. I, Canonici, § IV et alibi*), uti etiam apud Pallottini etc. etc. Quare, cum in praefatis Ecclesiis Officium divinum quotidie recitandum praecipitur, etiam Missa Conventualis quotidie celebranda est. Neminem autem latet, Missam dicere *conventualem* idem esse ac dicere: Missam *currenti officio conformem*. Adeo ut haec Missa neque pro alia votiva, fundata, de requie, aut ob contrariam consuetudinem, vel paucitatem Canonorum, aut tenuitatem reddituum omitti possit, uti constat ex pluribus S. C. Cong. nis resolutionibus.

His positis, quid ponderis habere valet ratio in casu de una Ecclesia, ob necessarias reparationes in aliam mutata, ad effectum omittendi Missam de Officio currenti, quae sola Conventualis esse potest, ut alia celebretur, quae alii Officio, seu Ecclesiae mutatae, respondeat? Nihil prorsus, credimus. Ecclesia mutata pro Canonorum Collegio non potest, *hic et nunc saltem*, uti aliena considerari, sed censi omnino debet tamquam propria: adeo ut Calendarium Capituli evadat eiusdem Ecclesiae, in qua choralis officio satisfacit, proprium. Ratio est, quia omnino praesumendum, Ecclesiam antiquae reparandae suffectam, sive ex urbanitate Rectoris, sive ex voluntate Episcopi, sive ex utraque ratione, sive denique ex necessitate rei, iuri suo cedere debuisse. Rector enim illius Ecclesiae praetendere nequibat, Canonorum Collegium renuntiare potuisse iuri et oneri suo Officium *integrum* in choro recitandi, consequenter et Missam Conventualem illi respondentem. Episcopus item permittere non poterat, ut in hac altera Ecclesia idem Officium veluti dimidiarent Canonici, eius potiore partem, quae Missa Conventualis est, omittendo; idque, quia necessitas omnino postulabat.

At dices: inconveniens est, ut Missam Conventualem faciant Canonici eorum Officio conformem, dum Rector

eam conformem faciet Officio suo. Respondendum : duo esse posse in casu inconvenientia, ex quibus profecto minus est eligendum. Unum inconueniens in eo consistit, quod Missa Conventualis Officio Capituli conformis non respondeat Officio Parochi : alterum consisteret in mutilatione Officii choralis, quod attinet potiore illius partem. Patet autem, hoc adeo esse illo gravius, ut tolerari prorsus nequeat et evitari debeat. Ergo, nisi alium rem componendi modum Episcopo prudentia suggerat, inconueniens minoris gravitatis sufferatur ; sed Canonici munus suum adimpleant.

II. *E Neapoli.* **De loco Subdiaconi in Absolutione Sacerdotis defuncti, quando in altari principe asservatur Sacramentum.** In Absolutione praesente cadavere Sacerdotis, cum Subdiaconus cum cruce sistere debeat inter feretrum et altare, debetne se collocare in medio, etsi in altari principe asservetur Sacramentum, vel potius aliquantulum e cornu Evangelii, ne terga ad Sacramentum vertat? In utroque autem casu quomodo se gerere debent Celebrans et Diaconus circa reverentias consuetas?

*Resp.* 1. Praemittimus, in caeremoniis et ritibus exequendis ius positivum servandum est, convenientiae rationibus quandoque neglectis, quas cernere fortasse posset sapientia hominum : quippe quod non est praesumendum eas ignorasse legislatorem. Iam nunc inspiciamus, in casu proposito, primo ius istud positivum. Certe defuncti Sacerdotis pedes versus principalem Ecclesiae ingressum respicere debent, cum *caput* ipsius esse debeat *versus altare maius*. Celebrans autem consistere debet **contra crucem** Subdiaconi : qui *sistit*, iuxta Rubricam, **ad caput defuncti** (*V. Rit. Rom. Tit. VI, cap. 2. nu. 4 et 7*) Nunc autem, ita iubente Rubrica, sicut pedes laici, ita caput Sacerdotis defuncti, collocari debet directe contra altare maius. Cum autem Subdiaconus esse cum cruce debeat ad caput de-

functi, patet, ipsum Subdiaconum non posse, quin ad idem altare maius terga vertat. Haec liturgici iuris apertissima dispositio.

At ecce difficultas : Terga sic vertere ad altare princeps non decet. Sed nos reponimus : ius ita disponit, et non licet sustinere, indecentem esse dispositionem iuris. Tu vero urgebis : In altari maiori asservatur Sacramentum in tabernaculo ; ergo consultius est, ut Subdiaconus sistat aliquantulum a cornu Evangelii. Et nos reponimus : 1. Rubrica Ritualis quare id non innuit, sed explicitè notat, Subdiaconum sistere debere ad caput defuncti, seu, quod idem est, cum humeris contra altare maius? Sapientiores esse non debemus positivo iure, quod Ecclesia imponit. 2. Legislator sciebat, imo supponebat, Sacramentum asservari posse in maiori altari. Ait enim : « Tabernaculum.... in altari maiori, vel in alio, quod.... decentius videatur, sit collocatum (*Rit. Rom. Tit. IV, cap. 2. n. 6*). » Funera enim non solum in Collegialibus, sed in mere parochialibus Ecclesiis, frequenter agenda occurrunt ; etsi illae in alio altari a maiori, istae in maiori potiusquam in alio exigunt Sacramentum. Ergo, ne legislatore sapientiores videamur, consultius sit servare legem et momenta negligere, quae afferri in contrarium possent.

Ut autem aliquid dicamus de hypothetica indecentiae ratione, observare liceat: 1. Sacerdos Missas faciens ad altare, ubi Sacramentum in tabernaculo reconditur, nonne toties terga vertit erga ipsum altare, quoties populum salutatur? Indecentia non supponitur, vel certe negligitur. 2. Pone, Sacramentum asservari in laterali altari, uti in Collegialibus Ecclesiis fieri debet, nunquid non videntur omnes chorales stantes ab uno latere terga vertere ad altare Sacramenti? Nonne et hic indecentia non admittitur,

vel certe negligitur? 3. Hic agitur de cruce, potiusquam de Subdiacono eam deferente; et satis est notum ratione crucis nunquam fieri genuflexionem Sacramento ab eo qui illam defert. Ex quo infertur indecentiam esse apparentem: ut sicut non dedecet crucem ante altare Sacramenti sic manere, ita nec dedeceat, ut humeros ex necessitate vertat Subdiaconus, qui eam defert. Hinc patet, neque huic dispositioni opponi posse Rubricam Missalis (*Tit. XIII, n. 4. Rit. celebr.*), iubentem ut Celebrans in Absolutione defuncti laici sistat aliquantulum *versus cornu Epistolae*, profecto ne terga vertat altari. Nam non agitur hic de Celebrante, sed de Subdiacono deferente crucem: quae crux cum duabus candelis, hinc inde per acolythos delatis, verum altare efformat, quod praeipue in casu attenditur, unde illius cruci debita reverentia praescribitur. Eapropter concludimus, in casu Subdiaconum se collocare debere ante crucem, in medio, non e latere, quamvis retro post se, plus minusve distans habeatur altare maius, in quo asservatur Sacramentum.

*Resp. 2.* Ex dictis palam sequitur, pro altari principe adesse aliud altare, e cruce efformatum et candelabris, cui debita reverentia, seu inclinatio a Celebrante et genuflexio a Diacono ac Caeremoniario facienda est. Altare vero princeps nullimode considerari potest, cui aliud suffectum fuit iuxta Rubricas. Consequenter Celebrans fere trum circumiens, et qui eum comitantur, fimbrias pluvialis elevantes, semel tantum reverentiam faciunt non vero bis, sicut accidit quando peragitur Absolutio pro defuncto laico, in qua Subdiaconus cum cruce ex adverso consistit.

III. *Ex eodem loco. De Missae conformitate cum officio.* In Domo N. pluries habentur externi Sacerdotes, secessui spirituali vacandi causa. Hi autem officium divinum

in communi recitant iuxta Calendarium dioecesis. Quaeritur: Cuinam Calendario eorum Missa respondere debeat, an dioecesis, an Communitatis, ad quam Ecclesia pertinet?

*Resp.* Dubitari de responsione certa atque indiscutibili non potest post Gen. Decretum de conformitate Missae cum officio. Namque Missa in Ecclesia vel Oratorio publico amplius non potest esse conformis officio Celebrantis, sed conformis esse debet officio Ecclesiae. Opponi, sed frustra posset, officium spirituali secessui vacantium recitari in communi et esse publicum: adeo ut illi videatur Missa debere esse conformis, non Ecclesiae Calendario, cui Communitas tantum subiicitur. Sed reponimus: Decretum Gen. super innutum praecipit, ut Missa conformis fiat officio Ecclesiae, ergo conformis esse nequit officio Celebrantium. Recitatur in communi ratione spiritualis secessus, estque indubie, etiam ex dicta ratione publicum; sed nihil officit, cum dictum officium non sit officium Ecclesiae. Haec enim non ad Presbyteros spectat, qui secessui spirituali vacant, sed Communitati, in cuius domo iidem Sacerdotes in dictum secessum incumbunt. Ergo hospites, in Missa saltem, hospitantibus se subiiciant, Missamque celebrent hospitantium Calendario conformem.

Sed liceat hic quaerere: Quanam de causa Sacerdotes externi officium recitant proprio Calendario, et non Calendario Communitatis, in qua recipiuntur, conformem? Hoc non intelligimus; cum iustum non sit dominorum more se gerere in domo domini. Indubie privilegium viget, quod universaliter in praxi tenetur, ut qui in domibus Presbyterorum Missionis, uti etiam in aliis, secessui spirituali vacant, Calendario eorum Presbyterorum utantur: quare autem tale negligitur privilegium? Nescimus. Si poneretur in praxi, res melius procederet, hospites et hospitantes per-



fecte concordarent tam in officio, quam in Missa, et nulli daretur querelae locus. Addas velim, aliquem e domo Directoris officio debere fungi, consequenter officii recitationi Presbyterorum externorum necessario praeesse. Quomodo autem se hic geret? Suum ne relinquet Calendarium, ut sequatur Calendarium illorum? Hoc profecto omni foret censura dignum, et Director, quod peius est, non satisfaceret. Quid igitur? Negotium pro nobis in aprico est: Externi, in casu subditi, iuxta Calendarium domus officium recitent, relicto tunc temporis proprio, Missamque eidem officio conformem faciant. Utcumque res sit, certum exploratumque est, dictos Presbyteros nullo pacto posse in Missa sequi Calendarium Dioecesis, sed teneri sequi Calendarium Ecclesiae in qua celebrant. Imo nec ipse Rector Communitatis vel Ecclesiae id permittere posset, sicut nec ipse E. mus Archiepiscopus; cum omnes teneantur citra controversiam parere Decretis Generalibus Congregationis Sacrorum Rituum.

**IV. *E Barcinone.* De iure celebrandi in Oratorio privato non cessante sine causa.** Titius Sacerdos habet facultatem celebrandi in oratorio privato; sed in vulgo ubi oratorium est, Parochus habet facultatem binandi in festis de praecepto, si alius Sacerdos non adsit; debetne Titius celebrare in oratorio publico, ut Parochus non celebraturus sit duas Missas in ipso die?

*Resp.* Negative. Facultas, seu privilegium faciendi Missam in Oratorio privato datur Sacerdoti, vel pro sua privata, vel pro utilitate familiae. Limites, sub quibus conceditur privilegium, notos ponimus ipsi privilegiato. Quoadusque proinde dictum privilegium non fuit revocatum, et limites eiusdem privilegii servantur, nemo ius habet privilegiatum impediendi ab usu privilegii, quod illi concessum est. Nunc autem patet, praefatum privile-



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



dito ; sunt tamen quidam qui dicunt, non obstante ritu potiori et proprietate huius festi, istud debere transferri, et in posterum applicandum noviss. Decr. S. R. C. 11 Dec. 1897, proindeque agendum die 5 Iulii festum S. Antonii Mariae Zaccaria. — Quid iuris ?

*Resp.* Cum de duobus festis agatur, in casu, pro quibus eadem dies videtur statuta a Sancta Sede, doctrinam consulimus, quam alibi Ephemerides tradiderunt, licet non sub forma Decreti, quod tamen suo tempore in tertio Volumine novae Collectionis Decretorum inserendum erit. At praefata doctrina per integrum lecta et perpensa, conclusimus eam ad casum nostrum applicari non posse. Namque illa respicit duos Sanctos, vel duo officia in eadem diem incidentia ; et casus noster respicit (quod apprime perpendendum est) alterum festum in die sua propria seu *natalitia*, alterum vero in die, quae erat quidem propria, *quasi-natalitia*, sed impraesenti nihil est amplius.

Et sane dies 5 Iulii pro Ss. Cyrillo et Methodio assignata fuit a Sancta Sede, eratque dies mutata, diei scilicet natalitiae subrogata, et appellabatur *quasi-natalitia*. Verum, beato Antonio Zaccaria inter Sanctos relato, pro quo dies 5 Iulii est vere natalitia, eiusque festo ad universalem Ecclesiam extenso, Sancta Sedes diem praefatam, quae vere propria est, pro illo statuit. Cumque festum Ss. Cyrilli et Methodii ad universam quoque pertineat Ecclesiam, eadem S. Sedes coacta fuit diem 5 Iulii mutare in aliam, nempe in 7 eiusdem mensis, ad nihilum redigens primam. Hoc idem fecit alias eadem suprema Auctoritas pro festo S. Dominici Conf., quod olim die 6 Augusti colebatur, quam diem pro universa Ecclesia iussu Pauli Pp. IV in diem 4 eiusdem mensis mutata fuit. Sicut ergo dies 6 Augusti nihil est amplius pro S. Dominico, ita nihil pariter amplius est pro Ss. Cyrillo et Methodio dies

5 Iulii. Non ergo agitur, in praesenti casu, de occurrentia duorum festorum ; quia alterum occurrit die 5 Iulii , alterum die 7 eiusdem mensis, proindeque nequeunt occurrere. Quid ergo consequitur ? S. Antonium celebrandum esse die 5 et Ss. Cyrillum et Methodium die 7 Iulii: res in-aprico est. Ratio per consequens potioris ritus, etsi I. classis esset, ratio solemnitatis etc. nihil prorsus valent, ut hoc festum illi praeferatur.

Si ageretur de festo, quod praefata die 5 Iulii alicubi recoleretur, essetque dies *natalitia* aut *quasi natalitia*, ratio potioris ritus et dignitatis plurimum influeret, ut novo recentiori festo praeferretur ; sed agitur de festo, pro quo dies statuta et *quasi-natalitia* est 7 Iulii : quomodo ergo praeferri potest alteri in die 5 dicti mensis ? Talis esset inordinatio, ut sustineri nequiret. Etenim pone, die 5 fieri de Ss. Cyrillo et Methodio, et die 7 de S. Antonio: quid haberetur ? Uterque Sanctus extra diem suam : quod est contra morem Ecclesiae, quae exigit, ut quantum fieri potest, unumquodque festum die sua celebretur. Videat ergo adm. Rev. consulens, rem se petere, quam nobis concedere non licet.

Animadvertat ceterum, diem *quasi-natalitiam* diei *natalitiae* aequiparari, utpote quod S. Sedes in illam, suprema potestate sua, transferat omnia iura diei *natalitiae* : adeo ut universa Ecclesia talem diem festum habere et considerare debeat, etiamsi festum patronale in illa celebrari deberet. Ita est ex. gr. de S. Dominico, de S. Vincentio a Paulo, de S. Paulo a Cruce, de S. Ambrosio, aliisque pluribus. Quare ergo Ss. Cyrillus et Methodius recolendi essent die 5 Iulii, quae nec *natalitia*, nec *quasi-natalitia*, nec *assignata*, nec *translata* esse potest ? Non *natalitia*, et patet : non *quasi-natalitia*, quia S. Sedes eam non statuit : non *assignatam* nec *translatam*, quia assi-

gnatio et translatio fit post festum, non ante, uti esset in casu. Sit conclusio finalis : Die 5 Iulii pro S. Antonio Zaccaria non potest, ut in casu, celebrari festum Ss. Cyrilli et Methodii, qui pro die quasi-natalitia habet diem 7 eiusdem mensis.

VI. *E Gallia. De Missa lecta pro paupere defuncto in die obitus vetita.* Licetne, post recentiora Decreta, Missam legere in dup. II classis, pro paupere defuncto in die obitus? Ephemeris « L'ami du Clergé » id docet tamquam certum; additque Decretum recens id permittens esse clarum « le texte est clair (pag. 1104, col. 2) ».

*Resp.* Negative; quia, sicut antiqua Decreta dictam Missam vetabant, ita nullum ex recentioribus, saltem evulgatis, eam permittit. Sequens autem propositio nobilis Ephemeridis gallicae « les privilèges de la Messe chantée sont accordés désormais dans les mêmes circonstances à la Messe basse, excepté toutefois les jours de fêtes de 1. classe et les fêtes de precepte » omnia veritatis elementa non continet. Nam a) Decretum Gen. **Aucto**, cui propositio innotitur, et in cuius ipsamet inscripta die errat Ephemeris gallica, non loquitur de Missa privata, sed de *Missis privatis*. Hic loquendi modus Decreti satis eloquenter praedicat, nullimode agi de unica Missa privata pro defuncto paupere, ut in casu nostro. b) Hae Missae privatae locum habere nequeunt, iuxta aliud Decretum recens, nisi habeatur etiam Missa exequialis, seu cum cantu. Quod apertius iterum ostendit, dispositionem Decreti applicari non posse ad unicam Missam pro paupere defuncto, quippe quae prorsus excludit Missam cum cantu. Hinc falsitate laborat consequens, nempe: « On peut donc à une fête de 2 classe dire la Messe basse... (*Loc. sup. cit.*) ».

Ad hoc praefatum consequens ulterius probandum nobilis Ephemeris gallica citat Decretum d. d. 28 Ian. 1898,

quod est in *Bugellen.*, sed minus feliciter. Hoc enim Decretum, relata cuiusdam Synodi dispositione de Missa in pauperum funeribus canenda, vel saltem legenda diebus non impeditis, quaerit : Utrum concessio celebrandi Missam cantatam de requie bis in hebdomada, **exclusis duplicibus primae et secundae classis etc. extendatur** etiam ad **Missam lectam**. Responsio autem est : *Negative*. Etsi igitur praefata concessio extenderetur ad Missam lectam, impedita tamen haec foret in dup. I et II classis : textus est clarus. Quid ergo, cum neque extendatur ? Clarior esse nequit.

At S. R. C. post negativum responsum addere pro sua sapientia censuit sequentem conditionem : « nisi agatur de Missa die obitus seu depositionis pro paupere defuncto ». Ergo Missae, quae ex indulto cantari bis in hebdomada potest, subrogare non licet Missam lectam in genere : quam tamen prohibitam non esse *in specie* declarat S. R. C., si dicenda esset *die obitus pro paupere defuncto*. Nihilominus haec quoque Missa manet impedita pro diebus, qui in petitione Decreti, uti patet, excluduntur : sunt autem dies, in quibus occurrunt duplicia I et II classis, « **exclusis duplicibus primae et secundae classis**. Quid clarius ? Confitendum igitur, nobilem Ephemeridem gallicam aut non cognovisse super relata Decreta, aut minus recte intellexisse ; hinc nimis se ostendisse amicam cleri, quem posse facere censuit quod ex lege facere certo non potest.

Quod nihilominus impraesentiarum facere adhuc non potest Clerus, speramus fore ut facere in futurum possit. Licet enim non immerito praesumere, ut S. R. C. Missam pro paupere defuncto in die obitus, quam hucusque permissam declaravit tantum in duplicibus maioribus, uti anniversaria, etiam in duplicibus II classis concessura sit.

VII. *Ex N. N. De Canonicis stantibus, altero ex his antiphonam intonante.* Consuetudo hic viget, ex qua, Canonico antiphonam intonante, aliorum Canonicorum nullus stat, sed omnes sedent: servari ne potest dicta consuetudo, an potius emendanda?

*Resp.* Non servanda est, sed emendanda. Lex nequit esse clarior. Caeremoniale Episcoporum, cuius obligatio afficit peculiariter Cathedrales et Collegiatas Ecclesias, ait: « Cum aliquis ex Canonicis reassumpturus antiphonam surgit, pariter omnes, tam **Canonici**, quam alii de clero surgunt, et illo sedente, sedent (*Lib. II, cap. 3, n. 8*) ». Quem locum commentans cl. De Herdt: « Omnes surgunt, *notat*, praeter hebdomadarium paratum... Omnes surgunt, *ab utroque latere chori*.... nisi tamen adsit consuetudo, ut una tantum pars assurgat (*ad Loc. cit.*) » Idem praedicabant plura particularia Decreta, quibus unum suffectum est in praesenti, licet adhuc ineditum, Gen. Decretum: ut palam abundantius fieret cunctis Ecclesiis particularibus, legem Caeremonialis observandam omnino esse, utpote magistra-gisque firmatam.

At 1.<sup>o</sup> obiicies fortasse consuetudinem vigentem, vi cuius solus assurgit Canonicus intonans antiphonam, haud vero reliqui. Respondemus, consuetudinem nihil in casu roboris habere posse; quia legi liturgici codicis opponitur; et quidem aperte, Decretisque Cong. nis S. R. illam confirmantibus. Notum autem est omnibus, eiusmodi consuetudinem non esse sustinendam, quippe quod contra Rubricas non praescribitur.

Obiicies 2.<sup>o</sup> fortasse Decretum in una *S. Marci*, d. d. 22 Mart. 1862 ad 2, quod inquit: « An Hebdomadarius et ceteri omnes existentes in choro teneantur surgere, quando a Dignitatibus, Canonicis et Presbyteris participantibus intonantur antiphonae? » Tali namque dubio S. C.

R. respondit : « Omnes debere surgere, praeter hebdomadarium paratum : nisi adsit consuetudo ut una pars tantum assurgat ». Sicut ergo ex consuetudine fit, ut una pars tantum possit assurgere, dum Caeremoniale exigit, ut surgant omnes; ita sustineri potest, ut iure consuetudinis nullus assurgat, praeter Canonicum intonantem. — Reponimus 1. aliud esse legis interpretationem, et aliud esse eiusdem legis inobservantiam. In eo quod surgant Canonici ex una tantum parte, habemus interpretationem legis; omnes enim Canonici surgunt, licet ab una tantum parte. In eo vero quod nullus exurgat, praeter intonantem, habemus manifestam infractionem legis. Porro illud sustineri potest, non vero istud. Reponimus 2. Quod legi videtur contrarium, approbat quandoque S. R. Tribunal, iudicans pro sua sapientia posse legi cohaerere; eoque in casu tuta conscientia id teneri potest. Quod vero legi aperte contradicit, approbare S. C. non solet, et ab eo recedendum est, ut salva sit conscientia. Illud habes in consuetudine Canonorum ex una tantum parte surgentium in intonatione antiphonae: hoc vero habes in consuetudine eorundem Canonorum absolute eodem in casu non assurgentium. Ceterum hoc unum pro nunc certum est, eiusmodi consuetudinem esse legi aperte oppositam, et sustineri non posse, consequenter esse reformandam: quod si fieri nolit, consulendum S. R. Tribunal, ut iudicet num servari possit; sed *a priori* censemus, responsum, ni fallimur, eventurum negativum.





## BREVIORA RESPONSA

I. *Pro Barcinone.* Quando nomen Sancti vel etiam *Iesu* non pertinet ad sacrum textum in lectione, sed tantum inscribitur ad indicandum illum, non inclinatur caput. Ita in festo S. Matthaei dum legitur initium Evangelii, quod habet: « Lectio S. Evangelii secundum *Matthaeum*, caput non inclinatur. Item non inclinatur caput cum legitur: « B. Maria Anna a *Iesu*: neque cum pronuntiatur: « S. Aloisius e Societate *Iesu* etc. » Notandum pariter, nomen quodcumque, ut exigat capitis inclinationem, esse debere proprium, non commune. Hinc non inclinatur caput, cum nominatur *Salvator*, *Redemptor*, etc. neque etiam cum dicitur *Pater*, etsi referatur ad Deum, neque cum dicitur *Filius*, neque imo cum pronuntiatur *Sanctus Spiritus*, sunt enim nomina communia et non propria, quamvis Spiritus Sanctus nominetur in festo Pentecostes. Namque etiam almus Spiritus tribuitur tertiae Personae augustissimae Triadis, ut distinguatur ab aliis duabus, sed est commune, cum aequè conveniat Patri et Filio. Excipe casum, quo tres personae simul nominentur cum formula aliqua glorificationis, uti accidit in *Gloria Patri* etc. vel in festo Trinitatis cum dicitur: « Gloria laudis resonet in ore omnium, Patri etc. etc. » Ita communiter.

II. *Pro eod. loco.* Consuetudo est, ut concionatores cum saepe pronuntiare debent SS. *Iesu*, aut *Mariae* nomen, caput detegant prima vel altera vice, haud vero semper: quam proinde servari posse praxis fere universalis satis demonstrat.

III. *Pro Curenna.* Lex est, ut officia transferenda in



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

VI. *Pro Brixia*. Quaesitum circa planetas decurtatas pro plicatis videre est solutum in *Ephem. Liturg.* 1895, pag. 623. Summa solutionis est, planetas decurtatas bene stare pro plicatis posse.

VII. *Pro Gallia*. Verba Rubricae Missalis (Tit. V. n. 5.) « In reliquis autem (*Defunctorum*) Missis vel recitari vel omitti potest (*Sequentia*) ad libitum Celebrantis » referuntur ad omnes Missas, quas paulo ante Rubrica non comprehenderit, nempe ad Missas, quae neque privilegiatae sunt (uti quae certe legi possunt, ritu semiduplici occurrente, diebus obitus, III, VII, XXX et anniversaria), neque solemnes sunt (ut cantatae, quae *Sequentiam* requirunt). Haec doctrina, quae certa est atque evidens, perfecte respondet iis, quae in proxime elapso num. exposuimus (*pag. 103 dub. VI.*).

VIII. *Pro Corleone*. Nullum dubium, quod Communio fidelibus distribui possit in quibusvis Missis solemnibus, et utinam id semper fieri nunc posset, uti in antiquitate fiebat. Hac autem Communionem posita, manifesto ex Caerem. Episcoporum sequitur a Diacono *Confiteor* esse canendum, *si facienda sit Communio generalis*; quod si Communio sit aliquorum tantum, satis videtur, ut illud dicatur mediocri voce.

IX. *Pro eodem loco*. Communio post Missam defunctorum, cotta et stola coloris diei induta, optime dari potest petentibus fidelibus. Si autem studio provocetur, post dictam Missam, alicuius fidelis Communio, ne fideles omnes benedictionem amittant, quam in paramentis nigris dare non licet, videmus quemdam in hoc devotionis excessum, in sola intentione tamen, quem probare non possumus. Ratio facile patebit consideranti, Ecclesiam sapienter statuuisse, benedictionem in Missis defunctorum impertiendam non esse, consequenter fideles eo in casu eandem benedi-

ctionem non posse recipere. Quomodo ergo iudicandus, qui modum adstruit, quamvis per se licitum, ut non nisi cum benedictione fideles ab Ecclesia discedant? Nullum inconueniens, si id quandoque per accidens comprobetur; sed studere, ut idem semper eveniat, ac si aliter accidere nequeat sine inordinatione, hoc quasi videtur sapientio rem se ostendere ipsamet Ecclesia.

X. *Pro Neapoli.* Quod ceram communem attinet in Missa solemni defunctorum, optime servari potest consuetudo ubi usus vigeat, Caeremoniali Episcoporum praescribente dictam ceram, quamvis Missa celebretur in altari, ubi Sacramentum asservatur. Nihil enim id obstat, dummodo conopeum tabernaculum tegens non sit niger, sed ad summum violaceum.

XI. *Pro eod. loco.* Quando crux processionalis est velo tegenda, sufficit ut cooperiatur e parte, quae populum respicit dum defertur; cum lex hac ratione satis observata maneat.

XII. *Pro eod. loco.* Chorales divino officio vacantes, dum in aliquo altari prospiciente chorum Missa celebratur, si audiant campanulam pro elevatione pulsantem (quam pulsare omnino prohibet S. R. C.), omnes ab utroque chori latere, biretum deponentes, caput detegunt, quin pileolum quoque deponant, et, secunda absoluta elevatione, se cooperiunt. Id autem agentes divinas laudes non abrumpunt, sed proseguuntur.

XIII. *Pro Borna in Saxoniam.* Cum Rubricae Missalis Cisterciensis nonnullas, esto parvi momenti, a Missali Romani habeant discrepantias, illae in Missis celebrandis sequendae sunt non istae. Illae enim approbatae sunt pro dictis Monachis, quibus proinde libertas non inest illas vel istas sequendi. Consequenter etiam in Missis pro defunctis non licet illis alias Rubricas sequi, etsi in Missali Ro-

mano legantur. Idem dicas de Rubricis, quae dirigunt Missam respondentem officio B. M. V. in Sabbato. Hae namque cum exigant Missam de S. Maria secundum varietatem temporum, non permittunt aliam Missam conventualem, quam quae officio recitato respondet, estque ex quinque notis in Missali notatis. Missa autem *Gaudens gaudebo* non habet hymnum angelicum, nisi relativo officio respondeat.

XIV. *Pro eod. loco.* Consuetudo, esto immemorabilis, continuandi Missam solemnem post hymni angelici intonationem usque ad Evangelium, dum eundem hymnum exequuntur cantores, probari non potest, cum laudabilis non sit, neque legibus liturgicis conformis, sed eliminanda est.

XV. *Pro Barcinone.* Acolythy, funalia ad elevationem Missae solemnis gestantes, non debent flectere utrumque genu antequam in sacrarium revertantur: si tamen eiusmodi vigeat consuetudo, servari optime potest, uti fieri olim consuevit in pontificia Cappella. At si Sacramentum publicae venerationi solemniter esset expositum, tunc citra controversiam id facere deberent, tam in accessu quam in recessu.

XVI. *Pro eod. loco.* Rituale Romanum explicite loquitur de cereorum distributione, et intorticiorum accensione et luminibus (*Cap. 3, Tit. VI, n. 1*). Hinc universalis usus, ut clerici omnes funus comitantes, devote procedant, psalmos decantantes et candelas accensas deferentes.



---

# QUAESTIUNCULAE

## SUPER MISSA PRIVATA ET CANTATA

---

Praemittendum necessario iudicamus, uniformitatem in caeremoniis ritibusque exequendis esse semper, sed maxime in Missa, peroptandam. Verumtamen, ni fallimur, haec uniformitas unice consistere debet in executione legis; quia extra legem exigere dictam uniformitatem, oleum esset et operam perdere. Iam nunc, ubinam aliqua existere potest lex, quae in modo agendi consistat et nulli interpretationi sit obnoxia? Adeo hoc arbitramur esse difficile, ut fortasse impossibile iudicari possit. Quo posito, qui fieri potest, ut tam in substantialibus, quam in accidentalibus, perfectissima habeatur in caeremoniis, et ritibus ipsius Missae uniformitas? Non aberramus a veritate, *utopia* est. Huc autem spectare videntur plures quaestiunculae de quibus agendum nobis est. Pone legem statuere, Celebrandam esse Missam a Sacerdote detonsis brevibusque capillis: metrum ne, vel aptius instrumentum sumes, ut omnium Celebrantium capillos ad eandem redigas brevitatis mensuram? Vestis clericalis externa ad talos usque pertingere debet, unde et talaris dicitur: vis ne, clericis omnibus ita legem esse observandam, ut nec plus nec minus idem talorum punctum talaris attingat? Sed ad nostra redeamus. Rubrica praecipit, ut inclinetur caput: quis poterit maiorem vel minorem capitis inclinationem dimetiri? Rubrica praecipit, ut pluvialistae psalmos intonent in medio chori? Dimetienda ne erit distantia ut illa impleatur? Similiter: quandoque Rubrica aliquid silet, sed ab aliis Ru-

vel certe negligitur? 3. Hic agitur de cruce, potiusquam de Subdiacono eam deferente; et satis est notum ratione crucis nunquam fieri genuflexionem Sacramento ab eo qui illam defert. Ex quo infertur indecentiam esse apparentem: ut sicut non dedecet crucem ante altare Sacramenti sic manere, ita nec dedeceat, ut humeros ex necessitate vertat Subdiaconus, qui eam defert. Hinc patet, neque huic dispositioni opponi posse Rubricam Missalis (*Tit. XIII, n. 4. Rit. celebr.*), iubentem ut Celebrans in Absolutione defuncti laici sistat aliquantulum *versus cornu Epistolae*, profecto ne terga vertat altari. Nam non agitur hic de Celebrante, sed de Subdiacono deferente crucem: quae crux cum duabus candelis, hinc inde per acolythos delatis, verum altare efformat, quod praecipue in casu attenditur, unde illius cruci debita reverentia praescribitur. Eapropter concludimus, in casu Subdiaconum se collocare debere ante crucem, in medio, non e latere, quamvis retro post se, plus minusve distans habeatur altare maius, in quo asservatur Sacramentum.

*Resp. 2.* Ex dictis palam sequitur, pro altari principe adesse aliud altare, e cruce efformatum et candelabris, cui debita reverentia, seu inclinatio a Celebrante et genuflexio a Diacono ac Caeremoniario facienda est. Altare vero princeps nullimode considerari potest, cui aliud suffectum fuit iuxta Rubricas. Consequenter Celebrans fere trum circumiens, et qui eum comitantur, fimbrias pluvialis elevantes, semel tantum reverentiam faciunt non vero bis, sicut accidit quando peragitur Absolutio pro defuncto laico, in qua Subdiaconus cum cruce ex adverso consistit.

III. *Ex eodem loco. De Missae conformitate cum officio.* In Domo N. pluries habentur externi Sacerdotes, secessui spirituali vacandi causa. Hi autem officium divinum

in communi recitant iuxta Calendarium dioecesis. Quaeritur: Cuinam Calendario eorum Missa respondere debeat, an dioecesis, an Communitatis, ad quam Ecclesia pertinet?

*Resp.* Dubitari de responsione certa atque indiscutibili non potest post Gen. Decretum de conformitate Missae cum officio. Namque Missa in Ecclesia vel Oratorio publico amplius non potest esse conformis officio Celebrantis, sed conformis esse debet officio Ecclesiae. Opponi, sed frustra posset, officium spirituali secessui vacantium recitari in communi et esse publicum: adeo ut illi videatur Missa debere esse conformis, non Ecclesiae Calendario, cui Communitas tantum subiicitur. Sed reponimus: Decretum Gen. super innutum praecipit, ut Missa conformis fiat officio Ecclesiae, ergo conformis esse nequit officio Celebrantium. Recitatur in communi ratione spiritualis secessus, estque indubie, etiam ex dicta ratione publicum; sed nihil officit, cum dictum officium non sit officium Ecclesiae. Haec enim non ad Presbyteros spectat, qui secessui spirituali vacant, sed Communitati, in cuius domo iidem Sacerdotes in dictum secessum incumbunt. Ergo hospites, in Missa saltem, hospitantibus se subiiciant, Missamque celebrent hospitantium Calendario conformem.

Sed liceat hic quaerere: Quanam de causa Sacerdotes externi officium recitant proprio Calendario, et non Calendario Communitatis, in qua recipiuntur, conformem? Hoc non intelligimus; cum iustum non sit dominorum more se gerere in domo domini. Indubie privilegium viget, quod universaliter in praxi tenetur, ut qui in domibus Presbyterorum Missionis, uti etiam in aliis, secessui spirituali vacant, Calendario eorum Presbyterorum utantur: quare autem tale negligitur privilegium? Nescimus. Si poneretur in praxi, res melius procederet, hospites et hospitantes per-



fecte concordarent tam in officio, quam in Missa, et nulli daretur querelae locus. Addas velim, aliquem e domo Directoris officio debere fungi, consequenter officii recitationi Presbyterorum externorum necessario praeesse. Quomodo autem se hic geret? Suum ne relinquet Calendarium, ut sequatur Calendarium illorum? Hoc profecto omni foret censura dignum, et Director, quod peius est, non satisfaceret. Quid igitur? Negotium pro nobis in aprico est: Externi, in casu subditi, iuxta Calendarium domus officium recitent, relicto tunc temporis proprio, Missamque eidem officio conformem faciant. Utcumque res sit, certum exploratumque est, dictos Presbyteros nullo pacto posse in Missa sequi Calendarium Dioecesis, sed teneri sequi Calendarium Ecclesiae in qua celebrant. Imo nec ipse Rector Communitatis vel Ecclesiae id permittere posset, sicut nec ipse E. mus Archiepiscopus; cum omnes teneantur citra controversiam parere Decretis Generalibus Congregationis Sacrorum Rituum.

**IV. *E Barcinone.* De iure celebrandi in Oratorio privato non cessante sine causa.** Titius Sacerdos habet facultatem celebrandi in oratorio privato; sed in vulgo ubi oratorium est, Parochus habet facultatem binandi in festis de praecepto, si alius Sacerdos non adsit; debetne Titius celebrare in oratorio publico, ut Parochus non celebraturus sit duas Missas in ipso die?

*Resp.* Negative. Facultas, seu privilegium faciendi Missam in Oratorio privato datur Sacerdoti, vel pro sua privata, vel pro utilitate familiae. Limites, sub quibus conceditur privilegium, notos ponimus ipsi privilegiato. Quoadusque proinde dictum privilegium non fuit revocatum, et limites eiusdem privilegii servantur, nemo ius habet privilegiatum impediendi ab usu privilegii, quod illi concessum est. Nunc autem patet, praefatum privile-



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



dito ; sunt tamen quidam qui dicunt, non obstante ritu potiori et proprietate huius festi, istud debere transferri, et in posterum applicandum noviss. Decr. S. R. C. 11 Dec. 1897, proindeque agendum die 5 Iulii festum S. Antonii Mariae Zaccaria. — Quid iuris ?

*Resp.* Cum de duobus festis agatur, in casu, pro quibus eadem dies videtur statuta a Sancta Sede, doctrinam consulimus, quam alibi Ephemerides tradiderunt, licet non sub forma Decreti, quod tamen suo tempore in tertio Volumine novae Collectionis Decretorum inserendum erit. At praefata doctrina per integrum lecta et perpensa, conclusimus eam ad casum nostrum applicari non posse. Namque illa respicit duos Sanctos, vel duo officia in eandem diem incidentia ; et casus noster respicit (quod apprime perpendendum est) alterum festum in die sua propria seu *natalitia*, alterum vero in die, quae erat quidem propria, *quasi-natalitia*, sed impraesenti nihil est amplius.

Et sane dies 5 Iulii pro Ss. Cyrillo et Methodio assignata fuit a Sancta Sede, eratque dies mutata, diei scilicet natalitiae subrogata, et appellabatur *quasi-natalitia*. Verum, beato Antonio Zaccaria inter Sanctos relato, pro quo dies 5 Iulii est vere natalitia, eiusque festo ad universalem Ecclesiam extenso, Sancta Sedes diem praefatam, quae vere propria est, pro illo statuit. Cumque festum Ss. Cyrilli et Methodii ad universam quoque pertineat Ecclesiam, eadem S. Sedes coacta fuit diem 5 Iulii mutare in aliam, nempe in 7 eiusdem mensis, ad nihilum redigens primam. Hoc idem fecit alias eadem suprema Auctoritas pro festo S. Dominici Conf., quod olim die 6 Augusti colebatur, quam diem pro universa Ecclesia iussu Pauli Pp. IV in diem 4 eiusdem mensis mutata fuit. Sicut ergo dies 6 Augusti nihil est amplius pro S. Dominico, ita nihil pariter amplius est pro Ss. Cyrillo et Methodio dies

5 Iulii. Non ergo agitur, in praesenti casu, de occurrentia duorum festorum ; quia alterum occurrit die 5 Iulii , alterum die 7 eiusdem mensis, proindeque nequeunt occurrere. Quid ergo consequitur ? S. Antonium celebrandum esse die 5 et Ss. Cyrillum et Methodium die 7 Iulii: res in aprico est. Ratio per consequens potioris ritus, etsi I. classis esset, ratio solemnitatis etc. nihil prorsus valent, ut hoc festum illi praeferatur.

Si ageretur de festo, quod praefata die 5 Iulii alicubi recoleretur, essetque dies *natalitia* aut *quasi natalitia*, ratio potioris ritus et dignitatis plurimum influeret, ut novo recentiori festo praeferretur ; sed agitur de festo, pro quo dies statuta et *quasi-natalitia* est 7 Iulii : quomodo ergo praeferri potest alteri in die 5 dicti mensis ? Talis esset inordinatio, ut sustineri nequiret. Etenim pone, die 5 fieri de Ss. Cyrillo et Methodio, et die 7 de S. Antonio: quid haberetur ? Uterque Sanctus extra diem suam : quod est contra morem Ecclesiae, quae exigit, ut quantum fieri potest, unumquodque festum die sua celebretur. Videat ergo adm. Rev. consulens, rem se petere, quam nobis concedere non licet.

Animadvertat ceterum, diem *quasi-natalitiam* diei *natalitiae* aequiparari, utpote quod S. Sedes in illam, suprema potestate sua, transferat omnia iura diei *natalitiae* : adeo ut universa Ecclesia talem diem festum habere et considerare debeat, etiamsi festum patronale in illa celebrari deberet. Ita est ex. gr. de S. Dominico, de S. Vincentio a Paulo, de S. Paulo a Cruce, de S. Ambrosio, aliisque pluribus. Quare ergo Ss. Cyrillus et Methodius recolendi essent die 5 Iulii, quae nec *natalitia*, nec *quasi-natalitia*, nec *assignata*, nec *translata* esse potest ? Non *natalitia*, et patet : non *quasi-natalitia*, quia S. Sedes eam non statuit : non *assignatam* nec *translatam*, quia assi-

gnatio et translatio fit post festum, non ante, uti esset in casu. Sit conclusio finalis : Die 5 Iulii pro S. Antonio Zaccaria non potest, ut in casu, celebrari festum Ss. Cyrilli et Methodii, qui pro die quasi-natalitia habet diem 7 eiusdem mensis.

VI. *E Gallia. De Missa lecta pro paupere defuncto in die obitus vetita.* Licetne, post recentiora Decreta, Missam legere in dup. II classis, pro paupere defuncto in die obitus? Ephemeris « L'ami du Clergé » id docet tamquam certum; additque Decretum recens id permittens esse clarum « le texte est clair (pag. 1104, col. 2) ».

*Resp.* Negative; quia, sicut antiqua Decreta dictam Missam vetabant, ita nullum ex recentioribus, saltem evulgatis, eam permittit. Sequens autem propositio nobilis Ephemeridis gallicae « les privilèges de la Messe chantée sont accordés désormais dans les mêmes circonstances à la Messe basse, excepté toutefois les jours de fêtes de 1. classe et les fêtes de precepte » omnia veritatis elementa non continet. Nam a) Decretum Gen. **Aucto**, cui propositio innotitur, et in cuius ipsamet inscripta die errat Ephemeris gallica, non loquitur de Missa privata, sed de *Missis privatis*. Hic loquendi modus Decreti satis eloquenter praedicat, nullimode agi de unica Missa privata pro defuncto paupere, ut in casu nostro. b) Hae Missae privatae locum habere nequeunt, iuxta aliud Decretum recens, nisi habeatur etiam Missa exequialis, seu cum cantu. Quod apertius iterum ostendit, dispositionem Decreti applicari non posse ad unicam Missam pro paupere defuncto, quippe quae prorsus excludit Missam cum cantu. Hinc falsitate laborat consequens, nempe: « On peut donc à une fête de 2 classe dire la Messe basse... (Loc. sup. cit.) ».

Ad hoc praefatum consequens ulterius probandum nobilis Ephemeris gallica citat Decretum d. d. 28 Ian. 1898,

quod est in *Bugellen.*, sed minus feliciter. Hoc enim Decretum, relata cuiusdam Synodi dispositione de Missa in pauperum funeribus canenda, vel saltem legenda diebus non impeditis, quaerit : Utrum concessio celebrandi Missam cantatam de requie bis in hebdomada, **exclusis duplicibus primae et secundae classis etc. extendatur** etiam ad **Missam lectam**. Responsio autem est : *Negative*. Etsi igitur praefata concessio extenderetur ad Missam lectam, impedita tamen haec foret in dup. I et II classis : textus est clarus. Quid ergo, cum neque extendatur ? Clarior esse nequit.

At S. R. C. post negativum responsum addere pro sua sapientia censuit sequentem conditionem : « nisi agatur de Missa die obitus seu depositionis pro paupere defuncto ». Ergo Missae, quae ex indulto cantari bis in hebdomada potest, subrogare non licet Missam lectam in genere : quam tamen prohibitam non esse *in specie* declarat S. R. C., si dicenda esset *die obitus pro paupere defuncto*. Nihilominus haec quoque Missa manet impedita pro diebus, qui in petitione Decreti, uti patet, excluduntur : sunt autem dies, in quibus occurrunt duplicia I et II classis, « **exclusis duplicibus primae et secundae classis**. Quid clarius ? Confitendum igitur, nobilem Ephemeridem gallicam aut non cognovisse super relata Decreta, aut minus recte intellexisse ; hinc nimis se ostendisse amicam cleri, quem posse facere censuit quod ex lege facere certo non potest.

Quod nihilominus impraesentiarum facere adhuc non potest Clerus, speramus fore ut facere in futurum possit. Licet enim non immerito praesumere, ut S. R. C. Missam pro paupere defuncto in die obitus, quam hucusque permissam declaravit tantum in duplicibus maioribus, uti anniversaria, etiam in duplicibus II classis concessura sit.

VII. *Ex N. N. De Canonicis stantibus, altero ex his antiphonam intonante.* Consuetudo hic viget, ex qua, Canonico antiphonam intonante, aliorum Canonicorum nullus stat, sed omnes sedent: servari ne potest dicta consuetudo, an potius emendanda?

*Resp.* Non servanda est, sed emendanda. Lex nequit esse clarior. Caeremoniale Episcoporum, cuius obligatio afficit peculiariter Cathedrales et Collegiatas Ecclesias, ait: « Cum aliquis ex Canonicis reassumpturus antiphonam surgit, pariter omnes, tam Canonici, quam alii de clero surgunt, et illo sedente, sedent (*Lib. II, cap. 3, n. 8*) ». Quem locum commentans cl. De Herdt: « Omnes surgunt, *notat*, praeter hebdomadarium paratum... Omnes surgunt, *ab utroque latere chori*.... nisi tamen adsit consuetudo, ut una tantum pars assurgat (*ad Loc. cit.*) » Idem praedicabant plura particularia Decreta, quibus unum suffectum est in praesenti, licet adhuc ineditum, Gen. Decretum: ut palam abundantius fieret cunctis Ecclesiis particularibus, legem Caeremonialis observandam omnino esse, utpote magistra-gisque firmatam.

At 1.<sup>o</sup> obiicies fortasse consuetudinem vigentem, vi cuius solus assurgit Canonicus intonans antiphonam, haud vero reliqui. Respondemus, consuetudinem nihil in casu roboris habere posse; quia legi liturgici codicis opponitur; et quidem aperte, Decretisque Congreg. S. R. illam confirmantibus. Notum autem est omnibus, eiusmodi consuetudinem non esse sustinendam, quippe quod contra Rubricas non praescribitur.

Obiicies 2.<sup>o</sup> fortasse Decretum in una *S. Marci*, d. d. 22 Mart. 1862 ad 2, quod inquit: « An Hebdomadarius et ceteri omnes existentes in choro teneantur surgere, quando a Dignitatibus, Canonicis et Presbyteris participantibus intonantur antiphonae? » Tali namque dubio S. C.

R. respondit : « Omnes debere surgere, praeter hebdomadarium paratum : nisi adsit consuetudo ut una pars tantum assurgat ». Sicut ergo ex consuetudine fit, ut una pars tantum possit assurgere, dum Caeremoniale exigit, ut surgant omnes; ita sustineri potest, ut iure consuetudinis nullus assurgat, praeter Canonicum intonantem. — Reponimus 1. aliud esse legis interpretationem, et aliud esse eiusdem legis inobservantiam. In eo quod surgant Canonici ex una tantum parte, habemus interpretationem legis; omnes enim Canonici surgunt, licet ab una tantum parte. In eo vero quod nullus exurgat, praeter intonantem, habemus manifestam infractionem legis. Porro illud sustineri potest, non vero istud. Reponimus 2. Quod legi videtur contrarium, approbat quandoque S. R. Tribunal, iudicans pro sua sapientia posse legi cohaerere; eoque in casu tuta conscientia id teneri potest. Quod vero legi aperte contradicit, approbare S. C. non solet, et ab eo recedendum est, ut salva sit conscientia. Illud habes in consuetudine Canonorum ex una tantum parte surgentium in intonatione antiphonae: hoc vero habes in consuetudine eorundem Canonorum absolute eodem in casu non assurgentium. Ceterum hoc unum pro nunc certum est, eiusmodi consuetudinem esse legi aperte oppositam, et sustineri non posse, consequenter esse reformandam: quod si fieri nolit, consulendum S. R. Tribunal, ut iudicet num servari possit; sed *a priori* censemus, responsum, ni fallimur, eventurum negativum.





## BREVIORA RESPONSA

I. *Pro Barcinone.* Quando nomen Sancti vel etiam *Iesu* non pertinet ad sacrum textum in lectione, sed tantum inscribitur ad indicandum illum, non inclinatur caput. Ita in festo S. Matthaei dum legitur initium Evangelii, quod habet: « Lectio S. Evangelii secundum *Matthaeum*, caput non inclinatur. Item non inclinatur caput cum legitur: « B. Maria Anna a *Iesu*: neque cum pronuntiatur: « S. Aloisius e Societate *Iesu* etc. » Notandum pariter, nomen quodcumque, ut exigat capitis inclinationem, esse debere proprium, non commune. Hinc non inclinatur caput, cum nominatur *Salvator, Redemptor, etc.* neque etiam cum dicitur *Pater*, etsi referatur ad Deum, neque cum dicitur *Filius*, neque imo cum pronuntiatur *Sanctus Spiritus*, sunt enim nomina communia et non propria, quamvis Spiritus Sanctus nominetur in festo Pentecostes. Namque etiam almus Spiritus tribuitur tertiae Personae augustissimae Triadis, ut distinguatur ab aliis duabus, sed est commune, cum aequè conveniat Patri et Filio. Excipe casum, quo tres personae simul nominentur cum formula aliqua glorificationis, uti accidit in *Gloria Patri etc.* vel in festo Trinitatis cum dicitur: « Gloria laudis resonet in ore omnium, Patri etc. etc. » Ita communiter.

II. *Pro eod. loco.* Consuetudo est, ut concionatores cum saepe pronuntiare debent SS. Iesu, aut Mariae nomen, caput detegant prima vel altera vice, haud vero semper: quam proinde servari posse praxis fere universalis satis demonstrat.

III. *Pro Curenna.* Lex est, ut officia transferenda in



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

VI. *Pro Brixia.* Quaesitum circa planetas decurtatas pro plicatis videre est solutum in *Ephem. Liturg.* 1895, pag. 623. Summa solutionis est, planetas decurtatas bene stare pro plicatis posse.

VII. *Pro Gallia.* Verba Rubricae Missalis (Tit. V. n. 5.) « In reliquis autem (*Defunctorum*) Missis vel recitari vel omitti potest (*Sequentia*) ad libitum Celebrantis » referuntur ad omnes Missas, quas paulo ante Rubrica non comprehenderit, nempe ad Missas, quae neque privilegiatae sunt (uti quae certe legi possunt, ritu semiduplici occurrente, diebus obitus, III, VII, XXX et anniversaria), neque solemnes sunt (ut cantatae, quae *Sequentiam* requirunt). Haec doctrina, quae certa est atque evidens, perfecte respondet iis, quae in proxime elapso num. exposuimus (*pag. 103 dub. VI.*).

VIII. *Pro Corleone.* Nullum dubium, quod Communio fidelibus distribui possit in quibusvis Missis solemnibus, et utinam id semper fieri nunc posset, uti in antiquitate fiebat. Hac autem Communionem posita, manifesto ex Caerem. Episcoporum sequitur a Diacono *Confiteor* esse canendum, *si facienda sit Communio generalis*; quod si Communio sit aliquorum tantum, satis videtur, ut illud dicatur mediocri voce.

IX. *Pro eodem loco.* Communio post Missam defunctorum, cotta et stola coloris diei induta, optime dari potest petentibus fidelibus. Si autem studio provocetur, post dictam Missam, alicuius fidelis Communio, ne fideles omnes benedictionem amittant, quam in paramentis nigris dare non licet, videmus quemdam in hoc devotionis excessum, in sola intentione tamen, quem probare non possumus. Ratio facile patebit consideranti, Ecclesiam sapienter statuisse, benedictionem in Missis defunctorum impertiendam non esse, consequenter fideles eo in casu eandem benedi-

ctionem non posse recipere. Quomodo ergo iudicandus, qui modum adstruit, quamvis per se licitum, ut non nisi cum benedictione fideles ab Ecclesia discedant? Nullum inconueniens, si id quandoque per accidens comprobetur; sed studere, ut idem semper eveniat, ac si aliter accidere nequeat sine inordinatione, hoc quasi videtur sapientio rem se ostendere ipsamet Ecclesia.

X. *Pro Neapoli.* Quod ceram communem attinet in Missa solemni defunctorum, optime servari potest consuetudo ubi usus vigeat, Caeremoniali Episcoporum praescribente dictam ceram, quamvis Missa celebretur in altari, ubi Sacramentum asservatur. Nihil enim id obstat, dummodo conopeum tabernaculum tegens non sit niger, sed ad summum violaceum.

XI. *Pro eod. loco.* Quando crux processionalis est velo tegenda, sufficit ut cooperiatur e parte, quae populum respicit dum defertur; cum lex hac ratione satis observata maneat.

XII. *Pro eod. loco.* Chorales divino officio vacantes, dum in aliquo altari prospiciente chorum Missa celebratur, si audiant campanulam pro elevatione pulsantem (quam pulsare omnino prohibet S. R. C.), omnes ab utroque chori latere, biretum deponentes, caput detegunt, quin pileolum quoque deponant, et, secunda absoluta elevatione, se cooperiunt. Id autem agentes divinas laudes non abrumpunt, sed proseguuntur.

XIII. *Pro Borna in Saxonia.* Cum Rubricae Missalis Cisterciensis nonnullas, esto parvi momenti, a Missalis Romani habeant discrepantias, illae in Missis celebrandis sequendae sunt non istae. Illae enim approbatae sunt pro dictis Monachis, quibus proinde libertas non inest illas vel istas sequendi. Consequenter etiam in Missis pro defunctis non licet illis alias Rubricas sequi, etsi in Missali Ro-

mano legantur. Idem dicas de Rubricis, quae dirigunt Missam respondentem officio B. M. V. in Sabbato. Hae namque cum exigant Missam de S. Maria secundum varietatem temporum, non permittunt aliam Missam conventualem, quam quae officio recitato respondet, estque ex quinque notis in Missali notatis. Missa autem *Gaudens gaudebo* non habet hymnum angelicum, nisi relativo officio respondeat.

XIV. *Pro eod. loco.* Consuetudo, esto immemorabilis, continuandi Missam solemnem post hymni angelici intonationem usque ad Evangelium, dum eundem hymnum exequuntur cantores, probari non potest, cum laudabilis non sit, neque legibus liturgicis conformis, sed eliminanda est.

XV. *Pro Barcinone.* Acolythi, funalia ad elevationem Missae solemnis gestantes, non debent flectere utrumque genu antequam in sacrarium revertantur: si tamen eiusmodi vigeat consuetudo, servari optime potest, uti fieri olim consuevit in pontificia Cappella. At si Sacramentum publicae venerationi solemniter esset expositum, tunc citra controversiam id facere deberent, tam in accessu quam in recessu.

XVI. *Pro eod. loco.* Rituale Romanum explicite loquitur de cereorum distributione, et intorticiorum accensione et luminibus (*Cap. 3, Tit. VI, n. 1*). Hinc universalis usus, ut clerici omnes funus comitantes, devote procedant, psalmos decantantes et candelas accensas deferentes.



---

# QUAESTIUNCULAE

## SUPER MISSA PRIVATA ET CANTATA

---

Praemittendum necessario iudicamus, uniformitatem in caeremoniis ritibusque exequendis esse semper, sed maxime in Missa, peroptandam. Verumtamen, ni fallimur, haec uniformitas unice consistere debet in executione legis; quia extra legem exigere dictam uniformitatem, oleum esset et operam perdere. Iam nunc, ubinam aliqua existere potest lex, quae in modo agendi consistat et nulli interpretationi sit obnoxia? Adeo hoc arbitramur esse difficile, ut fortasse impossibile iudicari possit. Quo posito, qui fieri potest, ut tam in substantialibus, quam in accidentalibus, perfectissima habeatur in caeremoniis, et ritibus ipsius Missae uniformitas? Non aberramus a veritate, *utopia* est. Huc autem spectare videntur plures quaestiunculae de quibus agendum nobis est. Pone legem statuere, Celebrandam esse Missam a Sacerdote detonsis brevibusque capillis: metrum ne, vel aptius instrumentum sumes, ut omnium Celebrantium capillos ad eandem redigas brevitatis mensuram? Vestis clericalis externa ad talos usque pertingere debet, unde et talaris dicitur: vis ne, clericis omnibus ita legem esse observandam, ut nec plus nec minus idem talorum punctum talaris attingat? Sed ad nostra redeamus. Rubrica praecipit, ut inclinetur caput: quis poterit maiorem vel minorem capitis inclinationem dimetiri? Rubrica praecipit, ut pluvialistae psalmos intonent in medio chori? Dimetienda ne erit distantia ut illa impleatur? Similiter: quandoque Rubrica aliquid silet, sed ab aliis Ru-

bricis coniiicitur quid agendum : quis poterit imponere id quod a lege non est, sed infertur? Atque ita de aliis : adeo ut possit quidem dici, ope ratiocinii, quid melius sit, quid fortasse optimum ; sed melius pro aliquibus vix bonum videri aliis potest, et quandoque optimum pro Titio, vix rectum iudicabitur a Caio. Hinc notum effatum : **In dubiis libertas**, quae tamen substantiali non officit uniformitati. Sed vero auctoritas, dices, consuli potest. Optime, reponimus ; nihilominus haec quoque consultatio non semper effectum suum sortitur. Accidere enim posset, quod audivimus quondam evenisse, hoc est : a S. R. Congregatione sciscitati sunt quidam, num manipulus ligandus infra esset taeniis, an adhiberi posset acicula in superiori parte? S. R. C. respondisse dicitur : **Ad libitum** ; sed solutio pretii pro accepto responso non fuit ad libitum. Ceterum, quid nimis nobis videtur ita agentes ligare, ut nulla prorsus, favente lege, aequa remaneat libertas.

His suppositis, quaestiunculas sequentes e Neapoli nobis propositas resolvere aggredimur, lectores tamen, et maxime adm. Rev. consulentem exorantes, ut quae iam monuimus memoria teneant.

I. Sacerdos in Missa submittens Patenam Hostiae post orationem *Libera nos* etc., et deponens Patenam super Corporale post Communionem, debet ne ipsam Patenam ad pedem Calicis applicare, ut aliquantulum elevata remaneat, praesertim cum hoc haud commode evadat, quando adsunt super Corporale ante Calicem Particulae consecratae?

*Resp.* Credimus esse reponendum : Negative. Nulla enim Rubrica praecipit, patenam esse ponendam super pedem calicis. En quomodo ante Communionem se Rubrica exprimit : « **Submittit patenam Hostiae**, quam..... accomodat super patenam (*Rit. celebr. Miss. Tit. X. n. 2*). » Item post Communionem Rubrica dicit : « Quibus sum-

ptis (*ambabus Hostiae partibus*), deponit patenam super Corporale (*Loc. cit. n. 4*) », nihilque aliud. Nonnulli tamen Rubricarum expositores docent, patenam ad pedem calicis applicandam ante Communionem, ne fragmenta in elevanda Hostia, eaque asportanda super os calicis, decidant: ita etiam post Communionem. Sed hoc docent *ad melius esse*, non tamen illorum interpretatio legem efformat, quam Rubrica tantum constituere valet. Ratio autem patenam applicandi ad pedem calicis post Communionem, ut aliquantulum elevata maneat, tam parvi est momenti, ut negligi omnino possit, maxime tacente Rubrica.

II. Cum Sacerdos in Missa dicit *Agnus Dei etc.*, atque orationem *Placeat tibi etc.* ante benedictionem in fine Missae, debet ne caput tantum inclinare, sicut se exprimit Rubrica in Ritu celebrandi; an etiam humeros inclinare debet, ut videtur innuere Rubrica, quae habetur in Canone Missae?

*Resp.* Nec *Ritus celebrandi*, nec *Ordo Missae* aliquid dicunt de humerorum inclinatione. Ritus ante *Agnus Dei*, dicit: « Capite inclinato, dicit etc. (*Tit. X, n. 2*): » eadem ipsissima verba leguntur ante *Placeat* inscripta (*Tit. XII, n. 1*). Ordo vero dicit, tam ante *Agnus Dei*, quam ante *Placeat*: « Sacerdos inclinatur se ante medium altaris ». Verum sive inclinare *se*, sive inclinare *caput*, non indicat inclinandos esse humeros. Quinimo, cum lex una exigat inclinationem *capitis*, alia dicat Celebrantem debere *se* inclinare, videtur potius de solo capite esse inclinationem intelligendam. Quia qui caput inclinatur, vere se inclinatur: dum qui humeros inclinaret, aliquid facere videretur, quod est praeter Rubricam. Non tamen auctores desunt, qui volunt inclinationem capitis debere esse profundam, et haec humerorum inclinationem includit; sed triplex distinctio inter inclinationem capitis simplicem, mediocrem et pro-



fundam, severius loquendo, ab expositoribus est, qui legem iubere non valent.

III. Absoluta Missa ad Altare, in quo SS. Eucharistia non asservatur, Sacerdos, iuxta Rubricam Missalis « descendit ante infimum gradum Altaris ; et ibi in medio, vertens se ad illud, caput inclinat ». Hoc autem in loco multi et graves Auctores tradunt, Sacerdotem debere profunde se inclinare, quemadmodum Rubrica praecipit faciendum in ingressu ad Altare, et antequam Missam incipiat; atque hanc profundam reverentiam similiter faciendam esse dicunt ad imaginem Sacristiae, sive ante discessum, sive post regressum, celebrata Missa, de quo nihil Rubrica hic determinat. Hinc quaeritur, ad uniformitatem servandam: utrum in singulis casibus expressis caput tantum inclinandum, an potius profunda facienda sit reverentia?

*Resp.* Uniformitatem ex legis executione haberi posse facile credimus; at si extra legem abeamus, quam sit difficile nemo non videt, ab auctorum namque placitis dependere omnes impossibile est. Ergo sequamur legem; at qui lex tacet reverentiam **profundam**, ergo facienda non est post Missam, quamvis ante initium Missae sit facienda. a) Rubrica Missalis de Sacerdote celebraturo accedente ad altare dicit: « Profunde se inclinat (*Rit. celebr. Tit. 2, n. 2*). » Item de eodem loquens Celebrante, ante Missae initium apertissime dicit: « Sacerdos ..., facta prius Cruci vel Altari **profunda** reverentia..., incipit Missam (*Rit. Celeb. Tit. III, n. 1*) ». Eadem vero Rubrica, posita post absolutam Missam, apertissime pariter notat; «... Sacerdos... caput inclinat... et facta reverentia, accipit biretum etc. (*Loc. cit. Tit. XI, n. 6*) ». Quare autem lex prima vice *profundam*, altera vice simpliciter notat inclinationem faciendam? Nonne, sicut prima, ita secunda vice iisdem uti poterat verbis? Non tamen usa est; ergo pri-



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



Rubricam referens dicentem : *caput inclinat* : cum tamen Meratum citet aliosque innuat, inclinationem profundam exigentes (*De Caerem. Missae etc. Cap. XIII. § 5*).

---

## SUPER CYCLO PASCHALI

### DIFFICULTATES ET RESPONSA

---

In mense Maio vertentis anni tradidimus cyclum paschalem pro Pascha facile et quasi dicam mechanice invenienda. Sed cum subortae alicui nonnullae difficultates fuerint, ei sequentibus responsis satisfacimus.

#### DIFFICULTATES.

Perlegi methodum inveniendi Pascham ut in N. 5 mensis Maii 1898. Aliqua non sunt mihi clara. Sub annos saeculares in circulo maximo habentes cifram significativam, et proinde communes, invenio cellulam duplicem Litteram dominicalem continentem quae propria est bissextilis tantum : hoc non concordat cum eo quod scripsisti pag. 280 N. 3, 4. Insuper Litteram dominicalem anni 1500 fuit E D et non A G, ut in cyclo. Litt. dom. annis 1700, 1800, 1900 etc. cum non sint bisextiles, quae Lit. recipienda ex duabus ? Ex operatione facta esset 2.<sup>a</sup>, sed quam regulam ? Qua ratione est adhibenda una potius quam altera ? Cuperem responsionem et precor R. D. P. Petrone C. M. Scholasticum ut tollatur omne dubium.

#### RESPONSA.

Ut responsa ad difficultates, quae super hac re moventur, clariora evadant ac faciliora, consultius arbitra-

mur praemittere rationem , ex qua duo resultant externi circuli, *maximus* nempe et *grandior*: quod idem est atque exhibere principia , quibus illi innituntur.

I. Eorum finis est, ut vera inveniatur Littera dominicalis cuiuscumque anni , ab eo incipiendo, a quo Gregoriana emendatio peracta fuit , seu 1582 , usque ad aliud tempus indefinitum; ita tamen ut collocentur super 0 omnia saecula divisibilia per cifram 4 , uti saecula 16<sup>um</sup> , 20<sup>um</sup> , 24<sup>um</sup> etc. Reliqua vero saecula per dictam cifram 4 non divisibilia collocentur super numeros 1. 2. 3. iuxta residuum : ita saecula 17<sup>um</sup> , 21<sup>um</sup> , 25<sup>um</sup> collocantur super numerum 1, saecula 13<sup>um</sup> etc. super numerum 2 , saecula 19<sup>um</sup> etc. super numerum 3.

II. Principia, quibus dicti circuli innituntur, sunt duo: pro circulo, qui est *grandior*, stat cyclus solaris : pro circulo, qui est *maximus* , stant metemptoses.

a) **Cyclus solaris.** Hic nil est aliud , quam revolutio 28 Litterarum dominicalium. Dicitur cyclus solaris vel dominicalis; quia dies Dominica apud antiquos idem erat ac dies solis. Huius cycli ratio haec est:

Litterae dominicales sunt septem : a, b, c, d, e, f, g; quarum unaquaeque successive tribuitur unicuique anno, sed alphabetico inverso ordine, ita nempe :

1	2	3	
g	· f	· e	·

4      5      6      7  
d      · c      · b      · a      . Ratio inversi ordinis est, quia si unicuique hebdomadae diei unam assignes Litteram regulari ordine post Litteram Dominicae propriam, sequitur, Litteram dominicalem insequentis anni esse indubie Litteram in ordine alphabetico retrogradam. Hinc accidit , ut si omnes anni essent communes, post septem annos circulus septem Litterarum foret expletus, et primus ordo iterum inciperet. At, cum in unoquoque quatriennio annus bissextus occurrat, primus ordo redire nequit , nisi post annos

28. Cyclus solaris exhibitae a nobis tabulae, inciperet a saeculo 1500 cum Litteris dominicalibus  $\frac{e}{d}$  adeo ut sequens haberetur cyclus:  $\frac{e}{d}$  | c. b. a. |  $\frac{g}{f}$  | e. d. c. |  $\frac{b}{a}$   
 | g. f. c. |  $\frac{d}{c}$  | b. a. g. |  $\frac{f}{e}$  | d. c. b. |  $\frac{a}{g}$  | f.  
 c. d. |  $\frac{c}{b}$  | a. g. f.

b) **Metemptoses.** Anno 1582 Gregorius Papa XIII ut simul concordaret civilem annum cum solari, (ille enim hunc excesserat decem diebus, ita ut aequinoctium vernalium eo in anno non amplius in diem 21 Martii incidere, uti Nicaenum statuerat Concilium, sed in diem undecimum dicti mensis), in toto peritorum consilio, decrevit ut vertens ille annus 1582 imminutus fieret decem dierum, qui a mense Octobri detraherentur: atque ita dies quinta Octobris computaretur decima quinta. Hac ratione annus civilis solari aequiparatus est, et diei suo 21 Martii aequinoctium vernalium restitutum.

Sed vero, horum decem dierum haec est origo: in singulis fere 129 annis una dies amplius exurgebat: hinc iidem anni decies multiplicati, uti patet, decem diebus excreverunt, et proinde ex illis decem annos bissextiles reddebant. Qui tamen eiusmodi esse non poterant; usurpabant namque unam plus aequo Litteram dominicalem; quum annus bissextus duas sibi sumat dominicales Litteras pro iteratione diei VI Calendas Martii.

Aequum proinde erat, ut, sicut 10 dies subtrahebantur ab anno civili, seu quod idem sonat, 10 anni bissextiles reddebantur communes, ita 10 Litterae dominicales subtraherentur a cyclo solari. Hinc cum anno 1582 Littera dominicalis esset = g = ac translata fuisset retro post 10 Litteras, necessario pro illo anno Littera domini-

calis esse debuerat = c = ; consequenter ipsum annum 1500 retro stetit post 10 dominicales Litteras ; et, fixis manentibus pro anno 1500 propriis Litteris  $\frac{e}{d}$ , accipiendae erunt =  $\frac{a}{g}$  =. Eapropter, ut habeantur propriae dominicales Litterae anni 1582 annorumque subsequentium, 1500 non ponitur supra  $\frac{e}{d}$ , uti faciendum revera esset, sed ob calculum ponitur super  $\frac{a}{g}$ , et hinc a dextero latere incipit enumeratio. Hinc habetur pro toto saeculo cyclus se-

1500  
 quens :  $\frac{a}{g}$  | f. e. d. |  $\frac{c}{b}$  | a. g. f. |  $\frac{e}{d}$  | c. b.  
 a. |  $\frac{g}{f}$  | e. d. c. |  $\frac{b}{a}$  | g. f. e. |  $\frac{d}{c}$  | b. a.  
 g. |  $\frac{f}{e}$  | d. c. b. | .

Sed neque id satis est. Ne idem error obreperet in posterum, Gregorius Pontifex XIII ita rem composuit. Error habuit inde originem, quia iudicatus fuit annus 365 dierum et 6 horarum, dum revera est 365 dierum, 5 horarum, 48 minutorum, quae prima dicimus, et 51" aliorum minutorum, quae secunda nuncupantur. Hinc eveniebat, ut post annos 129 alius insuper dies haberetur, et hinc post 4 fere saecula tres alii praeterea haberentur dies. Eapropter statutum fuit, ut singulis quatuor saeculis tria essent communia, quamvis per se bissextilia, et quartum tantum bissextile fieret, a saeculo 1600 incipiendo, quod et ipsum bissextile esset. Atque ita illa saecula, uti 16<sup>um</sup>, 20<sup>um</sup>, quae per 4 divisibilia sunt, bissextilia habentur, quae vero, uti 17<sup>um</sup>, 18<sup>um</sup> etc., dividi per dictum numerum nequeunt, neque bissextilia computantur.

Quo posito, si pergas computare super mox praefato

dominicali cyclo saeculi 1500 cum Littera  $= \frac{a}{g} =$  per totum saeculum 1600 usque ad 1700 pervenies ad cellulam  $= \frac{c}{b} =$ . At cum annus 1700 bissextus fieri non debeat, secunda littera  $= b =$  relinquatur, primaque seu  $= c =$  sumitur. Ex hoc autem derivat totius cycli postpositio, quae sequenti aequalis est :  $\frac{1700}{c} \mid b. a. g. \mid \frac{f}{e} \mid$   
 $d. c. b. \mid \frac{a}{g} \mid f. e. d. \mid \frac{c}{b} \mid a. g. f. \mid \frac{e}{d} \mid c.$   
 $b. a. \mid \frac{g}{f} \mid e. d. c. \mid \frac{b}{a} \mid g. f. e. \mid \frac{d}{c}.$

Iam nunc videre est secundum hunc cyclum prorsus esse aequalem primo cyclo saec. 1500, dummodo incipias computationem a  $= \frac{d}{c} =$ . Eapropter non posuimus 1700 supra  $= \frac{c}{b} =$  cum Littera prima dominicali  $= c =$ , omittendo secundam  $= b. =$ ; sed dictum saeculum posuimus supra  $= \frac{d}{c} =$ , et Litteram secundam  $= c =$  accepimus, relinquentes primam  $= d =$ : quod tamen eodem redit, dum simul obtinetur finis non iterandi primum cyclum saeculi 1500. Quod si iterum hac cum postpositione pergas in gyrum computare per totum saeculum 1700, ad saeculum 1800 in cellula  $= \frac{e}{d} =$  pervenies. Cum tamen notum sit, annum 1800 bissextum non esse faciendum, illi duae Litterae dominicales  $= \frac{e}{d} =$  non competunt, sed una tantum, nempe prima  $= e =$ . Inde alia oritur eiusdem cycli dominicalis inversio, videlicet :

$\mid \frac{1800}{e} \mid d. c. b. \mid \frac{a}{g} \mid f. e. d. \mid \frac{c}{b} \mid a. g. f.$

|  $\frac{e}{d}$  | c. b. a. |  $\frac{g}{f}$  | e. d. c. |  $\frac{b}{a}$  | g. f. e. |  $\frac{d}{c}$  |  
 b. a. g. |  $\frac{f}{e}$  | . Hunc autem cyclum et ipsum esse plane conformem alteri pro saeculo 1500, dummodo computatio a cellula  $\frac{f}{e}$  incipiat, evidenter constat.

Ergo, ne inutiles multiplices circulos, potiusquam collocare saeculum 1800 supra =  $\frac{e}{d}$  =, illud posuimus supra =  $\frac{f}{e}$  =, assumentes secundam Litteram, quae illi competit, primamque relinquentes, quae illi non competit.

Praefato nodo expedito, et enumerationem prosequens per totum saeculum 1800, cum anno 1900 ad cellulam =  $\frac{g}{f}$  = pervenimus, in qua altera occurrit difficultas duabus antedictis plane similis, pariter expedienda. Hoc est: cum annus 1900 sit et ipse communis, ex duabus Litteris primam tantum sibi sumit = g =, secundam = f = negligens. Atque ex eo alia iterum haberetur postpositio, scilicet:  $\frac{1900}{g}$  | f. e. d. |  $\frac{c}{b}$  | a. g. f. |  $\frac{e}{d}$  | c. b. a. |  $\frac{g}{f}$  | e. d. c. |  $\frac{b}{a}$  | g. f. e. |  $\frac{d}{c}$  | b. a. g. |  $\frac{f}{e}$  | d. c. b. |  $\frac{a}{g}$  | . Hic cyclus similiter idem est ac ille

saec. 1500, quando ab =  $\frac{a}{g}$  = computatio incipit. Hinc, ne inutiles multiplicentur, ut superius diximus, circuli, collocavimus saeculum 1900 super =  $\frac{a}{g}$  = secundam Litteram = g = accipiendo, et primam = a = relinquendo, atque ita negotium facile procedit. Si autem hac ratione computare pergas in eodem circulo per totum sae-



culum 1900, cum anno 2000 ad cellulam  $= \frac{b}{a} =$  pervenies supra 1600. Annus 2000 cum sit bissextilis sicut 1600, nulli subtractioni seu metemptosi subiicitur, sibi que proinde accipit utramque Litteram dominicalem in cellula notatam; alia non habebitur inversio cycli, in eodemque casu erimus ac praecedenti. Ex hoc fiet, ut omnia saecula quae per 4 divisa dant 0 pro residuo, sicut saeculum 16<sup>um</sup>, semper in cellula  $\frac{b}{a}$  reperiantur: quae pro residuo dant 1, uti 17<sup>um</sup>, semper reperientur in cellula  $\frac{d}{c}$ : quae dant 2, reperientur super  $= \frac{f}{e} =$  ut 18<sup>um</sup>: quae dant 3, super  $= \frac{a}{g} =$  uti 19<sup>um</sup>: hinc cyclus saeculi 1500 fiet perpetuus.

Ex expositis liquido profluunt responsa ad petitiones nobis exhibitas, et declarationes ad proposita dubia, nempe: 1<sup>o</sup> Numerus 3 non contradicit numero 4 (pag. 280). Etenim in circulo *maximo* extimo, de quo in num. 3, habentur notata saecula, in alio autem *grandiori* anni tantum saeculi sunt notati, quos repraesentant Litterae dominicales, de quibus in num. 4. At vero saecula notata super cifris significativis 1, 2, 3, ob rationes dictas et quia non sunt per 4 divisibilia, uti sunt saecula super 0 notata, communia sunt. Ergo perspicuum est, Litteras dominicales duplicatas inservire tantum posse pro bissextilibus annis, qui per singulos quatuor annos in saeculo occurrunt.

2. Enumeratio Litterarum dominicalium in Cyclo Paschali incipit proprie, non ab anno 1500, sed 1582 in qua Gregoriana emendatio peracta fuit. Iam nunc, ut vera habeatur Littera dominicalis anni 1582, necesse est ut computatio super cyclo incipiat ab anno 1500. At hic annus veram non exhiberet dominicalem Litteram anni 1582, si



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

postpositionem praedictam fient secundae; hinc monitum de prima negligenda, et de secunda accipienda. Atque ita mihi videor adm. Rev. Consulenti fecisse satis.

P. P.

## SOLUTIO QUAESTIONIS

pro mense Decembri 1898 propositae.

### PROPOSITIO.

Canonici qui ad Chorum non tenentur, nisi diebus dominicis festisque de praecepto in foro, possunt ne alijs diebus, officio novem lectionum non occurrente, vel de feria officium agere vel aliud ex votivis *ad libitum*, quae acceptarunt?

### SOLUTIO.

Absque dubio exploratum est, semel officiis votivis *ad libitum* regulariter a Communitate acceptatis, Canonicos in posterum amisisse libertatem recitandi officium feriale per omne tempus non reservatum; et in hac parte, nulli obnoxia est haesitationi dispositio decreti Urbis et Orbis 5 Iulii 1883 dicens; « Detur indultum generale tam Capitulis et ecclesiasticorum Communitatibus quibuscumque, quam singulis de utroque clero, persolvendi officia votiva per annum loco officiorum ferialium, praeterquam in feriis quarta Cinerum, totius tempore Passionis, ac sacri Adventus a die 17 ad 24 Decembris inclusive: quoad choralem quidem recitationem, de consensu Capituli seu Communitatis ab Ordinario semel pro semper approbando; quoad privatam vero recitationem, ad libitum singulorum de clero ». Inutilis enim evaderet (quod dicere nefas est) distinctio inter recitationem choralem et recitationem privatam, si libertas eligendi aequaliter relinqueretur et Communitatibus

et singulis de Clero. Hinc Canonici, saltem quotiescumque in Choro assistunt, non amplius a Votivorum recitatione recedere queunt, si semel fuerunt capitulariter acceptata cum approbatione Ordinarii.

Sed hic non iacet nodus quaestionis enodandae quae, nedum versetur circa praesentes in Choro, inquit contra an qui adstricti sunt ad Chorum, iis liberum sit vel votivum quod acceptarunt vel feriale officium recitare, quando illa die dispensantur legitime a Choro. Ad quod respondemus :

Casus *per se* non satis apparet nitidus, et vix aliquot elapsis mensibus post indulti generalis promulgationem, nonnulla oborta sunt dubia, quae ipsa Congregatio sedulo examini subiicere debere credidit, atque exinde authenticam declarationem emittere. Quapropter idem sacer Ordo ad Vaticanum in particulari coetu coadunatus insequentia dubia expendenda suscepit, nimirum : « 1° An verba indulti *quoad privatam vero recitationem, ad libitum singulorum de Clero*, intelligenda sint de eis tantum qui de nullo canonico titulo ad Chorum tenentur ? 2° An statuta, de consensu Capituli seu Communitatis ab Ordinario adprobato, recitatione officii votivi, liceat quodcumque ab ea acceptatione recedere ? 3° An indultum ipsum acceptari possit ut quibusdam anni diebus de feria, aliis vero de votivis officiis in choralis officii recitatione agi valeat ? (1) ».

Quid vero E.mi Patres, omnibus accurate perpensis, rescribere rati sunt ? « *Ad 1, Affirmative,* » id est libertas quae conceditur singulis de Clero, non respicit eos qui aliquo titulo ad Chorum tenentur, etiamsi privatim suum recitarent officium. « *Ad 2 et 3, Negative,* » id est quando semel officia votiva regulariter fuerunt acceptata cum debita Ordinarii approbatione, nunquam Canonici possunt ab ea acceptatione recedere, et non admittitur pro eis, ut quibusdam anni diebus agant de feria, et aliis diebus de votivis ; sed acceptata, semper in die-

---

(1) S. R. C. 19 Nov. 1885, n. 5895.

bus liberis recitari debent, et non acceptata, nunquam — ne una quidem die libera — recitari possunt.

Hinc apparet quam magna intercedat differentia inter Canonicos et alios de clero. Clerus potest una die dicere officium votivum, et altera die facere de feria, et sic deinceps pro omnibus diebus liberis, quando et quomodo singulis placebit. Quoad vero Canonicos, de duobus unum : vel officia sunt acceptata formiter, vel non. Si 1<sup>o</sup>, semper de votivis ; si 2<sup>o</sup>, semper de feria, etiamsi privatim suum dicerent Breviarium, quia nunquam cessant Canonici pertinere ad suam Communitatem, et ideo semper regulas eiusdem sequi debent, etiam extra Chorum.

Ceterum, sensus liturgicus requirit, ut iidem de corpore ad idem officium obligentur. Porro praesentes in Choro tenentur in casu ad officium votivum. Ergo et absentes. Clamat quoque, ut qui separatim recitant officium, ceteris se conforment, cum quibus unum corpus efficiunt, sic collaudaturi Deum non solum uno ore, sed et una prece qua, etiam dispersi, permanent uniti coram Domino, et certius in votis suis propter unanimitatem exaudiuntur, S. Cypriano docente « *quidquid simul petitur a cunctis, Deum pacis pacificis exhibere* » (1), « *plusque impetrari posse paucorum concordii prece, quam discordiosa oratione multorum* » (2).

Amplius : est praxis romana, quae reliquis ecclesiis exemplo esse debet, ut perbelle animadvertunt *Ephem. Liturg.* anno 1889, pag. 42 : et si ad rem non citamus alios auctores, ratio est quia prorsus nova sunt huiusmodi votiva officia. Iam tamen, licet subobscurè, insinuavit nostram doctrinam cl. Bernard, S. Sulpitii Sacerdos, quando dicit : « La récitation de ces offices en Choeur ne pourra se faire que du consentement du Chapitre ou de la Communauté, et devra être approuvée une fois pour toutes et pour toujours par l'Ordinaire du lieu ; mais la récitation privée sera laissée à la libre volonté de cha-

---

(1) Lettre 60 — (2) Traité de l'Unité de l'Eglise.

cun » (1). Et paulo infra : « La récitation au Choeur de ces offices votifs n'est pas laissée au libre choix de ceux qui le composent ; elle est soumise à la décision du Chapitre ou des Supérieurs des Communautés, approuvée par l'Ordinaire. Il s'agit ici en effet d'une question d'ordre public, qui ne saurait dépendre d'un chacun, mais doit être réglée par l'autorité compétente » (2). Sed quam apertius locutus fuisset citando simpliciter decretum supra relatam, quod eandem doctrinam refert decreti 12 Nov. 1831, n. 2682 ad 46 (4669) mandantis quod « quando quis itineris vel studii vel aliis de causis, extra Patriam sive dioecesim versetur » si est beneficiarius, tenetur *semper* recitare officium sui capituli, ecclesiae, vel beneficii ».

Denique solutio, quam propugnamus, a S. Concilii Congregatione directe confirmatur. « Capitulum Cathedralis (ut fert absolute casus propositus) ecclesiae Engolismensis die 26 Martii 1896 a Sancta Sede obtinuit, propter debilitatem gravemque aetatem canonicorum, dispensationem ad decennium missae et officii omnis capitularis, *exceptis diebus dominicis et festis de praecepto*. Porro quaeritur :

« An quisque canonicus privatim recitare possit in simplicibus et diebus ferialibus officia votiva ad libitum concessa, quamvis supradictum Capitulum haec officia capitulariter non admiserit ?

« Et quatenus negative, Ioannes Petrus Davant et Iulius Moreau, canonici, expostulant, propter infirmam eorum valetudinem, facultatem officia supradicta recitandi diebus in quibus conceduntur ».

Quid autem S. Congregatio E. morum Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalium Concilii Tridentini interpretum ad supradicta dubia respondere censuit ? « *Ad I Negative* », id est, Canonicus, etiam privatim recitans suum Breviarum, non potest dicere

---

(1) Tom. I, du Bréviaire, Part. 2, chap. 1, art. 4, §. 2, n. 3.

(2) *ibid.*

officia votiva ad libitum concessa, si capitulariter non fuerunt admissa iuxta formas, quia pertinet ad Communitatem, quae formalitates ad hoc requisitas nondum adimplevit. « *Ad 2. Attenta infirmitate, benigne commisit Episcopo Engolismensi ut, veris existentibus narratis, facultatem iuxta petita pro suo arbitrio et conscientia gratis impertiri possit et valeat* » (1), id est, pro gratia conceditur favor his Canonicis, qui aliter se conformare deberent Communitati, ad quam pertinent, pro officii recitatione, quamvis privatim et extra Chorum legitime suum Breviarium legant.

Ergo, attento sensu liturgico una simul cum Congregatione Rituum et Concilii, Canonici etiam privatim extra Chorum recitantes officium, nequeunt absolute a recitatione officii recedere, quod illos obligaret in Choro, si non legitime dispensarentur, et proinde reprobamus doctrinam contrariam folii *L' Ami du Clerge*, année 1884, pag. 294 (2).

A. FOURNERET

ex Acad. Liturg. Rom.

Parochus loci vulgo dicti Lannes  
(dioecesis Lingonensis)

---

(1) 22 Febr. 1897.

(2) Ephemerides anno 1896, pag. 183 et seq. Dubium ex Urbe propositum resolverunt, praesentis tenoris: Utrum Canonici solis diebus dominicis festisque ad chorum obligati possint, uti alii de clero, recitare officia votiva loco ferialium. Ratio Dubii erat, uti patet, quia diebus, quibus eiusmodi recitatio est permessa, non tenentur ad chorum: et consequenter dictis diebus ita sunt, quasi non sint Canonici, censeanturque uti alii de Clero. Hoc sensu resolutum fuit dubium, nempe solutor in hanc devenit opinionem: Canonici, qui nonnisi dominicis festisque diebus obligantur ad chorum, officia votiva, loco ferialium, recitare possunt, diebus quibus illa permessa sunt.

Nunc cl. Academicus noster A. Fourneret, qui unus propositae quaestionis ad nos solutionem dedit, contrariam sequitur, tenet satisque gravibus momentis probat sententiam. Hinc nos quaerimus: ubinam veritas? Animadvertimus potissimam rationem, ob quam prima sententia affirmans defensa fuit, hanc esse, quia videlicet Ca-

nonici supponuntur diebus ferialibus non obligati ad chorum. At inquirendum credimus, unde hoc derivet; aliquis enim potest ad aliquid non obligari, vel ex natura actus, ad quem per se non tenetur, vel ex dispensatione, vi cuius eximitur ab actu ponendo, ad quem per se tenetur. Canonici igitur in casu aut nulla obligatione per se tenentur ad chorum, aut *per se* tenentur, sed non *per accidens*, quia dispensatione fruuntur. Si primum, concedendum videtur, eos officia votiva loco ferialium recitare iure posse; quia, ad hoc quod attinet negotium, ab aliis singulis de Clero non differre videntur, uti bene perpendentes sibi persuadebunt. Hoc autem in primi Dubii solutione, ni fallimur suppositum fuit, solutionemque legenti et consideranti patebit. Si alterum, minus recta credi posset praefata solutio; sive, quia dispensatio eximere tantum potest ab actu, a quo quis dispensatur, non ab aliis: sive quia in casu nostro peculiari habetur ius positivum rem declarans. Ita ut per consequens, si Canonici a choro dispensati tantum fuerint pro diebus ferialibus, ab omnibus aliis actibus, ad quos sine dispensatione teneatur, dispensati non remaneant, proindeque ligentur adhuc lege Calendarii proprii, quam servare uti Canonici debent. At solutio prima hunc casum non respexisse dicenda est.

Nunc autem uti certum exploratumque habendum est, Canonicos, vel *per se* teneri ad chorum quotidie, ut solum pontificium indultum, possit ab illo dispensare: vel ex ipsius foundationis natura non teneri. Videri ad rem possunt Doctores, inter quos Lucidi (*De Visit. SS. Lim. Vol. I. fol. 299, n. 110*), et De Angelis (*Lib. III, Tit. 41, n. VIII*), quos tenens et probans cl. De Herdt citat (*Prax. Capit. pars IV, Cap. XXV, § 2*). « Sancitum est ergo, ait mox citatus De Herdt, constanti Ecclesiae disciplina, Capitula Ecclesiarum, praesertim Cathedralium, ad integrum quotidie officium divinum in choro recitandum teneri (*Loc. cit.*) ». Hinc Benedictus XIV scripsit: « Haud ignota est obligatio, qua Canonici, aliique Ecclesiarum Metropolitanarum, Cathedralium et Collegiatarum ad quotidie Horas Canonicas in choro cantandas tenentur (*Const. Annus, 19 Febr. 1749, § 2*) ». Praeterea: « Sancimus, declarat Clementina (*Lib. III, Tit. XIV, Can. 1. GRAVI*) ut in Cathedralibus, Regularibus et Collegiatis Ecclesiis horis debitis devote psallaturi in aliis vero convenienter et debite celebretur divinum diurnum et nocturnum officium ». Denique dictam obligationem Tridentina Synodus imponit, cum iubeat, ut *obtinentes in Cathedralibus aut Collegiatis Di-*



*gnitates, canonicatus, praebendas, aut portiones... omnes compellantur... in choro*, ad psallendum instituto, hymnis et canticis Dei nomen reverenter, distincte devoteque laudare (*Sess. XXIV, C. XII De Reform.*). Haec autem omnia non videntur applicanda ad alterum casum, qui supponit Canonicos ex natura foundationis diebus ferialibus ad chorum non teneri.

Itaque optimo iure concludendum censemus, primam solutionem solum spectasse casum non de Canonicis dispensatis a choro quotidiano, sed de iis tantum, qui ratione foundationis solis dominicis festisque diebus tenentur ad chorum: praesentem vero reliquos respicere Canonicos, a choro quotidiano dispensatos.

REDACTIO.

---

## QUAESTIO SOLVENDA

PRO MENSE MARTIO 1899.

---

Dom. I. Maii fit alicubi de Translatione (fest. secund.) S. Ianuarii dup. II. cl. cum octava: Dom. III eiusdem mensis fit de SS. Redemptore dup. II. cl., quod cum in sequenti anno sit impeditum, ex privilegio anticipatur in Dom. II., in qua occurrit festum fixum S. Pomponii Conf. dup. min. primum.

Quaeritur: Debetne commemorari primo dies octava Translationis S. Ianuarii, postea S. Pomponius, an viceversa, tam in occurso quam in concursu?

---

IMPRIMATUR

P. Fr. Albertus Lepidi O. P.

S. P. A. Magister.

IMPRIMATUR

Franciscus Cassetta Patriarch. Antioch. Vicesgerens.

---

Proprietas Literaria.

---

Romae, Typis Fratrum Amoruso, Piazza della Torretta Borghese N. 22-25.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



Typis Desclée Lefebvre & Soc. vulgata fuit nova Editio, iuxta novissimas Rubricarum additiones et variationes emendata, operum quae sequuntur:

## Missale Romanum

in 4 ( $30 \frac{1}{2} \times 21 \frac{1}{3}$ )

Solutum . . . . .	Lib. 20
Religatum pella rubra, cruce inaurata ac foliis flavi coloris . . . . .	» 30
Foliis vero inauratis . . . . .	» 34

---

## Breviarium Romanum

4 Vol. in-16 ( $16 \times 9 \frac{1}{2}$ )

Nova elegantissima editio e vera charta sinensi, solidiori ac ne leviter quidem pellucida.

Solutum . . . . .	Lib. 24
Zigrino, uti aiunt, religatum, foliis inauratis . . . . .	» 42,00

---

## Horae Diurnae

BREVIARII ROMANI in 32

EX DECRETO SS. CONCILII TRIDENTINI RESTITUTI ETC.

Nova editio ex eadem charta iisdemque characteribus ac Breviarii confecta.

Solutae . . . . .	Lib. 5
Zigrino, uti aiunt, religatum, foliis inauratis . . . . .	» 7,75

---

**N.B.** — *Omnes, quas supra diximus, editiones novissimas additiones atque emendationes continentes, character rubro nigroque impressae, pluribus sacris figuris aliisque ornamentis, necnon cantu ecclesiastico ornatae sunt.*

*Plura etiam adsunt SUPPLEMENTA pro diversis locis vel Congregationibus religiosis.*

---

**Tractatus de nupero Computo Ecclesiastico** a Sacerdote **Caesare Uberti** usui scholarum Seminariorum accommodatus. Pret. Libella 1.

**Theologia Moralis** auctore **Augustino Lehmkuhl** Societatis Iesu Sacerdote. *Editio nona ab auctore recognita et emendata.* Pret. Libellae 24, (solut.): religat. 30.

# EPHEMERIDES LITURGICAE

QUAS

PRESBYTERI VINCENTIANI SEU E CONGREGATIONE MISSIONI  
MODERANTUR REDIGUNT ADMINISTRANT

in Domo Romana Montis Citatorii prope Curiam Innocentianam

(Via della Missione, 2)

Pergite, tu, dilecte fili, tuique in  
scribendo socii, pergite, ut facitis tam  
bene de religione mereri, atque operam  
Nobis vestram summo in Ecclesiam  
obsequio probare.

(LEO PONTIF. XIII).

Fili hominis, pone cor tuum et au-  
ribus tuis audi omnia, quae ego lo-  
quor ad te de universis caeremoniis  
domus Domini, et de cunctis legibus  
eius.

(EZECHIEL 44. 5.)

## SUMMARIUM

Rituum Congregatio, pag. 65.  
Allocutio ad sacrae liturgiae studia au-  
spicanda, pag. 73.  
Quaestiones Academiae Liturgicae Ro-  
manae, pag. 80.  
Subiorum Liturgicorum solutio, pag. 89.  
Breuiora responsa, pag. 108.

Quaestiuncula super Missa privata  
cantata, pag. 113.  
Solutio quaestionis pro mense Ianua-  
rio 1899 propositae, pag. 121.  
Quaestio solvenda pro mense aprili 1899  
pag. 131.  
Appendix, pag. 132.



## PUBLICATIO MENSILIS.

Preteritum annum, libellae **decem** pro Italia, **undecim** pro tota Europa  
Africa et America Septentrionalibus:

extra Europam, **duodecim**, Australia excepta, pro qua **13,50.**

**Pro unoquoque numero Lib. 1,00.**

ROMAE

LIBRERIA CATTOLICA INTERNAZIONALE

Desclée, Belfebvre e C. i

20-21, Via di S. Chiara, 20-21.

1899

# MONITA.

---

1. Directio et Administratio *Ephem. Liturg.* Romae resident in *Via della Missione*, 2. Velint Consociati directe rem agere cum Moderatore vel Administratore ; nobis rem gratam facient, sibi ipsis vero utilem.

2. Qui nondum pretium consociationis. pro anno currenti miserunt, faveant illud quam primum mittere, ne aliquam moram in *Ephemeridibus* recipiendis patiantur. Item consociatos illos, qui a nobis libros petierunt, pretiumque nondum miserunt, adprecamur ut statim illud mittant.

3. Ad Administrationem vel Directionem scribentes velint indicare *numerum*, quem in recepta scheda iam possident, ubi nomen, praenomen, locus etc. Consociatorum scripta sunt.

4. Imposterum omnes scribant ad Administratorem, vel latine, vel gallice, vel italice et clare. Ad Directorem vero latine tantum scribant: ne ipse nimiam temporis iacturam in interpretatione patiatur.

5. Pro operibus, sive a nobis sive ab aliis editis, quae postulant, faveant pretium in antecessum mittere.

**Directio et Administratio.**

# S. RITUUM CONGREGATIO

---

## DECRETA

### I.

#### **Decretum super Oratoriis semipublicis**

A sacra Rituum Congregatione saepe postulatum est, quaenam Oratoria ceu semipublica habenda sint. Constat porro Oratoria publica ea esse, quae auctoritate Ordinarii ad publicum Dei cultum perpetuo dedicata, benedicta, vel etiam solemniter consecrata, ianuam habent in via, vel liberum a publica via Fidelibus universim pandunt ingressum. Privata e contra stricto sensu dicuntur Oratoria, quae in privatis aedibus in commodum alicuius personae, vel familiae ex Indulto Sanctae Sedis erecta sunt. Quae medium inter haec duo locum tenent, ut nomen ipsum indicat, Oratoria semipublica sunt et vocantur. Ut autem quaelibet ambiguitas circa haec Oratoria amoveatur, Sanctissimus Dominus Noster Leo Papa XIII ex Sacrorum Rituum

Congregationis consulto, statuit et declaravit: Oratoria semipublica ea esse, quae etsi in loco quodammodo privato, vel non absolute publico, auctoritate Ordinarii erecta sunt; commodo tamen, non Fidelium omnium nec privatae tantum personae aut familiae, sed alicuius communitatis vel personarum coetus inserviunt. In his omnes sacrosancto Missae Sacrificio intersunt, praecepto audiendi Sacrum satisfacere valent. Huius generis Oratoria sunt quae pertinent ad Seminaria et Collegia ecclesiastica; ad pia Instituta et Societates votorum simplicium, aliasque Communitates sub regula sive statutis saltem ab Ordinario approbatis; ad Domus spiritualibus exercitiis addictas; ad Convictus et Hospitia inventuti litteris, scientiis, aut artibus instituendae destinata; ad Nosocomia, Orphanotrophia, nec non ad Arces et Carceres; atque similia Oratoria, in quibus ex instituto aliquis Christifidelium coetus convenire solet ad audiendam Missam. Quibus adiungi debent Capellae, in Coemeterio rite erectae, dummodo in Missae celebratione, non iis tantum ad quos pertinent, sed aliis etiam Fidelibus aditus pateat. Voluit autem Sanctitas Sua sarta et tecta iura ac privilegia Oratoriorum, quibus fruuntur Emi S. R. E. Cardinales, Rmi Sacrorum Antistites, atque Ordines Congregationesque Regulares. Ac praeterea confirmare dignata est Decretum in una

Nivernen. diei 8 Martii 1879. Contrariis non obstantibus quibuscunque. Die 23 Ianuarii 1899.

C. Ep. PRAENESTINUS Card. MAZZELLA

L. ✠ S.

*S. R. C. Paef.*

Diomedes Panici *S. R. C. Secretarius.*

## II.

### NIVERNEN.

R. mus D. Stephanus Antonius Lelong Episcopus Nivernen. quae sequuntur Sacrae Rituum Congregationi exposuit, opportunam declarationem seu resolutionem humillime exostulans, videlicet:

I. Potestne Episcopus iure ordinario concedere licentiam etiam plures Missas qualibet die celebrandi 1<sup>o</sup> in Capellis seu Oratoriis publicis piarum Communitatem, etiam earum quae clausuram non habent; 2<sup>o</sup> in Capellis seu Oratoriis piarum Communitatum, quae licet non habeant ingressum in via publica, inserviunt tamen quotidianis exercitiis totius Communitatis; 3<sup>o</sup> in Capellis seu Oratoriis ad personas quidem privatas pertinentibus, sed quae sunt publica vel semipublica in eo sensu quod habeant ingressum in via publica vel prope viam publicam, ut semper cuilibet volenti intrare permittatur?



II. Potestne Episcopus alia Oratoria praeter Capellam seu principale Oratorium erigere in piis Communitatibus, sive ob numerum Sacerdotum ibi degentium ut ab omnibus Missa dici possit, sive in gratiam infirmorum qui nequeunt adire Capellam seu Oratorium principale?

III. Potestne Episcopus iure proprio concedere facultatem asservandi SS.mum Sacramentum 1° in Ecclesiis seu Capellis publicis quae tamen titulo parochiali non gaudent, etsi utilitatibus Paroeciae inserviant; 2° in Capellis piarum Communitatum publicis, id est quarum porta pateat in via publica vel in area cum via publica communicante, et quae habitantibus omnibus aperiuntur; 3° in Capellis seu Oratoriis intérioribus piarum Communitatum, quando non habent Capellam seu Oratorium publicum in sensu exposito, ut evenit ex. gr. in Seminariis?

IV. Potestne Episcopus iure proprio licentiam concedere uni Sacerdoti secundam Missam diebus Dominicis aut festivis de praecepto celebrandi 1° in Oratoriis seu Capellis quae a S. Sede vel vi Indulti ab ea concessi fuerunt approbata, quando propter distantiam a Parochiali Ecclesia ista secunda Missa proficere potest voto Parochianorum, qui aliter Missam non audirent vel saltem difficillime; 2° in duabus Ecclesiis in eadem Parochia existentibus,



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

Ita reperitur in Actis et Regestis S. R. Cong.nis. Die 23 Ian. 1899.

DIOMEDES PANICI *Secretarius.*

### III.

#### LUCANA.

Ex Indulto Apostolicae Sedis confirmato per Bullam sa. me. Benedicti Papae XIII, XV Kalendarum Martii anno 1725, R.mo Capitulo et Canonicis Ecclesiae Cathedralis Lucanae facultas celebrandi ad Missam et ad Vesperas in Pontificalibus concessa fuit sub hac clausula et conditione : « quoties processionaliter aut capitulariter aut ad aliquas Ecclesias civitatis Lucanae in quibusdam Ecclesiarum ipsarum solemnibus, prout moris est, accedant. » Hinc a Sacra Rituum Congregatione expostulatum est : An eiusmodi facultas extendatur ad supradictas functiones in Pontificalibus, etiam absente Capitulo iuxta antiquissimam consuetudinem ?

Et Sacra eadem Congregatio, referente subscripto Secretario, exquisito voto Commissionis Liturgicae, omnibusque mature perpensis, rescribendum censuit : *Standum decreto Ex Romanorum Pontificum indulgentia d. d. 27 Augusti 1822 et Constitutioni sa. me. Pii Papae VII.*

**Decet Romanos Pontifices** *IV Nonas Iulias anno 1823. Atque ita rescripsit die 27 Ianuarii 1899.*

C. Card. MAZZELLA *S. R. C. Praef.*

L. ✠ S. Diomedes Panici *Secretarius.*

IV.

DUBIUM

Proposito dubio: An in cantu Praefationis et Orationis Dominicalis quoties Missae decantantur, organa pulsari queant? Sacra Rituum Congregatio, referente subscripto Secretario, et audito voto Commissionis Liturgicae, respondendum censuit: « *Obstat Caeremoniale Episcoporum lib. I. cap. 28 n. 9 quod servandum est.* Atque ita rescripsit. Die 27 Ianuarii 1899.

C. Card. MAZZELLA *S. R. C. Praef.*

L. ✠ S. Diomedes Panici *Secretarius.*

V.

AGINNEN.

R. mus Episcopus Aginnensis in Galliis Sacrae Rituum Congregationi humiliter exposuit quod in sua Dioecesi praesertim ruricolae degunt, et difficile ad Cereorum Benedictionem die II Februarii ecclesiam frequentant ob festi Purificationis suppressionem. Quapropter expo-

stulavit ut in eadem Dioecesi benedictio solennis Candelarum, quae fit iuxta Ritum die 2<sup>a</sup> Februarii, in Dominicam sequentem transferretur. Sacra porro Rituum Congregatio, referente subscripto Secretario, exquisito etiam voto Commissionis Liturgicae, rescribendum censuit: « Servetur Decretum in una *Rhemen*. 7 Februarii 1874 ». Atque ita rescripsit. Die 27 Ianuarii 1899.

C. Card. MAZZELLA *S. R. C. Praef.*

L. ✠ S. Diomedes Panici *Secretarius.*

## VI.

### MARIANOPOLITANA

Rmus Dnus Paulus Bruchesi Archiepiscopus Marianopolitanus, Sacrae Rituum Congregationi sequentia dubia pro opportuna solutione humiliter subiecit, nimirum:

I. Utrum preces quae flexis genibus, ad omnes horas in feriis poenitentialibus dicuntur, pariter in fine Matutini, quando separatur a Laudibus, sunt addendae ?

II. Utrum antiphonae « Ne reminiscaris » et « Trium puerorum » quae privatim a Sacerdote recitantur ante et post Missam, duplicandae sunt vel non, iuxta ritum Missae quam celebrat ?

III. An satisfacit obligationi suae clericus



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



rennes laudes, una cum grati animi sensu, perillustri memoriae *Benedicti Decimiquarti* tribuere tenemur, quia primus, alma in hac Urbe sacrorum Rituum disciplinae, tanquam novae facultati, distincta methodo tradendae, locum inter ceteras sacras facultates assignaverit. Hodieque haud dissonans tributum laudum, cum gratiarum actionibus, sapientissimo Domino nostro *Leoni Papae Decimotertio* debemus, quia, instante vigilantissimo dignissimoque suo Vicario, quasi tertium recurrentem iubilarem quinquagesimum instaurans, a munificentissimi Praedecessoris opere tam utiliter invecto, hanc denuo, in hoc nostro perillustri literarum ludo, studiorum palaestram aperiendam mandaverit.

Verum, et ut ars considerata, S. Liturgia suam dignitatem non amittit. Sunt pleraeque liberales artes nobilissimum tenentes locum inter humanas, cuiusmodi sunt v. gr. Rethorica, legalis procedura, Musices. Ita liturgica praxis maximi facienda est, imo longe pluris quam ceterae omnes artes. Si enim ars ex typo et obiecto nobilitatur, infinitam ars nostra dignitatem nanciscitur, eo quod eius typus obiectumque praecipuum est ipse Deus. Divini cultus actus exercens, « Sacerdotium, ait Chrysostomus, in terra peragitur, sed coelestium ordinum classem obtinet; et iure quidem merito. Non enim homo, non Angelus, non Archangelus, non alia quaequam creata potestas, sed ipse Paracletus hoc officium ordinavit, qui manentibus in carne auctor fuit, ut Angelorum ministerium animo conciperent. Hoc itaque terribilissimum Mysterium, quis tandem, nisi admodum insaniat, vel mente captus sit, despiciere queat »? An ignoras humanam animam, ignem Sacrificii huiusmodi nunquam gestare potuisse, sed omnes funditus perituros fuisse, nisi magnum adesset gratiae Dei auxilium? (1).

---

(1) De Sacerd. lib. III, 4.

At singularem prorsus praerogativam, quae nostram exornat scientiam, non praeteribo, quin vestros sub oculos ponam. Satis persuasos esse vos puto, eo maiorem probari alicuius disciplinae dignitatem, quo maiori indiget ceterarum famulatu. Nunc autem quanta, et ex hoc capite, sit nostrae nobilitas, vobis relinquam iudicium, cum perspectum habueritis, cunctarum fere, ut viam sternant, congeriem requirere.

Et re sane vera, qui fieri posset ut sacrorum Rituum intelligentia capiatur, absque scientia *divinarum Scripturarum*? Quomodo ignarus *Dogmaticae Theologiae* puros Ritus a falsis discriminabit, aut ab Haereticorum calumniis tuebitur? Quis sine *Scholastica*, abdita in Sacris Ritibus mysteria, copioso argumentorum apparatu, illustrabit? *Mystica Theologia* ipsa est, quae Dei cultum perfectiorem reddit. *Canonica disciplina* ipsa est, quae sacrae Liturgiae veluti angularium lapidum fundamenta, sive ex veterum Patrum traditione, sive ex Summorum Pontificum constitutionibus, supponit. *Theologia Moralis* ipsa est, quae sacros Ritus ad sempiternam animarum salutem ordinat. *Ascetica*, ait Eminentissimus Parocchi (1), illi pernecessaria est, qui liturgica officia, non automatam praecisione, sed viva diligentia, Sanctorum propria, cupit exercere; ut ad illam venerationem erga sacras Caeremonias populus trahatur, qua sancta Theresia, pro ipsarum vel minima, vitam ipsam profundere non dubitasset. Num verum Liturgistam dices *Historiae ecclesiasticae* imperitum? Num putas *Philosophicis* doctrinis posthabitis, sublimem catholici cultus philosophiam quemquam intelligere posse? Num armis *Critices* (acerimis hodie quibuscumque in castris) destitutus legitima Dei iura defendet? Oh! quam ma-

---

(1) Loc. cit.



gnum sacra Liturgia percipit emolumentum ex *Archaeologicis* studiis? Ii noverunt quos delectat sacrata detegisse monumenta; ii quoque quos iuvat Christianas pie revocare aetates. Nec silendum de maximo, quod praestat nostrae scientiae, praesidio, cultus *Litterarum, Eloquentiae, Poesis, Musices, Picturae, Sculpturae, Architecturae* aliarumque maiorum vel minorum artium, quibus Christi civitas adornatur, illique supernae similis efficitur, quae «semper resultat laudibus, sponsaeque ritu cingitur (1)».

Audiatis, quaeso, doctissimum De Azevedo, primum huius scientiae tradendae Magistrum constitutum: «Vereor ne quod modo dicturus sum, id aliqui perinde non intelligant, ac veritas postulet, dicam tamen non minus vere quam audacter quod sentio: dicam sacrorum Rituum disciplinam, illis omnibus, (nempe sacrorum librorum interpretationi, Scholasticae Theologiae. Dogmaticae etc.) longe multumque antecellere. Illae enim posterioribus saeculis exortae sunt, haec vel ab ipsis Ecclesiae incunabulis initium duxit. Illae longe remotius Deum spectant, haec ad ipsum Dei cultum refertur. Illae ad bonos mores viam tantummodo communiunt, haec solidos pietatis fructus affert. Illae denique in sola rerum divinarum cognitione plerumque conquiescunt, haec ita cum rebus divinis implicita est et cohaeret, ut ab iisdem seiungi non possit (2)».

Scio quidem complures inveniri, quibus huiusmodi non arridet sententia. Sed hi similes sunt, ni fallor, ei qui praeponeretur graphicen picturae, litteras philosophiae, logicam metaphisicae, aut qui praestare diceret speculum veritati, formam substantiae, notitiam fruitioni.

Satis, his dictis, probavisse me reor, sacrae Liturgiae

---

(1) Hymn. Liturg. in Ded. Eccl.

(2) In instit. Sch. Ss. Rit.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

Nunc demum, cum videam vestris in frontibus manifeste depictum bonae voluntatis propositum, nil aliud mihi restat, nisi ut de Methodo vobis loquar, quam, Deo adiuvante, tenebimus in hoc biennali liturgico curriculo. Iam vero, cum de hac re mecum ipse multum cogitarem, fateor, anceps diu haesi, dubitans quid, tam brevi temporis spatio, foret agendum. Magnum hoc pelagus non ita velociter traicere poterimus. Ibimus quoadusque nostrae nos vires portabunt. Plurima extant, quae praeterire haud licet. Huiusmodi sunt Prolegomena quaedam, quibus expendere necesse est sacrae liturgicae scientiae Notionem, Naturam, Divisionem, Obiectum, Originem, Progressum, Fontes, iuridicum valorem. Vocabimus primam hanc partem *Propaedeuticam Liturgicam*. Post haec ingredi licebit in subiectam materiam, quam pertractabimus, nec speculative tantum, nec omnino practice, ita ut, media incedentes via, scopulos utrinque vitemus; ne vocemur nimirum, aut *piscatores in aëre*, aut *mechanici exercitatores*. Hanc methodum tractandi sacram Liturgiam appellare placebit *Hermeneuticam Liturgicam*. Est enim animus liturgicos codices recensere, et pluribus, quae nostris temporis angustiis contineri non poterunt, vix praelibatis, interpretationem locorum, quae maioris videbuntur ponderis, instituere. Inde vero, ne arida aut molesta evadat tractatio, opportuna arripietur occasio, rem variis argumentis exornandi, quae, cum eruditionis copia, maximam parient utilitatem. Parebunt sacrorum Rituum rationes, historia, significationes, harmonia, pulchritudo, nobilitas. Erunt quoque exercitationes nostrae, data occasione, tum apologeticae tum polemicae; haud deficit et his in castris adversariorum copia, quos superare necesse est.

At tempus est iam, ut finem dicendi faciam. Ego, quod ad me attinet, omni ope enitar ut, diligentia, stu-

dio, labore, cum amplissimorum Praesulum huius Athenaei, tum vestrae expectationi satisfaciam. Vos autem, vestram his studiis propensissimam ostendite voluntatem, curam omnem impendite, ut non meis tantum, sed et vestrorum Moderatorum votis obsecundetis. Quam praecipue vero, vos oro atque obtestor, Eminentissimi Praesulis nostri, eximii nostrae scientiae cultoris, desiderii obtemperate, quae, dum mihi docendi munus traderet, manifestavit, dicens, velle se, alumnos, sacrae Liturgiae non communi modo incumbere, verum *ferventissimo cum animi ardore*. Quod vos praestituros esse, mihi certa spes est.

Interea nos nostraque studia Omnipotenti Deo commendemus, tamquam S. Liturgiae Auctori et Consummatori; Deiparae Immaculatae opem imploremus, tamquam dignissimae Levitarum Reginae; adsit et nobis Angelus, qui *stetit iuxta aram templi*. Sunt nostrae scholae Patroni, sicuti merito sacrosanctae totius Orbis Cathedralis instituti fuere Tutelares, Ioannes Baptista et Ioannes Apostolus ac Evangelista; ille quia Praecursor fuit Sacerdotii Christi, iste quia meruit, unicus Sacerdos, Christi cruento adstare Sacrificio. Opem ferat et Beatissimus Ravennatum Antistes, ad cuius Aedem congregamur.

Discamus ergo digne *fungi Sacerdotio* (iterum commemoro) *ad consummationem Sanctorum in opus ministerii, in aedificationem Corporis Christi*.

Sancte Sancta tractemus, quae nunc *videmus per speculum in aenigmate*, ut aliquando concedatur efferri

..... al bel giardino,  
Che sotto i raggi di Cristo s' infiora.

(Parad. XXIII).

IO. BAPT. M.<sup>a</sup> Can. MENGHINI  
*Caeremoniarius Apostolicus*  
S. Liturgiae ad S. Apollinaris Professor.

## QUAESTIONES ACADEMIAE LITURGICAE ROMANAE

### Circa « ADDENDA ET VARIANDA » in Rubricis

#### II.

Friderico presbytero, qui in antiquitate liturgica maximopere se placet, mutatio Rubricarum, quae pro festis Patroni, Tituli et Dedicationis Ecclesiae ponit duplex primae classis, haud satis arridet. Animadvertit enim tria festa localia Dedicationis, Patroni et Tituli, esse adeo solemnia, ut optimo iure pro aliis quibuscumque festis eiusdem ritus stare possint, quae proinde in illis merito comprehenduntur. Hinc est, quod etiam antiquitus ita intelligebantur communiter praefatae Rubricae, ut quodcumque aliud festum primae classis includerent. Eapropter antiquum dicendi modum novo praefert, quem probatione vix dignum iudicat. *Quaeritur* :

2. *Utrum, iuxta Rubricas, tria festa solemniora locorum, aliis quibuscumque, solemnioribus exceptis universalis Ecclesiae, praestent, in iisque alia quaecumque duplicia primae classis semper inclusa fuerint?*

2. *Quoties et quamnam huiusmodi Rubricae, de quibus in casu, mutationem passae fuerint, quidque in praesenti indubie tenendum?*

3. *An iure, an immerito Fridericus sententiam suam tenuerit?*



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



autem sic ordinanda sint, ex sequenti patefiet demonstratione, praecipue vero ex responsione ad secundum quaesitum. Hic et nunc probandum est, tria Festa localia omnibus aliis festis primae classis praevalere, quae non sunt Ecclesiae universalis. Pluribus utemur argumentis, ita ut, alterutro reiecto, valeat tamen aliquod ad conclusionem optatam assequendam.

Et 1. Thesis nostra probari optime potest ex Tit. VIII, n. 1 Rubricarum Generalium Breviarii; ibi enim Festa Dedicationis Ecclesiae propriae, Patroni et Tituli inter Festa principaliora enumerantur, quae sunt: Pascha Resurrectionis, Ascensio, Pentecostes, etc., horum autem omnium, simili ratione, praecipitur octiduum solemnitatis. Nunc si tria Festa inter illa enumerantur, quae certo certius praevalent ceteris primae classis, et eodem modo Rubricae de utrisque loquuntur, legitime concludi potest, Rubricas considerare tria Festa localia, uti praestantia super cetera primae classis.

2. Ex Titulo IX, n. 3 earumdem Rubricarum manifestum fit, Festa Dedicationis, Patroni principalis et Tituli, prouti maximae solemnitatis vi Rubricarum et ex praecepto, praevalere Dominicis secundae classis; unde agendum est in casu, de Festo Dedicationis, aut Patroni, aut Tituli, quamvis ex hoc consequatur reductio alicuius ex dictis Dominicis ad solam commemorationem. Sed posset quis dicere, argumentum hoc non valere, eo quod Dominicae secundae classis cedunt quoque aliis festis primae classis, praeter tria Festa localia; at respondendum est, verum esse, Dominicas secundae classis cedere aliis Festis primae classis, praeter tria localia, sed maxima cum differentia; namque, hae Dominicae cedunt tribus Festis localibus ex lege ordinaria et ex praecepto, seu ipsa vi Rubricarum, dum e contrario cedunt ceteris Festis primae classis tantum ex speciali licentia, seu ex indulto. Unde concluditur: ea Festa, quae aliquo gaudent privilegio,

honore, praelatione, ex lege ordinaria, praeferri debent illis, quae eodem honore etc. gaudent ex speciali indulto : atqui huiusmodi est casus noster ; ergo....

3. Eadem potest inferri conclusio ex Titulo IX, n. 5, in quo festum Dedicationis propriae Ecclesiae inter Festa maiora per annum computatur, cuiusmodi sunt Pascha Resurrectionis, Ascensio, Pentecostes, et horum omnium una generatim lex est, ut nulla fiat in relativo Officio commemoratio. Quod autem dicitur de Dedicationis Festo, extenditur etiam ad Festa Patroni et Tituli ; norunt quippe omnes, uti docent Petrus Piacenza (*Ephem. Liturg. 1895, pag. 304*) et Franciscus Stella (*ibid. 1891*), dubium non esse, quin festa localia, nempe Patronus, Titulus et Dedicatio, quidquid sit de discrimine inter se, quatenus sunt eiusdem ritus et gaudent iisdem privilegiis, omnia esse paris iuris relative ad alia Festa duplicia primae classis, seu ad inferiora. Hinc deducitur, quod tam in Festo Dedicationis, quam in aliis de Titulo et Patrono, « nulla, ex lege generali, commemoratio eo die est agenda », et quia id non praecipitur in aliis festis primae classis, iure merito concluditur, tria Festa localia praevalere aliis, exceptis iis tantum Ecclesiae universalis.

4. Probata manet nostra Thesis ex superioribus, quoad *occurrentiam*, nunc probanda quoad *concurrentiam*. Titulo IX, n. 2 legimus : « Inter festa aequalis solemnitatis servetur hic ordo, ut Festa Domini praeferantur omnibus aliis.... et Festa illorum Sanctorum, qui in propriis locis vel Ecclesiis solemniter celebrantur, aliis in Kalendario descriptis ». Atqui Festa illorum Sanctorum, qui in propriis locis vel Ecclesiis solemniter celebrantur, sunt praecise Festa Patroni, Tituli et Dedicationis propriae Ecclesiae; ergo haec tria Festa, iuxta Rubricas, praeferenda sunt aliis in Kalendario descriptis. Quod est dicere, dicta tria



Festa praevalere super omnia alia Festa duplicia primae classis, exceptis semper solemnioribus Ecclesiae universalis.

5. Aliud argumentum praestabunt duae Tabellae Rubricarum, scilicet ex Rubricis generalibus excerptae, in quibus enumerantur Festa primae classis, et praeter Festa Domini, B. Virginis, S. Ioseph, Ss. Apostolorum Petri et Pauli et omnium Sanctorum, inveniuntur et tria nostra Festa localia, quod factum non videmus pro Festis aliis primae classis. Ex hac ergo differentia, quae a Rubricis ponitur, inter tria Festa localia et alia Festa primae classis, licet concludere, illa istis praevalere.

Hinc videtur quoque inferri posse, quod, si tria Festa localia expresse nominantur inter duplicia primae classis, non autem alia, hoc significat (uti superius diximus) haec alia, quae nominata non sunt, gaudere ritu duplici primae classis tantum ex quodam privilegio seu indulto, ideoque debere locum cedere illis tribus localibus, quae ritus sunt duplicis primae classis non ex privilegio, sed de iure et ex lege ordinaria seu vi Rubricarum ipsarum.

6. Inter *Notanda* post tabellam « Si occurrat eodem die », sub numero 1 legitur: « Notandum, quod duplex quodcumque, etiam Patroni et Tituli Ecclesiae vel Dedicationis eiusdem ». Hic modus dicendi Rubricarum evidenter designat tria Festa localia tamquam principaliora prae ceteris; dicunt enim, « *etiam* Patroni, et Tituli, vel Dedicationis », quasi dicerent: quamvis haec tria Festa praevaleant supra omnia alia (exceptis illis Ecclesiae universalis), non ideo putandum est exceptionem constituere, namque et illa transferenda sunt.

Idem fere habetur sub num. 9 : « In diebus Festorum duplicium primae classis (eligit deinde tria lo-



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

in *Tuden.* (4526 et 4527) dierum 7 Septemb. 1816 et 22 Mart. 1817, nec non Decretum generale (4528), quae omnia sunt de eodem subiecto, aperte tradunt doctrinam praeferebantur trium Festorum localium super Festa alia primae classis. Namque, Episcopus dubia proponens, quaerebat, an Festum Patroni sub hac peculiari lege includatur cum aliis festis primae classis (*n. 1*); et in generali Decreto (*n. 1*) dicitur, duplex primae classis intelligendum esse « de quocumque Festo in ea die occurrente, *etiamsi sit Patroni principalis, vel Titularis, vel Dedicacionis* ». Unde haec tria Festa aperte praeferebantur ceteris inferioribus primae classis. In num. 2 idem innuitur.

Notandum est vim huius argumenti non deficere eo quod Decreta citata expuncta sint ex nova collectione authentica, ratio enim expulsionis non fuit immutata conditio rei, sed unici efformatio Decreti super eadem materia.

8. Quae hucusque diximus, a cl. De Herdt confirmantur; hic sane (*vol. II, n. 267, resp. 2*) ait: « Quodcumque Festum etiam duplex 2 classis transfertur, si occurrat in Dominicis 2 cl., scilicet etc. Festum autem principalis patroni loci, tituli ecclesiae et eius dedicationis celebratur in Dominicis 2 cl., infra octavam Epiphaniae etc. ». Dubitat tamen an idem fieri possit pro Festis aliis duplicibus primae classis, in Dominicis 2 cl. occurrentibus, et concludit: « Rubricae autem stricte intellectae alia praeter enumerata excludere videntur ». Et in nota subdit: « Hoc autem dubium *Les questions discutées à l'academie liturgique à monte citorio* lib. 2, quaest. 4, diei 9 Ianuar. 1856 ad num. 6, longe lateque pertractant, et numero 43 absolvunt, concludendo, his diebus celebrari non posse nisi festa principalia loci patronorum et Fundatorum aliorumque principalium patronorum ordinum et congregationum religiosarum ».

Eadem conclusio deduci potest a Cap. IV Kalendarii perpetui cl. A Carpo, praecipue ex notis\* et\*\* sub paragrapho II, pag. 71.

9. In *Ephemeridibus Liturgicis* anni 1891, pag. 202, Quaeres 8, ad quaesitum : « Quibus aliis festis Dedicatio cedat aut praevaleat ? » respondet doctissimus Stella : « Omnibus festis primi ordinis cedit, reliquis seu secundi seu tertii praevalet ». Tradit autem rationem : « Primis cedit quia solemniora sunt atque in universali Ecclesia celebrantur; reliquis praevalet, quia potioris est dignitatis, utpote ad Dominum pertinens ». Nunc vero, prout, saepe certiores facti sumus, Festa Tituli et Patroni aequivalent Festo Dedicacionis; ergo.

Ad alteram quaesitus partem, an scilicet in Festis solemnioribus locorum alia quaecumque duplicia primae classis semper inclusa fuerint, respondendum est : ratione ritus alia Festa primae classis includi sub denominatione festorum localium ; sed ratione solemnitatis non ita ; atque hoc sub respectu Festa localia illis praevalere.

II. Quoties et quamnam huiusmodi Rubricae, de quibus in casu, mutationem passae fuerint, quidque in praesenti indubie tenendum ?

a) Rubricae circa Festa particularia solemniora locorum bis mutationem passae sunt: primo, anno 1882; secundo, anno 1897.

b) Quaenam autem sint huiusmodi mutationes paucis dicemus.

In Rubricis generalibus Breviarii ante annum 1864, post verba : « quocumque festo duplici vel semiduplici adveniente, quia tunc festum transfertur », habetur « ut in Rubrica de translatione festorum dicetur » ; dum in aliis, anno 1882 reformatis legitur: « aut de eo fit commemoratio, ut in Rubrica etc. »

in reformatione vero anni 1897 ; « aut de eo fit commemoratio, aut penitus omittitur etc. ».

Immediate sequitur in editionibus ante an. 1882: « ut dicetur in Rubrica de Commemorationibus. In aliis Dominicis per annum fit etc. », in editione 1882 et sequentibus usque ad 1897, additum fuit, post verbum *commemorationibus*, « Id pariter servatur quoad alia Festa primae classis ». In postrema vero nullimode nominatur Titulus, Patronus et Dedicatio, sed dicitur simpliciter : « nisi illud festum sit duplex primae classis ».

Similiter Tit. VII, n. 3, circa medium, post verba *Infra Octavam Epiphaniae*, notatur eadem differentia et mutatio. Hae sunt praecipuae mutationes, ad nostrum casum quod pertinet.

Ad tertiam quaestionis partem : *Quid indubie tenendum ?* respondemus dicentes, tenendum esse tres diversas existere categorias Festorum primae classis, ideoque, optima ratione dici « solemnioribus exceptis universalis Ecclesiae » ; et tria Festa localia praevallere super omnia alia primae classis, quae non sunt Ecclesiae universalis, idque tam in occurrentia, quam in concurrentia ; non tamen ratione ritus, verum, ut diximus in responsione ad secundam partem, ratione solemnitatis. Quod optime explicatur in *Ephemeridibus Liturgicis* vol. IV, an. 1890, pp. 614-15, ubi ponitur, hanc distinctionem uti certam habendam esse: 1. in Festa duplicia primae classis universalis; 2. duplicia primae classis localia, *vi Rubricarum celebranda*; 3. duplicia primae classis, quae ex S. R. C. concessionem, seu *ex indulto* celebrantur tamquam Festa primae classis,

Quod haec distinctio ex Rubricis desumatur, hoc praeter omnem dubitationem habendum est, ita ut *Ephemerides* praefatae (*an. II, pag. 615*), quae primae hanc divisionem aperte exhibuerunt, post aucto-



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



(ut docet De Carpo) transponi, ita ut ad Matutinum dicatur hymnus Vesperarum, ad Laudes hymnus Matutini, et ad secundas Vesperas hymnus ex Laudibus ? ». Cui S. C. respondit : « Negative ad primam partem; Affirmative ad secundam ». Porro cum in Rubricis specialibus Breviarii Romani ab eadem S. R. C. reformatis et die 7 Decemb. 1897 approbatis n. 23, antiqua Rubrica, *quoad hymnos*, minime fuerit immutata, dubium exoritur, an amodo iterum sequenda sit Rubrica, vel potius decisio supradicta diei 3 Iun. 1892, cum nulla prorsus appareat ratio, cur S. R. C. ab illa decisione voluerit recedere, nec improbable sit, Rubricam ex quadam forte inadvertentia non fuisse *totaliter* reformatam. — Utique posset expectari, an decisio illa in nova Decretorum collectione expungatur; sed optabile esset id certe cito scire, antequam nova Breviaria cum antiqua Rubrica *forte emendanda* typis edantur.

*Resp.* Rubricae speciales aliquando exceptionem quandam constituunt, quatenus aliquid diversi statuunt a praescripto in Generalibus. Ita ex gr. satis notae sunt normae in commemorationibus cum versu sequendae, quando duae vel plures ex illis sunt aequales. Et nihilominus contra has normas est quod Rubrica specialis notat pro com. die XV Ianuarii, uti et alibi : nonne ita explicari negotium potest in casu ? Rubrica Gen. disponit, ut si in aliquo festo tres habeantur hymni proprii historici, et primae Vesperae locum non habeant, hymnus Vesperarum transponatur ad Matutinum, hymnus Matutini ad Laudes, hymnus Laudum ad alias Vesperas, si haberi debeant. Rubrica vero specialis in festo Septem Dolorum, mense Martio, Generali non adhaeret, sed notat, primis deficientibus Vesperis, hymnum Vesperarum esse cum hymno Matutini coniungendum. Nobis videtur exceptio, regulam in contrarium firmans, ac proinde sequenda. Nec fortasse ratio exceptionis deest ; agitur enim

de unius eiusdemque hymni partibus, ex quibus plures effecti sunt hymni : ut proinde consultius, data occasione, iterum coniungendi sint. Praeterea, quamvis quemdam habeant ordinem historicum, historici severo sensu appellari vix possunt ; quia potius quam ordinem, referunt integram Deiparae Compassionem, et ex piis deprecationibus constant. Arrogas denique, adeo brevem esse partem hymni ad Matutinum recitandam, ut consultius videatur in casu coniunctio, quam transpositio.

Sed iure oppones : Quare ergo relatam Dubium XVII praefati Decreti edixit, non esse coniunctionem, sed transpositionem agendam contra peculiarem Rubricam ? Certe hucusque servandum Decretum fuit contra dictam Rubricam. Quare nunc Generalis mutata est, non vero peculiaris iuxta Decretum ? Equidem fatemur difficile nobis esse propositis obiectionibus respondere ; sed fortasse ex praedictis momentis exceptio facta est, et non mutata specialis Rubrica. Quidquid sit, sequens argumentandi ratio discussioni non subiacet. Decretum *Lincien.* ante emendationem Rubricarum pro Rubrica stabat : nunc, reformatis Rubricis, ista specialis intacta remansit, cum tamen mutari indubie poterat ; ergo ista vim habere debet contra Decretum, nec inadvertentia supponenda, nisi aliunde constet. Adde, Decreta nondum in Collectione inserta posse adhuc expunctioni vel emendationi subiacere ; et concludere certo debes, Decretum impraesenti negligendum, Rubricamque specialem esse servandam. Ita quidem, nisi aliter S. R. Cong.ni declarare placuerit.

II. *Ex eod. loco.* **De Missis privatis de Requie praesente cadavere.** S. R. C. die 12 Ianuarii 1897 ad dubium II. « Missae privatae de Requie, quae sub expressis conditionibus celebrari possunt praesente cadavere, licitae ne erunt in quibuslibet Ecclesiis vel Oratoriis sive publi-



cis, sive privatis? » respondit: « Affirmative, dummodo....., sed si agatur de Ecclesiis et Oratoriis publicis, fieri debet etiam funus cum Missa exequiali ». Cum vero in Rubricis generalibus Missalis a S. R. C. reformatis et die 7 Dec. 1897 adprobatis P. I., V. 2 dicatur *absolute*: Missae privatae . . . . . celebrari possunt . . . . ., exc. dupl. I. cl., dieb. duplicia I. cl. excludentibus, et Festis de praeccepto », quaeritur: An restrictio seu conditio illa: « Si agatur de Eccles. et Orator. publicis, fieri debet etiam funus cum Missa exequiali » adhuc valeat? Ratio dubii est, quia S. R. C. responsum datum eadem die 12 Ian. 1897, ad dubium IV (nempe « easdem Missas celebrare haud licet diebus duplicia I. cl. excludentibus »), in Rubrica reformata excepit, minime vero responsum ad dictum dubium II.

*Resp.* Citra ullum dubium affirmative. Verum ne est, Missas privatas, quae ante reformationem Rubricarum in quibusvis duplicibus erant vetitae, nunc, illis reformatis, etiam in aliquibus duplicibus esse permissas? Responso affirmative certa est et indubia. Verum ne, haec aliqua duplicia, ut Missas privatas permittant, ea tantum esse, quae occurrunt in obitu alicuius, moraliter ad biduum usque post depositionem extenso? Affirmativa pariter responso quodcumque dubium excludit. Hoc autem Rubrica, nihilque aliud, praedicat; legem enim exhibet, quin aliquid dicat de casibus in quibus applicari possit, quod per Decretum explicatur. Lex enim rubricalis, ut plurimum brevis est, et ad minutiora non descendit, sed nec descendere posset, quin aliquid incommodi afferret. Ita ex. gr. Rubrica Gen. praedicat: « In duplicibus dicitur una tantum Oratio, nisi aliqua com. fieri debeat (*Tit. I.*) ». Et nihilominus praeter Orationem unicam et commemorationes saepe addendae sunt Collectae, quae tamen aliquando sunt omit-



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

omnia quae in Decretis disponuntur, in Rubricis posse convenienter inseri. Consequenter, ut concludamus, et Rubrica servanda est, et Decretum relatam, quod Dubium II attinet: adeo ut, si Missa exequialis omittatur, Missae privatae legi nec possint nec debeant.

III. *E Spalato. De officio funebri ex consuetudine.* In unoquoque mense apud nos recitatur in choro, sub ritu duplici, nocturnum defunctorum de feria currenti, cum Laudibus, *De profundis* etc., deinde Missa sine Diacono et Subdiacono canitur quotidiana cum unica Oratione *Deus veniae largitor*, cum *Sequentia*, et in fine fit Absolutio ad tumulum: omnia in Provinciae Confratrum Religiosorum suffragium. Quaeritur:

1. Dictum nocturnum recte ne canitur sub ritu duplici?

2. Sequens Missa unicam ne Orationem praefatam iure habet?

3. Recte ne seligitur nocturnum currentis feriae?

4. In eadem Oratione omitti ne debent verba « propinquos et benefactores »?

*Resp.* Antequam respondeamus, necessarium ducimus peculiarem Rubricam referre, quae ad Religiosos, de quibus agitur, pertinet, eamque expendere. Haec autem sequentis est tenoris: « In officio defunctorum, licet unicum nocturnum dicatur, duplicantur etiam antiphonae: I. in die ab obitu tertio, septimo, trigesimo et anniversario etc. II. In officiis aliis, licet sine cantu ac privatim etiam, sed Missam cum cantu de requie annexam habentibus, in qua iuxta generales et peculiare Rubricas Missalis unica adhibetur Oratio. Cetera vero, sive in iis unicum sive tria nocturna dicantur, ritu semiduplici fiunt, per Octavam quoque Commemorationis Omnium Defunctorum etc. Quotiescumque autem unicum nocturnum ritu duplici dicitur,

dicetur primum, nisi ex voluntate testatorum, aliorumve Committentium, secundum vel tertium dicendum sit ».

Huiusmodi Rubricae vigorem ne habent ? Et si habent, omnes ne vel aliquae tantum ? Certe hae Rubricae approbatae fuerunt ; et nisi revocata approbatio fuerit, vim retinent. Iam nunc supponimus, ut certum, Rubricas praefatas constitui, generaliter loquendo, ex consecrariis illatis ex aliis Rubricis aut e Decretis. Religiosi enim, de quibus agimus sequi debent Ritus Romanum, romanumque Calendarium, propriis, quae multa sunt, officiis additis, iuxta peculiare concessionem. Hoc supposito, certo constat, Rituale Romanum non permittere unum nocturnum sub ritu duplici, nisi : *a*) in Commemoratione Omn. Fidelium Defunctorum, *b*) in die obitus, *c*) diebus III, VII, XXX, et anniversario (*Rit. Rom. Tit. VI, Cap. 4, n. 1*). In aliis autem casibus, in quibus praefatum Officium recitatur, ritus adhibendus est semiduplex. Prima ergo Rubrica specialis, de qua superius, legi conformis est ; non vero altera sequens, quae dicit, in aliis officiis defunctorum, extra dies supra enunciatis, etsi privatis, post quae Missa cantata locum habet, in qua una dicitur Oratio, servandum quoque esse ritum duplicem. Dicendum ne igitur id fieri ex indulto ?

Ita factum hucusque fuisse supponendum est : sed utrum id fieri adhuc debeat videndum est. Cl. A. Carpo ex Franciscalibus de hac Rubrica peculiari silet, dicitque tantum : « Duplicantur antiphonae, ultra diem Commemorationis Omn. Fidel. Defunctorum, diemque obitus vel quasi-obitus (nempe postquam perlata est obitus notitia), etiam in die III, VII, XXX, et anniversaria, ac cum solemniter celebratur officium, cumque apud nos illud agitur, quod generalissimum nuncupatur (*Calend. perp. Cap. VII. n. 9*). » Enunciata autem probat : 1°) Rituali Romano quod nos vidimus, 2°) Rubrica peculiari. n. 29 et 30 et

antiquae, n. 32, 3<sup>o</sup>) Decreto in *Lisbonen.* d. d. 8 Mart. 1738 ad 3. Quare autem Rubricam, quam allegat adm. Rev. consulens noster, ille non afferat, nescimus, nec eam esse falsam asserere possumus. Quanto autem iure adducat A Carpo citatum Decretum, nullo negotio probatur. Nam quaerebatur: « 3. An Officia pro animabus Confratrum extra diem obitus seu depositionis, tertium, septimum et trigesimum, cum castro doloris et concursu Sacerdotum officiata, habere debeant ritum duplicem vel semiduplicem cum Psalmo et tribus Orationibus? » Iam audi responsum: « Ad 3. Serventur Rubricae Ritualis Romani, et duplicatio antiphonarum, praeter diem Commemorationis Omnium Fidelium Defunctorum, et diem depositionis defuncti, fiat diebus tertio, septimo, trigesimo, et Anniversario **tantum.** » Viderentur et Religiosi, de quibus loquimur, iuri communi, hac in re subiacere. Arrogas Caeremoniale Romano-Seraphicum haec habere: « In Officio defunctorum Antiphonae duplicantur die Commemorationis Omnium Fidelium Defunctorum, die depositionis seu quasi-obitus, die tertia, septima, trigesima et anniversaria, **die Commemorationis Confratrum nostrorum defunctorum, et quoties dicuntur novem lectiones** (n. 251). » At notes, ultimum assertum quod cursivo caractere notavimus, inniti Decreto *Lisbonen.* superius relato, proindeque esse simpliciter falsum; Decretum enim negat quod Caeremoniale praefatum affirmat. Quid concludendum? Ancipites hucusque haeremus; nobis enim Rubricae verba in demonstrationem allegata fuerunt.

Sed, ni fallimur, alia via tenenda, ut fiat lux, et sequens est. Auctores aliqui sustinuerunt, ritum officii defunctorum esse debere duplicem, quoties sequens Missa una tantum gauderet Oratione. Unica namque Oratio est **ign** solemnitatis; ut Rubrica Missalis doceat, unam



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



inde in illis Missa sequens unicam Orationem, in istis plures Orationes habere debet. Hinc patet, Rubricam peculiarem allegatam, secluso indulto, totum amisisse robur. Ergo ad Dubium 1.<sup>um</sup> responderi debet: Negative, nisi habeatur indultum.

Patet item responsio ad secundum Dubium, videlicet: Negative. Ex discussis enim resultat, unicam Orationem esse dicendam solummodo in Missa, quae respondet officio defunctorum ritus duplicis; sed officium, quod dicitur in casu, non sub ritu duplici, sed semiduplici dicendum est, ergo haud una sed tres Orationes dicendae sunt (*V. Decretum Gen. d. d. 30 Iun. 1896*).

Quod attinet tertium Dubium, attendenda primum est Rubrica Ritualis, quae primum exigit nocturnum, quando *ob temporis angustiam vel aliorum funerum instantem necessitatem officium* defunctorum cum tribus nocturnis dici non *potest* praesente cadavere. Tunc enim ait: « Deposito in Ecclesia feretro cum corpore, dicatur saltem primum nocturnum (*Tit. VI, Cap. 3, n. 16*). » Atqui in casu neque agitur de cadavere praesente, neque de ulla necessitate aliorum funerum instante; ergo non est dicendum primum nocturnum indiscriminatim. Ceterum Decretum recens (3 Iun. 1892 *Lincien. ad V.*) satis abunde Rubricam exponit, declarans: *In Exequiis pro depositione defuncti, quando unicum recitatur nocturnum, dicatur primum nocturnum*: quod proinde in casu nostro dici non debet. Hinc manifeste sequitur, servandam esse in casu Breviarii specialem Rubricam, quae explicite notat, unumquemque nocturnum in relativis feriis esse dicendum quando non agitur de diebus privilegiatis (*Offic. Defunct. ad initium*). Quod cetero ex eodem praefato Decreto in *Lincien.* manifeste eruitur; vult enim, nocturnum feriae, quod canitur horis vespertinis, **respondere debere feriae qua canitur**

**Missa** (*ad VI.*). Supponitur ergo, et aperte in Dubio habetur, idem nocturnum respondere debere feriae iuxta Rubricam Breviarii. Denique nocturnum quod, non ritu duplici, sed semiduplici dicendum est, non potest haberi, uti diximus, diebus privilegiatis; atqui conclusimus nocturnum dierum privilegiatorum esse debere primum; manet ergo ut nocturnum semiduplici ritu dicendum occurrenti feriae debeat respondere. Cum itaque in casu nostro nocturnum primum sit excludendum, nisi et ipsum feriae respondens necessario dici debeat, evidenter resultat ad tertium Dubium esse respondendum: Affirmative.

Nunc ad Dubium quartum et ultimum. Nota lex est, Orationes, uti et melius quam alias preces, dicendas esse in functionibus uti prostant in sacris codicibus, nisi alienius mutationis potestatem faciat ipsa lex vel sacer codex. Qua ergo de causa supprimendae forent in casu verba « propinquos et benefactores »? Quia, reponitur, Missa agitur pro Confratribus. Esto, reponi posset; sed num inter Confratres esse nequeunt qui simul et propinqui et benefactores sint, ut praefata verba et ipsis sub duplici vel etiam triplici respectu applicari et suffragari valeant? Ceterum quid habetur incommodi, si dum Oratio quae propria Confratrum est, nominet etiam alios propinquos et benefactores? Intelligimus, eam per id minus particularem fieri, sed nullum videtur inconveniens, cum Confratres primum in illa habeant locum. Hisce haud obstantibus, cum usus invaluerit, etiam in Ecclesiis Urbis, praefata verba tacendi in casu, arbitramur, eamdem consuetudinem licite posse servari, cum id quoque in similibus casibus fiat.

IV. *E civitate N.* **De Regulari haud tonsura initiato vices Subdiaconi agente in Missa solemni.** In quibusdam Regularium Ecclesiis usus invaluit, ex quo in solemni Missa, deficiente Subdiacono, ei Confrater aliquis sufficiatur,



qui nullo ex Ordinibus minoribus, imo neque prima tonsura initiatus est. Potest hic usus sustineri, vel saltem tolerari?

*Resp.* De iure, ministri sacri in Missa solemnibus debent esse in relativo saltem Ordine constituti: quod patet, sive ex Diaconi sive ex Subdiaconi complendo munere in dicta Missa. Nihilominus, cum Subdiaconi munus sit ea tantum agere in Missa, quae minus proxime ad Eucharistiam pertinent, S. R. C. permisit ut clericus, posita necessitate, nondum Subdiaconus eius vices posset gerere, omisso tamen manipulo, Subdiaconi indumento proprio. Non tamen per quemcumque clericum eiusmodi vices agi posse declaravit; sed qui esset in Ordinibus minoribus constitutum. Ita in una *Collen.* d. 5 Iul. 1698, num. 2002 (3478) ad 13 proposito Dubio: « An, deficiente Subdiacono pro Missa solemnibus, possit per Superiores substitui constitutus in Minoribus ad cantandam Epistolam, paratus absque manipulo? » respondit: « Data necessitate, posse permitti ». Et nota, conditionem necessitatis S. R. C. impleri omnino iubet. Etenim iterum rogata in una *Amerina* d. 18 Dec. 1784, num. 2525, (4418) ad 1: « An, extra casum necessitatis, possit permitti a Superioribus, ut Canonicus constitutus in minoribus Ordinibus cantet Epistolam in Missis solemnibus paratus absque manipulo? » respondit: « Negative; et Episcopus curet abscindere consuetudinem, tam in Cathedrali, quam in Collegiata Ecclesia etc. etc. ».

Successu postea temporis, cum fortasse frequentiores alicubi casus occurrerent Missam solemnem omittendi ex defectu non solum Subdiaconi, sed etiam alterius clerici in Minoribus constituti, S. R. C. huic necessitati providit pariter permisitque, ut clericus simplex, seu tonsura tantum initiatus, Subdiaconi vices agere quoque posset in solemnibus Missis. Decretum est in una *Florentina, seu Ordinis Minorum*



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

steria obeunda. Ceterum est lex positiva, ut nemo Subdiaconi vices agere valeat, data necessitate, nisi sit saltem clericus; atqui tonsura carens non est clericus; ergo nullus vir Regularis, etsi professus, Subdiaconi munere fungi potest in Missa, nisi tonsura saltem initiatus fuerit.

V. *Ex Hollandia. De modo intelligendi dies infra octavas quatenus secundarios.* Dies infra octavam iuxta Decretum d. d. 21 Febr. 1896 secundarii, sensu ne absoluto accipiendi sunt? Ita ut, si duae octavae ritu inaequales occurrant, ritus sit negligendus, et praeferenda octava magis digna?

*Resp.* Negative. In festorum dignitate perpendenda praevalet: 1. ritus, 2. qualitas primarii, 3. dignitas personalis. De ritu explorata res est, et discussioni non datur locus: quod reliqua duo pertinet, Decretum Gen. super primariis et secundariis festis, et aliud *Viglevanen.* d. d. 21 Febr. 1896, ad I, si Generale non satis esset, assertum superabunde demonstrant. Nunc autem indubium quoque est, octavam induere naturam festi: ut festum potius potiore ferat octavam suam, et festum minus dignum minus quoque dignam ferat octavam. Ergo quod de festis praedicatur, de octavis praedicandum est; hoc est, sicut festum ritus superioris praevalet festo ritus inferioris, ita octava eo potior censetur, quo potius est festum, ad quod illa pertinet. Primarii autem vel secundarii qualitas in festo tunc solum consideranda est, quando festa ritu sunt aequalia, sicut ipsamet dignitas personalis tunc solum considerari potest, quando duo festa sunt paria in qualitate primarii vel secundarii: secus, sicut in disparitate primarii vel secundarii qualitatis dignitas personalis est negligenda, ita pariter ipsa primarii vel secundarii qualitas negligenda est in disparitate ritus. Inde palam sequitur, posita disparitate ritus, octavam ritus potioris,

veluti clausis oculis, alteri octavae ritus inferioris esse praefendam, sicuti festum potioris ritus, ceteris posthabitis, praeferendum esset alteri inferioris ritus. Patet ergo ratio negativi responsi ad propositum Dubium.

Principia exposita applicemus ad casum. Duae occurrunt octavae, altera Visitationis (2 Iulii), altera Ss. Apostolorum Petri et Pauli, illa, uti supponitur, 2<sup>ae</sup> cl., ista 1<sup>ae</sup> classis: ex diebus infra utramque octavam quinam praevalent? Responsio est certa conclusio ex principiis derivans. Adest inaequalitas ritus; ergo neque primarii aut secundarii qualitas, neque dignitas personalis considerari potest, sed ritus tantum. Ritus autem, festi inquam, cuius naturam octava sequitur, est superior in Apostolis utpote 1<sup>ae</sup> classis; ergo etiam dicti festi octava praevalebit contra aliud festum inferioris ritus, proindeque et contra huius octavam. Sit ergo faciendum officium de infra octavam: de infra octavam Apostolorum fiet, et dies infra octavam Visitationis commemorabitur. Sit utraque octava commemoranda: com. diei infra octavam Apostolorum praecedet commemorationem Visitationis.

Facile inferes, etiam Praefationem nonnisi de Ss. Apostolis posse dici; quia de eorum festo agitur, utpote potiori, non de Visitatione, utpote inferiori: vel commemoratio dignior, quae praevalet, non est de Visitatione, sed de Ss. Apostolis. Ergo de his quoque Praefatio habebitur, non de illa.

Obiter quoque notamus pro adm. rev. consulente, conclusiones praefatas tota vi pollere pariter, si festum Visitationis esset dup. I classis, sive ex indulto, sive quia Ecclesiae Titulus. Ratio est, quia etiam ritus aequalitate posita, ipsaque primarietate festi Visitationis, contra festa solemniora universalis Ecclesiae non datur praevalentia alterius cuiuscumque festi Ecclesiarum particularium. Ete-

nim principia superius posita non respiciunt festa solemniora Ecclesiarum particularium contra alia solemniora universalis Ecclesiae, sicuti neque festa alia localia primae classis contra tria solemniora, nempe Dedicationem, Patronum et Titulum. Festa enim solemniora universalis Ecclesiae nulli cuicumque alii festo cedunt, cuiuscumque sit dignitatis: et festa solemniora localia solis cedunt solemnioribus universalis Ecclesiae nullique alii, etsi ritus aequalis, imo et potioris dignitatis.

**VI. *E Centumcellis. De ordinanda privata Missa occurrentis feriae IV. Temporum infra octavam.*** Die 14 Decemb. 1898 — *fer. IV Quatuor Temp. — et infr. octav.* Immacul. Conceptionis in Cathed. C. . . . fit de S. Didaco C. *ritus semid.* (d. a. ex 13 Nov.): Titius celebrare optat Missam *privatam* de feria IV. Temp. occurrente. Quaer. Quenam erit 2, quenam erit 3 oratio huius Missae? Quenam Praefatio? Dicendum ne est Credo?

*Resp.* Praenotamus, Titium in casu, facientem Missam privatam de occurrente feria IV Temporum, uti iure suo. Antiquitus quidem, ex quorundam Decretorum interpretatione, communis erat doctrina, Missas de feriis occurrentibus, etsi in semiduplicibus, non posse dici. Ratio allata erat, quia dictis diebus mittebantur Missae votivae, sed de feria dictae Missae dici nequibant, quia veluti votivae considerabantur, seu votivo more dicendae. At Decreta, quae superius inuimus, expuncta e nova Collectione fuerunt, ut aequivocationibus amplius non detur locus.

R. mus Dom. R. Marcucci in suo Voto, quod Ephemerides nostrae retulerunt anno 1892 (pag. 588) sensit Missas de feriis maioribus occurrentibus iure posse fieri, dummodo semiduplex ritus illas non impediret. Iuxta hoc Votum die 30 Aug. 1892 Decretum vulgatum fuit in *Strigonien.* cuius dubium VIII erat: « Recitans privatim



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



tur : « Si autem facienda sit com. alicuius festi occurrentis, post Orationem diei dicitur secunda Oratio de Sancto... » Comparatio autem, quam instituimus inter feriam maiorem et Dominicam, non ex arbitrio est, cum inferatur ex ipsa Rubrica speciali posita post secundam Orationem Missae de feria IV Temporum Adventus, ubi legitur : « Aliae Orationes, ut in Dom. I Adventus ». Quod vero octavae commemorationem attinet, audias Rubricam specialem Missalis posita in die XIV Decembris : « Si hodie occurrat feria IV Quat. Temporum, Missa dicitur de feria cum com. octavae. » Ceterum, nonne si in Cathedralibus et Collegiatis eadem feria Quatuor Temporum occurrat infra octavam, uti Rubricis inhaereus animadvertit Tetamus, una tantum cantanda foret Missa cum commemoratione octavae ? Et Missae privatae nonne de eadem feria esse deberent, si officium non occurrat, intelligas, novem lectionum, cum commemoratione pariter octavae (*Tract. I. Libr. III, Pars II, Not. in mense Dec. num. 22*) ? Si autem omitti non potest nec debet octava, a fortiori, nec debet nec potest omitti com. semiduplicis occurrentis, de quo factum est officium. Responsum absolvat S. R. C. per Decretum in *Einsiedlen., Reliqua Dubia*, ad 26, d. d. 5 Maii 1736, num. 2319 (4044) : « Quando occurrit vigilia aut feria IV Temporum infra octavam Conceptionis B. M. V. debet recitari officium de infra octavam Conceptionis ; Missae autem, sive una cantetur, sive cunctae legantur, dicuntur de feria Quatuor Temporum, cum secunda Oratione de octava ». Ubi videre est Missam de feria non esse eiusmodi naturae, ut commemorationem excludat octavae. Ergo non est ratio eius excludendae, etsi de semiduplici officium sit recitatum : consequenter haec Missa de feria Quatuor Temporum, post Orationem primam, habebit aliam de semiduplici et tertiam de octava : quae vero sunt de tempore, seu de feria propriae, omittentur.

Quaeritur 2. quaenam Praefatio dicenda ; et reponimus, nec dubitandum credimus, de octava. Primo quidem quia, cum facta sit com. de octava, et haec Praefationem propriam habeat. non est ratio, cur ea debeat omitti, ut communis dicatur. Secundo, quia Praefatio communis tunc tantum dicitur, uti e Rubricis manifesto infertur, quando alia plus minusve propria non habeatur, si tamen excipias defunctorum Missas, quae semper communem exigunt. Tertio, audiri potest De Herdt : « In feriis dicenda est Praefatio de tempore, si tempus propriam habeat, et alias communis. In Missis autem feriarum et vigiliarum, quae celebrantur infra octavam, propriam Praefationem habentem, et in quibus fit com. octavae, dicitur quoque Praefatio octavae (*Pars I, n. 92*). » Quarto denique, evidenter patet e speciali Rubrica, iam relata pro commemoratione octavae, quae pro hac feria IV Temporum dicit : « Missa dicitur de feria cum commem. octavae etc. cum Praefatione de octava (*die XIV Dec.*) ».

Quaeritur 3. an dicendum sit *Credo*, et respondemus negative. a) Quia casus omnes, in quibus *Credo* dici debet in Missis, Rubrica explicite notat ; atqui inter eos non reperiuntur Missae de feriis, etsi privilegiatae sint. b) Ex regula generali, quam Guyetus et reliqui in sacra Liturgia periti tradunt, *Credo*, dicitur in Missa, vel ratione mysterii, ut in festis omnibus Domini et Deiparae : vel ratione doctrinae, ut in festis Apostolorum et Doctorum Ecclesiae : vel ratione solemnitatis, ut in festis Patronorum, et in Missis votivis solemnibus pro re gravi. At nulla ex his rationibus aliquid valere potest, uti patet, pro Missis ferialibus. Tertio, audias etiam De Herdt : « Symbolum... non dicitur in Missa de feria aut vigilia, quamvis occurrat in festo aut infra octavam, illud habentem (*Pars, 1, n. 90, 12*). » Quarto denique ex Decreto con-



firmatur in *Collen.* d. d. 5 Iul. 1698, num. 2002 (3477) ad 12, in quo, expetita S. R. C. : « An occurrente festo S. Marci infra octavam Paschatis, in Missa Rogationum sit dicendum *Credo* ? » respondit : « Negative ». Porro, unica in casu ratio addendi Symbolum esset octava Conceptionis ; atqui dicendum non est in Missa de feria, quae dicitur infra octavam Paschae ; ergo a potiori dicendum non erit infra octavam Conceptionis.

---

## BREVIORA RESPONSA

---

I. *Pro Gallia.* In Missa solemnitatis translatae, si aliae non celebrentur, addi debent sub distincta conclusione commemorationes, si occurrant, quae nunquam omittuntur, non reliquae. Hoc certum est, quod desumpsimus e Decreto S. R. C. novissimo, in III Volumine Collectionis, quod paratur, inserendum.

II. *Pro Barcinone.* Stola sacerdotis, deferentis simulacrum Iesu infantis a fidelibus deosculandum in die Nativitatis aliisque festis, ubi usus viget, esse debet coloris actui respondentis, quem peragit, nempe albi. Ita qui Sancti Confessoris reliquiam praebet osculandam, stolam albam induit: qui reliquiam Sancti Martyris, stolam coloris rubri: sic a pari in casu.

III. *Pro eod. loco.* Pavimentum presbyterii, si cooperiri velit, non enim est necessarium, tapetibus coloris viridis tegi solet, uti Caeremoniale Episcoporum notat. Gradus vero inferiores altaris, idem codex ait, *cooperiantur aliquo amplo et pulchro tapete*, ut si fieri possit, sint magis



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

« animae famuli tui » sufficiet alià « animabus famulorum tuorum »; ac denique in ultima Oratione pro « animam famuli tui » dicet « animas famulorum tuorum ». Idque, sive quia incongruum videtur dicere in casu Orationem aliam, respicientem animas famulorum famularumque; sive quia eiusmodi mutationes singularis numeri in pluralem videtur spiritui Rubricarum optime cohaerere. Sed consultius esset dicere Orationem *pro pluribus*, demendo verbum *famularumque*.

VII. *Pro eod. loco.* Diaconis tangere immediate Eucharistiam, sive sub una, sive sub altera specie, necessitate vel commissione seclusa, non licet. Est enim minister, sed tantum extraordinarius Eucharistiae, ut communiter docent doctores; et huic ministerio extraordinario certe potestas inest tangendi ac dispensandi Eucharistiam sub speciebus panis, haud ordinario. Illius enim est ex officio tangere rem sacram, cuius est consecrare: hoc autem est Sacerdotis, non Diaconi, cui mediate solum illam tangere competit vi muneris sui. Ergo in disponenda pro expositione Sacramenti in Ostensorio sacra Hostia, quam in lunula ponere Sacerdotis est, ita se gerere debet, ut eam non tangat. Ita ius, ratio et praxis.

VIII. *Pro Valentia in Hispania.* Occurrente Ss. Proto et Hyacintho (11 Sept.) infra octavam Nativitatis B. M. Virginis, Praefatio in Missa debet esse de Nativitate. Rubrica enim dicit: « Praefationes... quae infra octavas propriae assignantur, dicuntur etiam in Dominicis et festis, quae illis temporibus celebrantur, nisi illa festa propriam Praefationem habeant (*Tit. XII. n. 2*).

IX. *Pro Hispania.* Cum vasa sacra pro Sacrificio ad altare deferre sit munus Subdiaconi, hic debet ad Offeritorium Missae sollemnis ad idem altare e credentia deferre, sicut calicem, ita et pyxidem cum particulis consecrandis,

si facienda sit communio. Neque fas est, eam deferri per alium, puta caeremoniarum magistrum, nisi id ferat necessitas; quia agitur de Missa, in qua unusquisque proprio munere fungi debet. Ergo Caeremoniale Episcoporum, satis hac in re explicitum, servandum est (*Lib. II, Cap. XXIX. n. 2*).

*Nota.* Super Decretis e nova Collectione expunctis inutile est impraesenti quaestiones instituire: cum integra vulgata fuerit dicta Collectio, tunc res patebunt, ut patientia nunc opus sit.

X. *Pro Dertona.* Subtus altare cadavera non debent sepeliri, et si fuerint ibi sepulta, Missa in eo celebrari nequit, cum sit interdictum. Namque « SS. mus. .... in altari, *sub quo* sepulta existunt cadavera defunctorum, mandavit Missas non esse celebrandas (*S. R. C. in una Veneta. 7 Jul. 1766, num. 4332, 2479*). Hinc unius circiter metri mensura respicit, non profunditatem sepulturae subtus altare, sed distantiam lateralem ab altari. Si enim dicta mensura profunditatem respiceret, vere cadavera sepulta manerent subtus altare: quod graviter indecens est, graviterque prohibitum.

XI. *Pro Corleone.* In associatione cadaverum servandum est Rituale Romanum: adeo ut non sufficiat unicum psalmum *Miserere* concinere et *Libera me, Domine* ad portas civitatis; sed alia quoque dicenda et agenda, quae in dicto codice prostant (*Tit. VI, Cap. 3*).

XII. *Pro eod. loco.* Nullibi est vetitum, in Oratione *Absolve* ad absolutionem cadaveris verbum *resuscitatus*, sicut et alia *famuli tui*, cum agitur de foemina, mutari posse in genus foemininum, seu *famulae tuae*, et *resuscitata*, uti in aliis casibus Rubricae Ritualis faciendum docent.

XIII. *Pro eod. loco.* Depositionem SS. mi Sacramento

expositi pro Oratione 40 horarum fieri per solum Sacerdotem cotta (non rochetto), stola ac pluviali indutum, duobus caeremoniarum magistris comitantibus, non est per se vetitum extra Urbem; sed natura functionis, decus Sacramenti, solemnitas actus, quid solemnius, si fieri possit, indubie exigit. Cetera ad Episcopum loci pertinet iudicare.

XIV. *Pro Neapoli.* Lotionem manuum post adorationem Crucis, feria VI in parasceve, solum Caeremoniale Episcoporum praescribit pro Episcopo, non pro Celebrante Canonico, Episcopo absente, multoque minus praesente, neque pro simplici Sacerdote praescribit Missale. Hinc dicta lotio praescribi Sacerdoti celebranti *per se*, uti patet, non potest. Nihilominus ratio, quam adm. Rev. consulens allegat pro lotione agenda etiam a simplici Sacerdote, optima est, et praescribi per accidens potest, non ex lege positiva, sed ex rei natura. Hoc est, si Sacerdos celebrans animadvertat, manus ob calceos deponendos ac resumendos minus esse mundas quam antea, potest certe, imo et debet lavare manus post adorationem Crucis. Hinc De Herdt, loquens de Celebrante Canonico, absente Episcopo, dicit: « Adoratione facta, dum Diaconus Crucem ad altare reportat et ante Celebrantem transit, genuflectit (*Celebrans*) utroque genu, donec Crux super altare sit collocata. Deinde surgit, lavat manus, saltem si sordes contraxerit, etc. (*Prax. pontif. Lib. 1., Cap. 26, n. 126*). » Idem quoque tenet de simplici Sacerdote: « Deinde surgit, et denuo facta Cruci genuflexione....., mox ad scamnum revertitur: ubi calceos resunit, manus lavat, si sordes contraxerit etc. (*Prax. Liturg, pars 5, n. 46, 3*). » Ratio ceterum abunde patet, quia nempe natura actuum, quos operaturus est, omnimodam exigit munditiam manuum.

XV. *Pro eod. loco.* An feria VI in parasceve dari



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



prohiberi ; ergo sit aequa libertas, quae substantiali uniformitati nihil prorsus officit. Quod si haec desideretur, servetur lex : vi cuius Celebrans cum pervenerit ad altare pro facienda Missa, *profunde se inclinatur* : Missam inchoabit, *facta prius profunda reverentia* : antequam discedat ab altari, in infimo gradu caput inclinatur. Idem dicas de discessu e Sacristia ad celebrandum : ante discessum faciet *reverentiam cruci, vel imagini illi, quae in sacristia erit*. Item in sacristiam reversus, eandem faciet reverentiam ; quia Rubrica dicit : « Eo modo quo venerat, redit ad sacristiam (*Rit. celebr. Tit. XXII, n. 6*) : venerat autem post factam reverentiam.

IV. Apud Presbyteros Cong.nis Missionis singulis diebus Dominicis conveniunt Clerici Dioecesis in appositum Sacellum, ibique, post alia, celebratur Missa sollemnis : quandoque vero in dicta congregatione Clericorum, loco sollemnis, celebratur Missa plana sine cantu, in qua omnes fere clerici adstantes ad sacram Synaxim accedunt.

Hinc dubitatur : Utrum huiusmodi Missa sine cantu haberi possit tanquam Missa Communitatis; ideoque liceat in ea duos habere Ministros, plures candelas in Altari accendere etc. an potius considerari debeat velut Missa omnino privata, in qua haec omnia prohibentur ?

*Resp.* Missa eiusmodi non debet, quamvis possit, uti stricte privata considerari, quia revera non est eiusmodi, cum Missae cantatae locum teneat, ad Communitatem pertineat, et sollemnitatis peculiaris rationem habeat, uti e dubii expositione satis patet. Audias Decretum in *Molinen.* d. d. 12 Sept. 1857 ad VII : « Num tolerandum sit, ut mos non geratur Decretis S. R. Cong.nis, duos ministros in Missa lecta prohibentibus, eo sub praetextu, quod hi ministri non introducantur ratione dignitatis Celebrantis, sed ratione celebritatis aut frequentioris assistentiae : ex.

gr. si Missa sit parochialis, aut Communitatis? » Respon-  
sio autem sequentis est tenoris : « Servanda esse quidem  
Decreta quoad Missas stricte privatas ; sed quoad Missas  
parochiales vel similes diebus solemnioribus, et quoad Mis-  
sas, quae celebrantur loco sollemnis atque cantatae, occa-  
sione realis atque usitate celebritatis et solemnitatis, to-  
lerari posse duos ministros Missae inservientes etc.» Item  
in una *Northantonien.* ad Dubium sequens : « Num in  
Conventibus et Ecclesiis, quae ad instar paroeciarum ha-  
bentur, quando propter inopiam cantorum Missa principa-  
lis quae est etiam conventualis vel parochialis, cantari non  
potest, liceat plusquam duas candelas in altari accendere,  
saltem in festis solemnioribus » responsum fuit : « Affir-  
mative (6 Febr. 1858) ». Ex quibus duobus Decretis inter  
se collatis et perpensis, communiter Doctores inferunt, et  
illatio praxi confirmatur, Missam quae pro Communitate  
legitur, diebus saltem dominicis, non esse stricte privatam  
considerandam, ut et duo ministri, et plures candelae ac-  
cendi possint.

V. Minister in Missa privata debet ne genuflectere  
quoties transit per medium Altaris, in quo SS. Sacramen-  
tum haud asservatur, et in primo accessu ac ultimo re-  
cessu ; an potius se Cruci profunde inclinare, ut volunt  
nonnulli rubricistae ?

*Resp.* Arbitramur esse ab inferiori ministro, in Missa  
lecta, genuflexionem, non inclinationem, faciendam. En  
ratio quae nobis satis gravis videtur, et cui sententia no-  
stra indititur. Minister Missae privatae communiores nor-  
mas, quae tamen ipsi convenire possunt, sumit in suo  
ministerio adimplendo a Ministris sacris solemnioris Mis-  
sae. Atqui Ministri sacri in solemniori Missa genuflexio-  
nem in casu agere debent, privilegio secluso, non incli-  
nationem. Ergo eam quoque, imo a fortiori tenetur facere,



minister Missae privatae. Praeterea, quicumque chorales, officii tempore, ante altare transeuntes, in quo non est Sacramentum, si privilegiatos excipias, nonne genuflectere tenentur? Nonne actus Missae recitationi choralis officii longe praestat? Nonne proinde satis videtur indecorum clericulos cernere ante altare transeuntes, ubi fit Missa, solum (et utinam saltem fieret) inclinationem agere?

Placet referre sentiendi rationem alterius ex cl. Academicis Atenaei nostri Liturgici Romani (1) cuius perbellam evulgavimus in Vol. 1897 Ephemeridum (pag. 727) dissertationem. En eius textualia verba prope eiusdem Dissertationis finem: « In Missa privata, Minister genuflectere debet, quodcumque ante medium altaris transit, uti etiam in primo accessu et ultimo recessu, sine ulla exceptione, et quando, bireto in loco convenienti deposito, vadit ad medium transeundo ad cornu Evangelii, ubi faciet cum Celebrante Confessionem, vel accedit ad cornu Epistolae infra Graduale, ut librum transferat, vel transferens librum ad cornu Evangelii per medium transit, et ita singulis vicibus per totam Missam. » Hic autem nota subditur Redactionis Ephemeridum, dicens: « Inferes, probandam non esse consuetudinem inclinandi pro genuflectendo ante altare; namque si ministri, aut superiores aut inferiores in solemni, et hi etiam in solemni et lecta Missa tenentur genuflectere, vere non datur ratio ministrum inferiorem ad hac genuflexione dispensandi in privata. Inclinatione enim fit per privilegium, quo non gaudet minister inferior. Ergo».

VI. Idem Minister in respondendo: *Suscipiat etc.* ad: *Orate, fratres*, debet ne aliquantum se inclinare versus Celebrantem, ut fit ad *Misereatur tui, etc.*: ex Caeremoniali Episc: ?

---

(1) Anastasius Fournieret, e dioecesi Lingonensi.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

*Domine*; postea, posset quidem ad cornu Epistolae transire pro audiendo Evangelio, uti prima vice; sed minus congruit. *a)* Quia nulla est necessitas pro audiendo Evangelio se conferendi ad cornu Epistolae: minister autem sine sufficienti ratione non debet de loco ad locum transire. *b)* Cum haud raro Evangelium legendum sit breve, accideret ut vix ad alium locum pervenit minister, ad primum statim redire debeat ut Missale transferat: quod laude dignum non videtur. *c)* Hinc observantiorum Ecclesiarum invecta et servata in ministro consuetudo in cornu Evangelii permanendi ad finem usque lectionis.

VIII. Clericus ministrans ablutionem Celebranti in Missa, tenetur ne osculari ampullam aquae et vini, tam ante, quam post dictam ablutionem, cum ipse ampullam in manum Celebrantis minime tradat? Ad idem ne tenentur Diaconus et Subdiaconus in Missa solemni quoties aquam et vinum ministrant?

*Resp.* Dubiorum eiusmodi solutiones adm. Rev. consulens legere poterit in Vol. 1897 Ephemeridum, pag. 603 et seq. **Solutio Quaestionis** alterius ex Academicis Atenaei nostri Liturgici Romani (1).

IX. Minister in Missa privata et Assistentes in Missa solemni debent ne toties seipsos signare, et pectus sibi percutere, quoties hoc idem respective facit Celebrans?

*Resp.* Affirmative, sed cum aliqua limitatione, quam mox explicabimus. Sicut alias innuimus, Minister Missae privatae communiore normas in suo ministerio persolvendo accipit a ministris sacris Missae solemnioris; quod ergo de his praedicatur hac super re, et illi applicandum est, dummodo conveniat. Lex autem est pro ministris sacris, ut Celebranti se conforment in aliquibus, sed non in

---

(1) Nivardus Bossi, Miss. Apost.

omnibus. Illa autem in quibus dicta conformitas requiritur, aliqua sunt externa signa quae verbis clara voce prolatis respondent : quae autem secretis verbis respondent, dictam conformitatem respuunt. Ex. gr. in principio Missae plura fiunt signa crucis, uti et inclinationes capitis : communes sunt Celebranti et ministris. Ad Introitum similiter commune erit signum crucis, uti inclinatio capitis ad *Gloria*. Item signum crucis ad *Benedictus qui venit*, percutio pectoris ad *Agnus Dei* etc. etc. communia signa sunt. Quia haec omnia aliaque similia verbis respondent clara voce prolatis, quae ministri altaris, aut cum Celebrante recitare debent, vel saltem possunt. Sed alia quoque signa sunt, licet externa, quae tamen, aut vix aut nulla ratione externo, sed secreto actui Celebrantis respondent : haec autem sunt ita Celebrantis propria, ut ad ministros non pertineant. Eiusmodi sunt ex : gr. signum crucis ad verba *omni benedictione* in oratione *Supplices te rogamus*, et ad verba *da propitius pacem* in oratione *Libera nos* : item percussio pectoris ad *Domine non sum dignus* etc. etc. Horum itaque signorum non erunt participes ministri sacri, cum secretis actibus respondeant, quibus nec tenentur, nec teneri illi queunt. Hinc, ex supra admissio principio, prima signa peraget quoque minister in Missa privata, secunda omittet.

Quod si quaeras, utrum praefatum principium tamquam certum admitti debeat, vel potius ab auctorum placitis promanet, reponimus illud haberi posse ut verum, non autem istud. Sane S. R. Tribunal exquisitum fuit : « An Diaconus, et Subdiaconus quando patenam non sustinet, se conformare debeant Celebranti : an vero id tantum facere debeant, quando Celebrans se signat aut caput inclinat, aliquid proferens voce non secreta ? Item, an teneantur pectus percutere simul cum Celebrante ad *Nobis quo-*

*que peccatoribus, ad Agnus Dei, et demum ad Domine, non sum dignus? ».* En autem responsio, quae data est, prouti in reformatis Decretis, adhuc ineditis, prostat: « Quoad 1<sup>um</sup>: Negative ad primam partem: Affirmative ad secundam. Quoad 2<sup>um</sup> teneri tantum ad *Agnus Dei (Urgellen. 30 Dec. 1881 ad IV)*. » Ergo, uti bene Decretum perpendenti patebit, principium haberi uti certum potest. Suffragatur et ratio; quia quae secreta sunt ad ministros non pertinent, ergo neque ad eosdem pertinent signa quae secretis respondent. Quod si dubium aliquod suboriri potest super *Nobis quoque peccatoribus, et Domine, non sum dignus*, lex positiva illud solvit. Ratio eiusmodi solutionis esse potest, quia, etsi dicta verba non secrete proferantur, totam dicunt ad secreta relationem, sine quibus nullum aut vix imperfectum sensum haberent: proindeque signa eisdem respondentia non afficiunt nisi solum Celebrantem. Ita ergo, et non aliter, se gerent ministri sacri in solemni, et minister inferior in Missa privata. Qui oppositum docent auctores audiendi non sunt; aut enim ante relatum Decretum scripsere, aut si postea scripserunt, in errorem inciderunt ob defectum et obscuritatem dicti Decreti, quod proinde reformatum referre coacti fuimus.

---

## NUNCIUM.

Absoluta est Causa Ven.lis M. Magdalenae Martinengo a Barco, cum die 29 Ian. vertentis anni SS.mus D. N. Pp. Leo XIII solemniter pronunciaverit: *Tuto procedi posse ad solemnem Venerabilis Servae Dei Mariae Magdalenae Martinengo a Barco Beatificationem.*

Quod Decretum in vulgus edi, et in Sacra Rituum Congregationis acta referri, Litterasque Apostolicas in forma Brevis, de Beatificationis solemnibus in Patriarchali Basilica Vaticana quandocumque celebrandis expediri praecepit quarto calendas februarias anno MCCCXICIX.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



« Minores vero Ordines, prosequitur Pontificale, possunt dari singulis dominicis et festivis diebus duplicibus ex praecepto ubicumque, in mane tamen », et in cap. *de Minoribus Ordinibus* pariter dicit: « Quatuor minores Ordines dari possunt extra Missarum solemnias diebus dominicis et festivis duplicibus, sed in mane tantum » ; unde liquet hos Ordines conferri non posse in die non feriato S. Lucae aut S. Marci evangelistarum. Quare enim vox *ex praecepto* superaddita fuit in correctione Pontificalis iussu Urbani VIII? Ut certum fiat Ordines minores esse conferendos tantum diebus festis, ubi de iure opera servilia populo interdiciuntur, et si non eadem vox inserta fuit in Titulo *de Minoribus Ordinibus*, hoc est quia sufficienter dicitur superiori titulo, quid sit dierum festorum nomine intelligendum. Ita Benedictus XIV, *Instit. 106*: Catalanus, *in Pontif. Part. 1, Tit. 2, § 14*; De Herdt Tom. 3, lib. 6, cap. 2 *Praxis Pontif.*, contra plures qui hodie non amplius sunt audiendi ob decreta suam opinionem reiicientia, ut videbimus infra. Interim dicimus vocem *ex praecepto* non fuisse pro nihilo additam, et proinde secum importare festum feriatum, prout sonat correctio, quae, licet alibi non expressa, valet tamen ut omnia inter se concordent. Ergo.

Quoad maiores Ordines, Pontificale nullibi citat alios dies, in quibus conferri possint, extra tempora, imo supponit Appendix, prohibitionem existere pro ordinando Subdiacono, Diacono, vel Presbytero, cum exigat « *mandatum apostolicum, si ordinetur extra tempora* » (1). Iudicando autem de mandato hoc per regulas *de consecratione electi in episcopum*, sequitur dies semper intelligi de Dominicis aut natalitiis Apostolorum, aut etiam de aliis festivis, si Papa hoc specialiter indulserit, Pontificali asserente quod dies consecrationis « debet esse Dominica, vel natalitium Apostolorum, vel etiam festiva, si summus Pontifex hoc specialiter indulserit ». Porro dies non feriatum S. Lucae aut S. Marci evangelistarum computatur neque inter Dominicas, cum aliter feriretur, neque inter natalitia

---

(1) Edit. 1878, de Propaganda.

Apostolorum, cum vere non sunt Apostoli, neque inter festiva, cum non sunt de praecepto: quod expresse requiritur etiam pro minoribus Ordinibus. Ergo constat ex Rubricis non posse conferri sacros Ordines et imo Episcopatum in die non feriato S. Lucae vel S. Marci.

*Prob. 2 ex decretis.* Anno 1831 siquidem, Rmus Marsorum Episcopus petiit an, facultate sibi concessa conferendi Ordines Sacros diebus festivis, posset illos conferre in diebus Apostolorum coeterisque per Apostolicam Sedem abrogatis, et etiam Ordines minores? Et S. R. C. respondit: « affirmative ad primam partem; et etiam ad secundam, sed mane tantum » (1). Unde, stante argumentatione supra relata, Ordines nequeunt conferri in die non feriato S. Lucae et S. Marci, *ut sic*, seu extra Dominicam contingente. Quod confirmatur relate ad Ordine minores, cum aliud decretum fert: « Minores Ordines conferri possunt in festis de praecepto, vel in festis duplicibus quae erant de praecepto ante reductionem » (2), et de facto S. Lucas et S. Marcus non inter huiusmodi festa comprehenduntur.

Item Aniciensis Episcopus scire cupiens: quid reapse intelligatur pro festis de praecepto, in quibus Ordinationes extra Tempora expleri debent ab Episcopis, qui hac facultate polent, responsum accepit sequens: « Detur decretum in una Marsorum diei 12 Nov. 1831 ad dubium primum » (3), id est Ordines Sacri conferri possunt in diebus Apostolorum coeterisque per Apostolicam Sedem abrogatis, et pariter Ordines minores mane tantum iuxta ipsum Pontificale. Ergo lex ecclesiastica non regulariter permittit ordinationes fieri in die non feriato S. Lucae et S. Marci, cum nunquam feriatum fuit et proinde neque abrogatus.

*Prob. 3 ex Auctoribus.* Non nego olim plures censuisse inter festivos dies referri posse eos, quibus officium quodcum-

---

(1) S. R. C. 12 Nov. 1831, n. 2682 ad 1 (4669).

(2) S. R. C. 16 Martii 1833, n. 2705 (4708).

(3) S. R. C. 18 Febr. 1843, n. 2852 (4953).



que duplex celebratur, etiamsi populus non abstineret a servilibus operibus. « Verum, inquit Ballerini (1), ista opinio dicenda videtur iam obsoleta, praesertim post tot declarationes Sacrae Congregationis. Mitto enim nunc, quod cum quidam, ut narrat Lugo (*Resp. moral. lib. I, dub. 34*), ansam ad eam opinionem obstinate defendendam sumerent ex verbis Pontificis Romani, ubi Tit. *de Ordinibus Conferendis* dicebatur in Rubrica: *Minores vero Ordines possunt dari singulis Dominicis et festivis diebus duplicibus*, ideo iussu Urbani VIII in nova recognitione et correctione Pontificalis Romani in eo titulo expresse additum fuit, Ordines minores conferri posse *omnibus Dominicis et diebus festivis ex praecepto*: ut nemo (subdit Lugo) posset amplius praetendere, ibi etiam comprehendi dies, qui in Breviario appellantur festa. Sed clarius controversia definita fuit ex Sacrae Congregationis responsis. Nam, ut refert Fagnanus (*in C. de eo tit. De Tempore Ordin. n. 43*), propositis hisce dubiis: Praesupposito, quod minores Ordines possunt conferri diebus dominicis aut alias festivis, dubitatur an appellatione diei festi comprehendatur festum, in quo ab ecclesia fit officium duplex, an vero debeat esse festum, quod a populo colatur. Secundo: idem est dubium quoad promovendos vigore dispensationum de promovendo extra tempora diebus festis. Quid autem declaravit Congregatio? *Ad primum, S. Congregatio Concilii censuit, comprehendi dies festos, qui a populo servantur. Ad secundum, idem respondit* ». Unde altera sententia non amplius attendenda est.

Scavini non aliter sentit (2): « Festi porro dies intelligentur tantum illi, qui sunt de praecepto, ut declaravit S. C. C. ac Benedictus XIV, *Notificatione CVI*. Attamen etiam *festi suppressa* reputantur de praecepto quoad Ordines, ut referente Episcopo Bouvier, Leo XII hac de re consultus viva voce respondit. Et ipsa S. R. C. declaravit 12 Nov. 1831, 16 Mart. 1833, et 18 Febr. 1843 » ut vidimus supra. Unde merito ex-

---

(1) Compendium Theol. Moral. Tom. 2. n. 712 in nota.

(2) Theolog. Moral. Tom. 4, n. 312 in nota.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

*idest ritu duplici 2<sup>ae</sup> classis* ». Sed ut usurpem verba cl. Ballerini : « Curnam Auctor pro uno eodemque habeat festum de praecepto et festum cum ritu duplici 2<sup>ae</sup> cl., nondum comperi. Et siquidem  *festa de praecepto* intelligit, quae servantur tum  *in choro*, ut aiunt, tum  *in foro*, et profecto occurrent festa duplicia 2<sup>ae</sup> cl., quae in foro non servantur. Si vero  *festa de praecepto* intelligit, quae  *non ad libitum* celebrantur in choro, iam multa festa eiusmodi habebimus, quae tamen non sunt  *duplicia 2<sup>ae</sup> cl.* » (1). Hinc nullius roboris est ista singularis opinio cl. Auctoris.

Ne plus aequo citationes protrahamus, cl. Lerosey pro coronide audiatur, (2). « Les temps des Ordinations sont :  *pour les ordres majeurs*, tous les Samedis des Quatre Temps, le Samedi avant le Dimanche de la Passion, et le Samedi Saint.

*Les Ordres mineurs* ne peuvent être conférés que les Dimanches et les fêtes doubles de précepte, v. g. les jours d'une fête d'Apôtre, mais dans la matinée seulement ». Supponens deinde licentiam Ordinationem faciendi extra Tempora, prosequitur : « cette concession ne veut pas dire que l' Evêque peut conférer les Ordres Sacrés à tel jour qu' il lui plait. Tel n' est pas l' enseignement des Auteurs en général, et la Sacrée Congrégation des Rites a mis ce point hors de toute discussion. Elle ne permet d' user de cette faculté que les Dimanches et jours de fête de précepte, et par jours de fête de précepte on entend ceux qui ont été supprimés, comme les autres ». Unde certum est, regulariter non esse licitam Ordinationem sacram in die non feriato S. Lucae vel S. Marci evangelistarum.

*Prob. 4. ex ratione liturgica.* « Collatio Ordinum Quatuor Temporibus adnexa est, ait A. Carpo (3), ut nimirum per solemnities haec ieiunia, quibus consociantur, fidelium preces, uberiores Ecclesiae Ministri ad munia sua suscipienda impetrent gratiam ». « Apostolos orantes et ieiunantes manus im-

(1) Compend. Theolog. Moral. n. 712 in nota.

(2) Cours de Liturgie, Tom. 3, Pontifical, chap. 3.

(3) Bibliotheca Liturg. Part. 3, n. 28.

posuisse scriptum est, Act. XIII §. 3, addit Devoti (1). Apostolorum exemplo ecclesia ieiunia instituit Quatuor Temporum, ut populus per haec poenitentiae opera bonos ecclesiae ministros a Deo impetrare possit ». « Fit autem Ordinatio, subdit Romsée (2), die Sabbati et non feriis praecedentibus, ut ieiunia et preces ad obtinendum a Deo dignos ecclesiae ministros praeceant Ordinationi. Ita S. Carolus, *concil. provin. Tit. I, decr. 22*, olimque in ipso die dominico perficiebatur, quia illo die Spiritus Sanctus illapsus est Apostolis, cuius mysterii renovatio habetur in collatione Sacrorum Ordinum ». « Rursum, proseguitur praelaudatus A. Carpo, in Missis Quatuor Temporum plures dicuntur lectiones atque orationes ad maiorem nempe Ordinandorum utilitatem ac instructionem ». Quae omnia cum reperiri nequeant in die non feriato S. Lucae aut S. Marci, maxime congruit in illo non conferri Ordines.

« Placet eorum sententia, addit Catalanus loco citato, qui docent voluisse maiores nostros, ut non solum ieiunia, sed et preces ac supplicationes Ordinationem praecederent: ut, Dei sanctorumque ope implorata, tum Episcopus in eorum delectu quibus collaturus est Ordines, Spiritus Sancti lumine illustretur, tum illi, quibus conferuntur, in vitae sanctitate, doctrina, religiosisque virtutibus in commune Christianae Reipublicae bonum proficiant ». Quum autem eo maior attrahitur fidelium numerus in ecclesiam, quo magis liber est a labore servili, et Missa offertur pro plebe christiana, vides illico quomodo non decet Ordinationem haberi in die ubi haec attractio deficit, praesertim quod, Missa non oblata pro fidelibus necessario, ut in diebus feriatis, minime compensatur per preces Ecclesiae absentia plebis et dicti ieiunii. Unde ratio liturgica perfecte confirmat exclusionem regularem Ordinationum a die non feriato, de quo in casu.

Item iuxta falsum Alcuinum, auctorem IX saeculi, in suo libro *de divinis officiis*, « Episcopi consecratio, qui est vica-

---

(1) *Institut. Canon.* Lib. I. Tit. 4, sect. 2.

(2) Tom. 3, cap. 2, n. 5.

rius Apostolorum imo et Christi, fit in Dominica quia eodem die per donum Spiritus Sancti Dominus dignatus est illustrare corda Apostolorum », et puto, declarat Catalanus, factum esse ut Episcopi ordinari possint in natalitiis Apostolorum, quod nempe eorum vicarii sint et successores. Hinc sensus liturgicus explicat mirifice, cur Ordinatio non convenit in die non feriato S. Lucae et S. Marci, qui sunt simpliciter discipuli Apostolorum.

*Prob. 5 ex historia.* Omnes norunt, quoties etiam tempore apostolico manus imponebantur super ordinandos, semper praevis extitisse preces et ieiunia; sed tunc nulla habebatur ratio ad unum potius quam ad alium anni mensem, et pro locorum ac temporum necessitate Ministri ecclesiae ordinabantur. Videtur tantum aliquam praeferentiam habuisse Romanos Pontifices pro mense Decembri extra casum necessitatis, quatenus mensis minus morbis obnoxius et magis a negotiis vacuus. Quid dicam? Post Gelasium, qui primus Ordinationes videtur affixisse Quatuor Temporibus, iidem Romani Pontifices passim adhuc creabant aliis diebus et mensibus, diaconos, presbyteros, et Episcopos ut pro Leone II videre est, qui mense Maio Ordinationes fecit iuxta Pagium et in mense Iunio iuxta Mabillonem, dum Gregorius Magnus alteram fecisset Ordinationem mense Septembri. Chronicon Damaso attributum diserte refert Eusebium Papam sedisse tantum menses IV, dies XVI, et fuisse a XIV Kalendas Maias usque in diem XVI Kalendas Septembris; unde necessario sequitur eum alio mense quam Decembri fecisse tres Ordinationes, quae ei attribuuntur. Praeterea ex Pontificibus LVI memoratis in codice reginae Sueciae quindecim reperiuntur, quorum Ordinationes factae dici queunt alio mense quam Decembri. Imo, in Veronensi codice fere omnes vagae dici possunt, cum nulli mensi alligentur. Unde certe, ob principem dignitatem qua pollebant et pollent, etiam a Clemente usque ad Simplicium, anno 468, Romani Pontifices supra legem communem erant, uti et sunt.

Ast quamvis, quocumque ipsis luberet tempore, sacras Ordinationes celebrare possent, districte nihilominus vel olim



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



id est quarti mensis ieiunio (hoc est Iunii, quoniam olim Christiani exemplo Romanorum a mense Martio annum inchoabant), septimi (hoc est Septembris) et decimi (hoc est Decembris), sed et etiam quadragesimalis initii (hoc est primae hebdomadae quadragesimae) ac medianae quadragesimae die (hoc est Sabbatum ante Dominicam *Laetare*), sabbati ieiunio circa Vesperam noverint celebrandas ». Idipsum decretum providentissime renovarunt Concilium Toletanum anno 633 habitum, can. 20, sequioris aevi Pontifices Maximi, Gregorius II in epistol. IV ad clerum plebemque Thuringiae versus 715, Zacharias in concilio Romano anni 743, can. XI, Urbanus II in synodo claramontana, et alii plures, inter quos Alexander III, Ordinationes, quas S. Gelasius fieri sanxit in sabbato mediae quadragesimae, transtulit ex causis in sabbatum sequens ante Dominicam Passionis, et clare indicat Sabbatum Sanctum, sicut et Dominicas et alios dies festos, facta tamen hac differentia quod ad Subdiaconatum et caeteros ordines « nisi quatuor temporibus aut Sabbato Sancto, vel in sabbato ante Dominicam de Passione, nulli Episcoporum praeterquam Romano Pontifici licet aliquas ordinationes », dum relate ad Ordines minores « licitum est Episcopis dominicis et aliis festis diebus unum aut duos ad minores Ordines promovere ».

Amplius: Ivo carnutensis, anno 1097 circiter, Hincmar scribens ad Episcopum metensem, nomine Adventium, versus annum 875, Rabanus Maurus paulo ante, Amalarius Fortunatus initio IX saeculi, Micrologus tardius invocant decreta Gelasii, et citant ordinationum tempus quasi statutum ab apostolica institutione et paternis canonibus.

Quum autem dies festi ab Alexandro introducti, diversimode essent interpretati in Pontificali edito ante Urbanum VIII, et plures etiam optimi Episcopi crederent in quocumque festo duplici, etiam non de praecepto, posse ad aliquam ordinationem procedere, Pontifex Urbanus VIII iussit addere vocem « *de praecepto* » in Pontificali, ut cesset controversia.

En praecipua historiae monumenta, quae extracta a Ca-

---

talano, Devoti, Soglia, Dom Cellier (1), mentem pontificiam aperiunt per diversa saecula, et finaliter ducunt ad nostram assertionem: Lex ecclesiastica regulariter non permittit collationem Sacrorum Ordinum, imo et Episcoporum consecrationem haberi in die non feriato S. Lucae et S. Marci evangelistarum, quamvis haec certo fieri queant in festis Apostolorum, quae sunt feriata.

A. FOURNERET

ex Acad. Liturg. Rom.

Parochus loci vulgo dicti Lannes  
(dioecesis Lingonensis).

---

## QUAESTIO SOLVENDA

PRO MENSE APRILI 1899.

---

Consuetudo viget in quibusdam Ecclesiis, ut die 2 Novembris, cantata post defunctorum officium Missa, plures impartiantur Absolutiones. In his autem alii Responsorium *Libera me Domine* in tot partes dividunt, quot sunt Absolutiones impartiendae: alii integrum illud repetunt in singulis Absolutionibus: alii tandem canunt in primis aliqua ex illis Responsois, quae habentur post lectiones officii defunctorum, in ultima vero Absolutione, quae pro omnibus defunctis est, canunt Responsorium *Libera*. Quaeritur: 1<sup>o</sup> Quid generatim de dictis pluribus Absolutionibus tali die? 2<sup>o</sup> Quid de ultimo Responso in plures partes diviso, et de aliis hac illac sumptis?

---

(1) Histoire générale des Auteurs sacrés.



## APPENDIX



## E SUPREMA CONGREGATIONE S. OFFICII.

## I.

*Beatissime Pater, (1)*

Episcopus N. N., pressus a Clero suae Dioecesis, qui in collationibus casuum conscientiae difficultates plures movent circa interpretationem Bullae Pii IX *Apostolicae Sedis*, datae IV idus Octobris 1869, ad istas explanandas fidenter ad sacram Congregationem Universalis Inquisitionis recurrit authenticam responsionem efflagitando.

Nam in commentariis ad censuras contentas Articulis XVI et XVII inter excommunicationes latae sententiae, R. Pontifici simpliciter reservatas, occurrit sermo de excommunicatis vitandis, ac proinde de vigore Constitutionis Martini V *Ad vitanda scandala*, utrum nec ne hodie sint tantum vitandi qui nominatim excommunicantur a Papa, vel etiam tales habendi sint clericorum notorii percussores. Iterum utrum vitandi sint qui nominatim excommunicantur, vel nominatim excommunicati declarantur ab Episcopo. Demum utrum qui communicat cum excommunicato vitando, praeter casus in Bulla *Apostolicae Sedis* expressos, incurrat nec ne excommunicationem minorem.

Doctores vero alii tum ex effato « legislator quod voluit expressit, quod noluit tacuit; » tum ex altero « odia sunt restringenda, » pro negativa sententia ratiocinantur; alii vero contradicunt, ductis rationum momentis tum a favorabili privilegio canonis, tum a iuridica legislatoris voluntate. Ut in re

---

(1) E commentario Ephemeridis *Il Monitore Ecclesiastico* quod nunc Romae evulgatur. Huic Decreto atque insequenti Cl Director notam apponit sequentis tenoris: Haec duo Decreta, quamvis satis antiqua, nunquam in lucem prodierant; nihilominus in ipsis nonnullae quaestiones magni momenti, atque inter Theologos controversae, dirimuntur.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

## II.

*Feria IV, die 2 Augusti 1893.*

Huic S. R. et U. Inquisitionis Congregationi propositum fuit sequens dubium enodandum.

Utrum, ablata excommunicatione minori contra eos qui communicant cum excommunicatis nominatim a Summo Pontifice, censeatur etiam ablata prohibitio?

Porro in Congregatione Generali habita coram EE.mis ac RR.mis DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Inquisitoribus Generalibus proposito suprascripto dubio, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EE. ac RR. Patres respondendum mandarunt: *Negative.*

Sequenti vero Feria V, die 3 eiusdem mensis et anni, in audientia a SS. D. N. Leone Div. Prov. Pp. XIII R. P. D. Adessori impertita, SS.mus D. N. resolutionem EE. ac RR. Patrum adprobavit.

I. Can. MANCINI S. R. et U. Inquis. Not.

## III.

*Beatissimo Padre,*

Il Vescovo N. N. spesso incontra difficoltà per completare la prova dello stato libero per il matrimonio, poichè avviene che alcuni senza essere nè vaghi, nè soldati, pure sono assenti dai loro paesi, nè possono ottenere il relativo certificato di stato libero per quel tempo di assenza. E perciò è che implora la facoltà di poter ammettere anche costoro al giuramento suppletorio, come si fa con i vaghi e militari. Dimanda tale facoltà pure nei casi, nei quali non si può ottenere il certificato della Cresima ricevuta. Che ecc.

*Feria IV, die 30 Novembris 1898.*

In Congregatione Generali S. R. et U. Inquisitionis habita ab EE.mis Cardinalibus in rebus fidei et morum Generalibus Inquisitoribus, propositis suprascriptis precibus, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EE. ac RR. Patres rescribendum mandarunt:

*Quoad documentum libertatis, transmittatur Instructio in Adrien. diei 1 Februarii 1865. — Quoad documentum Confirmationis, Episcopus utatur iure suo.*

Feria vero VI, die 2 Decembris eiusdem anni in solita audientia R. P. D. Adessori S. O. impertita, facta de his omnibus SS.mo D. N. Leoni Div. Prov. Pp. XIII relatione, SS.mus resolutionem EE.morum Patrum adprobavit.

I. Can. MANCINI S. R. et U. Inquis. Not.

Instructio vero in Adrien. dici 1 Februarii 1865 est prout sequitur :

I. Se il Vescovo sia obbligato di accertare la libertà degli sposi, che contraggono matrimonio nella sua diocesi prima delle pubblicazioni col processo dei testimoni, ancorchè essi abbiano sempre avuto domicilio nella diocesi stessa ?

*Resp.* Generatim loquendo, affirmative.

II. Qual maggiore ampiezza di significato si possa dare alla denominazione di vaghi, e se sia lecito al Vescovo ammettere al giuramento in luogo delle testimoniali delle curie e del processo sui testimoni pei matrimoni da celebrarsi nella propria diocesi, quelle persone che non essendo veramente vaghi furono contuttociò in parecchi luoghi diversi, e dichiarano di non poter somministrare testimoni alle curie per le fedi di stato libero ; ed in generale se si possano trattare come i vaghi in quanto non se ne possono ottenere le richieste testimoniali di libertà, ammettendoli al giuramento in riguardo a quei luoghi, dai quali non si possono le testimoniali ottenere?

*Resp.* Affirmative, durante indulto admittendi ad iuramentum suppletorium, et servatis omnibus clausulis in eodem indulto contentis, et dummodo mora in unoquoque vagationis loco non excesserit annum.

III. Se la testimoniale dello stato libero deve sempre esser fatta, oltrechè sull'esame dei testimoni, anche sulle pubblicazioni?

*Resp.* Regulariter loquendo, affirmative, quando mora contrahentium non fuit continua per plures annos in loco in quo contrahitur matrimonium.

IV. Se la parte dell'istruzione *Si contrahentes sint vagi, non procedatur ad licentiam contrahendi, nisi doceant per fidem Ordinariorum suorum esse liberos etc.* rimanga senza vigore per la facoltà che la S. Sede concede per ammettere al giuramento suppletorio i vaghi ed i militi, e se per gli uni

e per gli altri tuttavia oltre il giuramento suppletorio si esigano le pubblicazioni nei luoghi, in cui vagarono ed esercitarono la milizia?

*Resp.* Indultum admittendi ad iuramentum suppletorium locum dumtaxat habere quando libertas status aliter legitime probari non potest.

V. Se, quando mancano i testimoni, o essendo quelli difettosi nella conoscenza delle persone, cosicchè non valgano a rispondere alle interrogazioni prescritte dal sopracitato decreto, ed in particolare a quelle che sono espresse sotto i nn. 9 e 13, come accade ordinariamente, possa il Vescovo permettere il matrimonio contentandosi delle pubblicazioni in quei luoghi, nei quali si possono far eseguire, ed in mancanza anche di queste o totali o parziali, se possa ammettersi al giuramento ad assumer questo come prova totale di libertà, e come parziale per riguardo ai paesi, in cui non si possono fare le pubblicazioni, nè il processo dei testimoni?

*Resp.* Urgendam observantiam instructionis s. m. Clementis X sub feria V 21 Augusti 1670 cum adnexis declarationibus datis fer. IV 24 Febr. 1847, et instandum ut parochi diligenter inquirant a contrahentibus testes fide dignos in respectivis locis examinandos. Si tamen id difficulter admodum fieri possit, admitti poterunt in curia loci ubi contrahitur matrimonium testes fide digni, qui status libertatem tempore vagationis concludenter probent; et si Ordinario opportunum videatur admitti etiam potest sponsus ad iuramentum suppletorium, constituto tamen ipsum esse fide dignum. In casibus vero particularibus et difficilioribus r. p. D. Episcopus recurrat ad S. Congregationem. Quod si matrimonium adeo urgeat, ut tempus recurrenti non adsit, Episcopus curet concludentes probationes super status libertate prout expendiens iudicaverit aliter colligere. Romae, die 11 Ianuarii 1865.

---

IMPRIMATUR

P. Fr. Albertus Lepidi O. P.

S. P. A. Magister.

IMPRIMATUR

Franciscus Cassetta Patriarch. Antioch. Vicesgerens.

**Proprietas Literaria.**

Romae, Typis Fratrum Amorosio, Piazza della Torretta Borghese N. 22-25.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



**Die pontificalem Gewänder des Abendlandes nach ihrer geschichtlichen Entwicklung von Joseph Braun S. I. mit 27 in den getruckten abbildungen, unde einer Tafel.** — Freiburg in Breisgau Herder'sche Verlangshandlung 1898.

Opusculum istud; cuius titulus latine respondet: « Indumenta pontificalia Occidentis secundam historicam eorum evolutionem » alterius mense Maio nuper elapsi anni vulgati veluti prosecutionem format, eodemque proposito concinnatum: ut quidquid in laudem illius diximus, huic eodem iure applicari possit. De praecipuis primo agit Episcoporum indumentis, mitra, chirotecis, et sandaliis, inde de Archiepiscoporum pallio, de Papali Fanone et Subcinctorio. Opus multae prolixaeque patientiae, quod originem illorum inquirat, variasque formas saeculis nostro praecedentibus assumptas. Auctoris expositionem clariorem reddunt 27 incisiones atque in fine ex photographia desumpta tabula. Fontes citat, unde notitias hausit, quas peculiaribus studiis et animadversionibus suis absolutas facit. Pret. Mk. 2,80.

**Officium festorum Nativitatis et Epiphaniae Domini eorumque octavarum, necnon festorum eo tempore occurrentium ex Breviario et Missali Rom. pro maiori recitantium commoditate digestum.** Ratisbonae, Romae et Neo Eboraci. Sumpt. et typ. Frederici Pustet, S. Sedis Apost. et S. Rit. Congr. Typogr. 1899. Editionis perfecto nil acquirentibus, in suo genere, desiderandum relinquit. Pret. Libell. 2 solutum, 2,50 eleganter religatum.

**Il Piccolo Ministro del Santuario** istruito nelle sacre Ceremonie secondo il Rito Romano. *previe alcune brevi nozioni sulla Gerarchia cattolica, Chiese e sacre suppellettili ecc.* per un Sacerdote Romano Cooperatore Salesiano.

Quanti intersit, ut adolescentes Ecclesiarum servitio addicti, et clericorum officio fungentes pro eorum capacitate sint instructi, ut tot liturgicae functiones, ordinariae, extraordinariae, pontificales in divini cultus honorem feliciter eveniant, nemini latent. En autem praeclara quae opportune prodit Opella, tempori et rei apprime respondens; et quam, attenta liturgicarum rerum peritia, experientia et gratia eximii Compositoris, eademque Opella in se inspecta, non possumus quin veluti gemmarum sertum iure dicamus, nostrisque Consociatis enixe commendemus. Pret. Libell. 1,50: quod et pro Consociatis imminuetur.

## **S. RITUUM CONGREGATIO**

---

### **I.**

#### **UTINEN.**

**R.**mus D.nus Aegyptianus Canonicus Prugnetti Provicarius Generalis Archidioeceseos Utinensis a Sacra Rituum Congregatione sequentium dubiorum solutionem humillime postulavit, nimirum:

**I.** Utrum aqua baptismalis, Sabbato Sancto et Vigilia Pentecostes, benedicenda sit in ecclesiis tantum parochialibus, vel etiam in filialibus quae sacrum fontem legitime habent?

**II.** Et quatenus affirmative ad secundam partem, utrum sufficiat aquam benedicere, usque ad Ss. Oleorum infusionem exclusive in parochiali ecclesia, et inde aqua ad alias ecclesias delata, in singulis ecclesiis Ss. Oleorum infusionem peragere, vel debeat integra in singulis ecclesiis fieri benedictio?

**III.** Utrum deficiente clero in ecclesiis filialibus, vel eodem impedito mane Sabbati Sancti ob functiones parochiales, et vespere ob domo-



rum benedictionem, liceat renovationem fontis ad alium diem differre ?

IV. Utrum Parochus in cuius paroecia plures sunt ecclesiae cum fonte baptismali, quique ius habet conficiendi in singulis renovationem sacri fontis, quam per se nequit perficere, debeat alium Sacerdotem delegare ad eam Sabbato Sancto et Vigilia Pentecostes peragendam ?

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisito voto Commissionis Liturgicae omnibusque expensis, rescribendum censuit :

Ad I. et II. *Negative* ad primam partem, *Affirmative* ad secundam, iuxta Rubricas et Decreta.

Ad III. *Negative*, et in casu adhibeatur *Memoriale Rituum pro Ecclesiis minoribus* iussu Benedicti Papae XIII editum.

Ad IV. *Affirmative*.

Atque ita rescripsit, die 13 Ianuarii 1899.

C. Card. MAZZELLA *S. R. C. Praef.*

L. ✠ S. Diomedes Panici *Secretarius*.

## II.

### SALERNITANA.

Hodiernus Prior Sodalitii a SS.mo Sacramento in Civitate *Eboli* nuncupata, Archidioeceseos Salernitanae, erecti anno 1540 per Bullam



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

---



---

## EMENDATIO

In secunda pagina proxime praeteriti numeri, ad lineam octavam, post verbum *omnes* supplere lectores velint « qui », sensumque absolutum habebunt.

---



---

## QUAESTIONES ACADEMIAE LITURGICAE ROMANAE

### Circa « ADDENDA ET VARIANDA » in Rubricis

---

#### III.

Titius, Parochus romanus, et Rubricarum adeo peritus ut vix Calendario utatur, officium recitaturus est de infra octavam Dedicationis Ecclesiae suae, dum commemorare quoque debet Dedicationem Basilicae SS.mi Salvatoris. Cumque mutatam Rubricam satis sciat de com. festi ad instar simplicis redacti, valde miratur quod illam adimplere nequeat. Nam dicta Rubrica praecipit, ad Laudes pro commemoratione festi simplicis instar, antiphonam et versum esse sumenda e primis Vesperis, quorum tamen versus idem est ac versus de Laudibus. Eapropter implicatus antiphonam quidem e primis Vesperis, sed versum e secundis accipit, dum interim et novam legem censura notat, et antiquam simpliciolem laudat, quam optime applicari iudicat tam pro festo simplici, quam pro redacto ad instar simplicis. *Quaeritur* :

1. *Quid antiqua Rubrica in casu statuerit, quid nova, et utrum merito et quare, haec superaddita a S. R. Congregatione in praesenti fuerit?*

2. *Quare antiqua Rubrica, de qua in casu, dicat « nisi aliter signetur », et qua de causa Rubrica nova mutaverit exemplum S. Agathae in aliud S. Angelae Mericiae?*

3. *Num pro Titio veritas in casu pugnet, vel quomodo illi reponendum?*

## SOLUTIO

**Ex dissertatione Rev. Dom. Iosephi Aloisii d' Adamo e Scholasticis magni Lycei gregoriani, habita in Ecclesia Congregationis Missionis prope Curiam Innocentianam, die 28 Decembris 1898; acta Epitome per R. mum Dom. Alphonsi Carinci ex Apostolic. caeremoniarum magistris.**

I. *Quid antiqua Rubrica in casu statuerit, quid nova, et utrum merito et quare, haec superaddita a S. R. Congregatione in praesenti fuerit?*

Commemoratio, etymologice, aliud non est, nisi mentis revocatio ad res iam notas; in sensu autem liturgico, vocatur *memoria* vel *Suffragium Sanctorum*. Primis Ecclesiae temporibus, iuxta *Du Gange*, a Patribus latinis usurpata fuit ad significandam recitationem nominum illorum qui dicebantur *fideles*. Haec recitatio fiebat in Missa. Id eruitur etiam e *Collatione Carthaginensi, cap. 230*, ubi legitur: « In Ecclesia sumus, in qua Caecilianus Episcopatum gessit et diem obiit. Eius nomen ad Altare recitamus, eius memoriae communicamus tamquam memoriae fratris ».

Et Fortunatus, scribens de S. Martino (*lib. 10, poem. 10*), ita hunc alloquitur : « Nomina vestra legat Patriarchis atque Prophetis — Cuius hodie in templo dipticus edit ebur ». Hoc dictum sit pro origine vocis statuenda. Attamen, uti patet, haec commemoratio, quae fiebat in Canone Missae, toto caelo differt ab ea quae fit die mortis anniversario alicuius Sancti, cum de eo fit Officium. Usus erat apud fideles, iam ab Ecclesiae exordiis, diligenter notandi inter acta Sanctorum monumenta imperitura, heroici animi et verae magnitudinis, diem obitus seu martyrii eorumdem. Insequentibus annis, acta eiusmodi, eodem die perlegebantur in Martyrologio et in Calendario, atque ita memoria recolebatur, et fiebat *commemoratio*. Mos est posterioris aevi, memoriam fieri alicuius Sancti etiam in aliis divini Officii partibus. Marténe opinatur primum inventum in Abbatia Montis Cassini, in qua, usque a seculo octavo, Monachi, post quotidianam recitationem Officii Beatae Mariae Virginis, commemorationem facere solebant sancti Laurentii M., sancti Benedicti et omnium Sanctorum, adiicientes aliam pro pace. Progressu temporis, hic mos, tam eminenter pius, coepit evulgari, atque ita diffundi, ut Ecclesia illum amplexata sit tamquam proprium. Id vero citra dubium accidit ante S. Pium V., etenim huius S. Pontificis aevo, iam in Rubricis Breviario praemissis videre est generales regulas, quae normas exhibent pro his commemorationibus faciendis in diversis Officiis. Hoc sensu accepta commemoratio a Guyeto definitur : « Pars quaedam exigua officii, in ipsius integri locum substituta et quasi vicem supplens (*lib. 4, sect. 1, cap. 1, q. 1.*) ». Regulae quae commemorationes dirigunt, eaedem permanserunt ab aevo S. Pii quinti usque ad annum 1882, quo Summus Pontifex, quem adhuc sospitet Deus, Brevi **Nullò unquam**, quasdam in illis intulit modificationes. Ab hac vero epocha tales per-



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



simplicis, tunc in primis Vesperis Antiphona et Versus sumantur e secundis, si Festum utrasque Vesperas habeat, in Laudibus e primis Vesperis, et in secundis Vesperis Antiphona sumatur e Laudibus et Versus e primis Vesperis, nisi aliter signetur: excepto casu quo commemoratio alicuius S. Virginis, etc. » . Antequam modo quocumque consideremus differentiam inter duas Rubricas, non erit superfluum in mentem revocare, et breviter, quaestionem, quae tamdiu agitata est inter eruditos liturgicae scientiae, circa vocem quandam huius Tituli. In nova Rubrica legimus : « Si Antiphona et Versus Festi simplicis, de quo fit commemoratio, sumenda essent ex eodem Communi unde sumpta sunt in Officio diei, in Festo commemorationis variantur » , dum antiqua Rubrica habebat : « in Festo commemorationes variantur » .

Haec postremae syllabae variatio, locum dedit discussionibus longe protractis, natis, magna ex parte, ex editionum multiplicitate, quae Breviarii factae sunt, et quorum, etiam accuratiores, non eandem dictionem habebant ; nec ulla poterat norma deduci ex originario exemplari, in Breviario enim S. Pii V, abbreviatio vocis, « *commemor.* » finalem syllabam reticebat. Quaenam ergo erat sequenda ? Apprime periodum consideranti, evidens est, auctorem saltem voluisse scribere commemorationis, et errorem typographicum tantum, potuisse locum dare inutilibus disquisitionibus. Si enim periodus attente legatur, Auctoris mens lucide demonstratur : « Si Antiphona et Versus Festi, de quo fit commemoratio, sumenda essent ex eodem communi unde sumpta sunt in officio diei, in Festo Commemorationis variantur » . Praecipitur varianda in Festo commemorationis Antiphonae et Versus, si accipiendi sunt ex eodem communi, ex quo accepti sunt alii in officio diei. Supponamus nunc ipsum scripsisse *commemorationes*, vocem hanc accipiens

uti subiectum verbi *variantur*, potiusquam *commemorationis*, uti casum specificationis nominis *Festo*, tunc inquiri potuisset; curnam rursum *commemorationes* scripsisti, si Antiphona et Versus, antea nominati, sunt praecise commemorationes variandae? Et quemnam sensum habuisset periodus, si suspensa permansisset conditio: *si Antiphona etc.*? Et tandem illud *in Festo*, quodnam Festum debuisset designare, Festum officii, an illud commemorationis? Huiusmodi dubia textum, per se omnino clarum, Rubricae observare nata erant: ex eo consequentia, quod immutatio facta fuerit ex genitivo casu in nominativum, contra ipsius periodi contextum. Merito igitur S. Rituum Congregatio, omnem sustulit controversiam, praecipiens dictionem tam claram et tam simplicem: *in Festo commemorationis*.

Respondeamus nunc quaestioni, *quid antiqua Rubrica in casu statuerit*. Praenotandum est, sub nomine Rubricae antiquae intelligi posse tam anteriorem, quam posteriorem anno 1882. De illa inutile fere esset sermonem habere, tacebat enim prorsus de simplicitate; namque paucis inscriptis Festis in Calendario, raro eveniebat ut quaedam ad ritum simplicem redigerentur. Verumtamen, progressu temporis, divini cultus aucta solemnitate, additis Calendariis tot Festis sub ritu duplici celebrandis, quot totius anni cursus complecti non poterat, ne illorum veneratio, oblitterata memoria, imminueretur, anno 1882, de eorum commemoratione, novo vocabulo distinguenda actum est, et reipsa Rubrica (*Tit. IX, n. 7*) mutationem passa est novi lemmatis additione: « De Festis duplicibus et semiduplicibus, quoties, iuxta sequentem Rubricam de translatione Festorum, reduci debent ad modum simplicis, etc. » Et expectari poterat, quod, verbo facto de simplicitate, regula quoque daretur pro illius commemoratione agenda; sed e contrario, n. 8, in quo



is sermo haberi poterat, nulla inducta fuit immutatio, ita ut, regula pro commemorationibus in genere retineri deberet etiam pro simplicatis. At quoad modum hanc regulam adoptandi, quae datur pro primis Vesperis et Laudibus tantum, ad commemorationem simplicati, quae fieri debet etiam in secundis Vesperis, Liturgistarum opiniones diversae erant. Nonnulli, generalem regulam sequentes pro primis Vesperis et Laudibus, autumabant in secundis Vesperis denuo resumendam esse Antiphonam ex Laudibus, coacti tamen Versum ex primis Vesperis mutuare; alii vero, et ipsi generali regulae inhaerentes, quae habetur pro primis Vesperis et Laudibus, volebant in secundis Vesperis repetendam esse Antiphonam et Versum ex primis Vesperis. Sive ergo uno sive altero modo, utrique in repetitionem incidebant; illi enim bis ponebant Antiphonam de Laudibus, hi autem bis Antiphonam et Versum de primis Vesperis. Priorum opinionem sequebatur cl. De Herdt, qui hanc Rubricam sic interpretabatur: « Regula generalis est, quod in primis et secundis Vesperis antiphona et versus qui mutari debent, sumantur e Laudibus Officii proprii vel de communi de quo commemoratio fieri debet ». Uti manifestum fit, is verbum *in Vesperis*, quod habet Rubrica, accipiebat tam pro primis, quam pro secundis; forsitan quia existimaret, quod si Rubrica secus voluisset, id profecto praecepisset, cum de cetero incepisset immutationes facere quoad simplicatum. Sed observare potuisset, Rubricam non fuisse in omnibus immutatam, ut nimirum antiquum sensum non amittat, qui repetitiones evitare volebat. Iam nunc, vidimus, ipsi repetitiones non evitabant, et implicabant adhuc ob identitatem Versus, quae semper fere habetur, in secundis Vesperis et Laudibus. Quomodocumque ergo res se habuerit, Rubrica opportunissime omnem dubitationem abstulit, invariata relinquens regulas com-



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

praeceptum. Nec liturgicae leges eximuntur ullo ex capite ab hac essentiali conditione. Verum nonnullae extant leges, quae quantumvis universaliter extendantur, tamen non omnibus particularibus casibus providere aptae sunt. Hoc in numero leges inveniuntur Rubricas generales Breviarii respicientes ; quod facile patebit, si uno oculi ictu inspiciantur tot res quibus gubernandis ipsae diriguntur, et, quod nostrum respicit casum, de commemorationibus, si observetur immensus officiorum numerus, quem habet Calendarium Universale Breviario praepositum. Biscenta et novem sunt duplicia ; centum quadraginta septem semiduplicia, et biscenta septuaginta septem simplicia, inter quae ferias consideramus. Si addantur his innumera festa, quae propria sunt locorum particularium; si appetentur singula haec festa tam variae mobilitati aliorum festorum totius anni; si consideretur quanta sit varietas inter unum et aliud festum, ob diversitatem ritus et qualitatis ; si demum intendatur in plurimos cuiusque officii variationes, in varias Horas ; cito intelligere dabitur, tantam congeriem non posse tantum ad quasdam generales leges reduci, quin casus plures particulares tangantur. Unde, ad tot possibilem dubia praevenienda erroresque vitandos, fere semper in legum sacrarum ipso textu, post generalem dispositionem, ad posibles exceptiones innuitur. Hoc vero etiam ex illo sensu procedit prudentiae, quo nunquam caruit Ecclesia. In praesenti autem casu, illud « nisi aliter signetur » alludit praecise ad diversas variationes, quae signari nimirum poterunt in quodam Rubrica speciali. Sic v. gr. relative ad casum nostrum, cum die 15 Ianuarii in Vesp. S. Pauli primi Eremitae Conf. facienda sit commemoratio praecedentis S. Hilarii Conf., et postea S. Mauri pariter Confessoris, Rubrica specialis notat, pro S. Hilario debere assumi versum *Elegit eum*, et pro S. Mauro alius *Iustum deduxit*.

Inquiritur insuper, hoc in secundo quaesito, de ratione alterius levis immutationis in novam Rubricam inductae, quare nempe aliud exhibitum fuerit exemplum, videlicet S. Angelae Mericiae pro illo S. Agathae, veteris Rubricae. Antiqua Rubrica praescribebat, ut si opus fuisset commemorari officium S. Mariae in Sabbato in secundis Vesperis S. Agathae, assumendus esset versus *Benedicta tu*, ex Laudibus, potius quam versus *Diffusa est*, ut in primis Vesperis. Id porro factum est, quia paucis abhinc annis diei 6 Februarii affixum fuit festum S. Titi Ep. Conf., ac proinde ea die non amplius locum habere potest officium S. Mariae in Sabbato, concurrans cum 2. dis Vesperis S. Agathae; unde immutatum est in aliud possibile exemplum alicuius S. Virginis concurrentis cum officio S. Mariae.

III. Num pro Titio veritas in casu pugnet, vel quomodo illi respondendum?

Veritas stat pro Titio, lex enim generalis ad peculiarem casum expositum non extenditur. Verumtamen haud sapiens illius censura in novam legem, quae satis prospiciens fini sibi proposito, nullimode reprehendenda si casus omnes peculiare non attingit, quippe quae ad id non tenetur, ut superius diximus. Quod simplicior lex antiqua extiterit, non negabimus, sed casus commemorationem simplicitati non considerabat. Unde recte additio facta est, et satis clare et sapienter.



## DUBIORUM LITURGICORUM SOLUTIO

---

I. *E Catania.* De duplici I cl. non transferendo infra octavam Corporis Christi ad instar Epiphaniae privilegiatam. Duplex I cl. die sua impeditum potestne transferri infra octavam Corporis Christi privilegiatam ad instar Epiphaniae ?

*Resp.* Negative. Exploratum est ex Rubricis, festum ac totam octavam Epiphaniae nonnisi occurrentia festa admittere, si duplicia I cl. fuerint, reliqua excludere. Atqui festum Corporis Christi, in casu, privilegiatum est ad instar Epiphaniae ; ergo. Si *minor* pateat, nullum etiam oritur dubium de *maiori*, cum Rubrica generalis, posita lege generali transferendi duplicia transferibilia, nempe quae in festo et per octavam Epiphaniae incidunt, exceptionem deinde ponat dicens : « excepto.... festo quocumque solemniter alicuius loci, quod.... **occurrentibus**.... diebus infra octavam Epiphaniae.... celebratur (*Tit. X, n, 1*) ». At officium transferendum non est occurrens, ergo infra dictam octavam nequit celebrari : consequenter neque infra octavam Corporis Christi, utpote privilegiata, in casu, ad instar illius. Idem et apertius praedicat Rubrica specialis novissime reformata post festum Epiphaniae, sic se exprimens : « Infra octavam Epiphaniae. non fit nisi de duplicibus I classis *occurrentibus* » ; ergo fieri non potest de translatis. Sicut ergo, ubi festum Corporis Christi ad instar Epiphaniae privilegiatum est, illo adveniente cessant octavae ad Nonam feriae IV, ita infra illius octavam de solis occurrentibus duplicibus I cl. fieri potest, haud vero



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



*Resp.* 1. Rectorem Ecclesiae, quae hic et nunc Seminario adnexa est, illiusque propria, iudicamus vere esse talem stricto sensu, quasi nempe canonice institutum. Quia Ecclesia ad Seminarium pertinet, ad Seminarium autem ipse Rector, hoc sensu, quod ex ordinatione Episcopi Ordinarii, illius Superior est renuntiatus. Ex rei proinde natura sequitur, Rectorem Seminarii etiam Ecclesiae illius Rectorem esse vere et proprie, sicuti vere et proprie Rector Seminarii. Iam nunc Rectorem teneri ad festum Titularis Ecclesiae suae dubitare non licet, quia hic ius habet ad cultum liturgicum, quem illi, prae reliquis, si adsint, indubie tribuere debet proprius Rector.

Aliunde cum Seminarii sit Rector Rectorque Ecclesiae illius, manifesto apparet, huius curam esse illi plene demandatam; ergo ad officia particularia propria etiam tenetur, *quae de propria Ecclesia fieri mandant Rubricae* ait Cavalerius (*Tom. I, Cap. II, Decr. XXVI, n. 23*).

Quidquid proinde sit de antiqua conditione morali Ecclesiae S. Andreae, nempe sive parochialis fuerit, sive filialis, certum impraesenti est, eam vere esse Ecclesiam ad Seminarium pertinentem, consequenter ad Rectorem illius, idque ex voluntate Ordinarii. Ergo non dubitandum est, dictum Rectorem ad illius Titularis recolendum festum teneri.

Sed forte suboriri dubium posset ex eo quod praefatus Rector est etiam Ecclesiae Cathedralis Archipresbyter, hinc ad corpus Capituli pertinens, cuius tenetur sequi Calendarium. At reponimus, hoc esse quidem verum; sed si Archipresbyter est Cathedralis Ecclesiae, non ideo esse desinit Rector Ecclesiae S. Andreae. Sicut ergo qua Archipresbyter tenetur ad suae Ecclesiae Calendarium in toto anni decursu sequendum, ita ad officium Titularis Ecclesiae S. Andreae, quae sua quoque est, saltem in die festo

Tituli obligatur. Hac enim die iure dici potest, magis hanc, quam illam Ecclesiam ad ipsum pertinere, eumque magis Ecclesiae S. Andreae quam Cathedrali esse addictum, ratione maximae solemnitatis.

Vix autem innuendum, festum dicti Titularis esse ab eo recolendum sub ritu duplici I. classis, et quidem cum octava; hac enim et non alia ratione, vi Rubricarum, reoli solent et debent Tituli Ecclesiarum.

*Resp. 2.* Nunc quaeritur quomodo praefatus Archipresbyter ordinare officium suum debeat, sive choro intersit, sive non. Profecto, quamvis ad duo officia recitanda obligari Archipresbyter nequeat, negligere tamen Ecclesiam S. Andreae certe non potest. Quatenus Archipresbyter sequi indubie debet Calendarium Ecclesiae Cathedralis, ut innuimus, toto anni decursu, tenetur enim ad chorum; sed quatenus Rector S. Andreae, in festo illius Titularis, uti etiam die Dedicationis, si Ecclesia esset consecrata, relinquet Calendarium Cathedralis, et officium recitabit de Titulari alterius Ecclesiae. Cum enim duo officia recitare non debeat, illud recitabit quod magis illi est proprium, et magis proprium in festo Tituli reputandum est eius officium. Hoc tamen, si aequum iudicamus, ex pluries allegata ratione, in festo Titularis, haud tamen, ex eiusdem rationis defectu, consultum censemus infra octavam, sicut neque in die octava. Equidem, re in se spectata, ita agendum foret; sed arctiori inspecto vinculo, quod Archipresbyterum ligat Ecclesiae Cathedrali, sufficit ut, officio in die festo recitato Ecclesiae S. Andreae, reliquis diebus Cathedralis officium in choro dicat cum Collegis suis, et consequenter etiam sine Octavae commemoratione, uti patet. Cum enim ad officium principalis Ecclesiae teneatur, illud recitare debet prout in Calendario inscribitur.

*Resp. 3.* Quod vero spectat alumnos Seminarii in Sa-



cris constitutos, non videmus rationem ex qua eximi ipsi debeant ab officio Titularis Ecclesiae S. Andreae, quae ipsis vere propria est, quoadusque in Seminario degant, aut Beneficium aliquod acquirant, ex quo alii addicantur Ecclesiae. Dicta namque Ecclesia est Seminarii propria, consequenter et propria evadit alumnorum in Seminario degentium. Res ista, de cetero, definita fuit a S. R. Cong. ne in Decreto *Vicariatus Ruremundensis in Hollandia*, quod nempe quaerebat: « Num Professores nec non Seminariae in maioribus constituti Ordinibus teneantur ad Octavam Patroni Ecclesiae Seminarii, quae omnibus patet fidelibus; vel potius retinere Patronum Civitatis, in qua Seminarium situm est? » Responsum vero fuit: « Teneri ad Octavam Titularis Ecclesiae adnexae (27 Febr. 1847: num. 2939-5079 ad 3.). »

*Resp.* 4. Hinc patet, ab omnibus Seminarii alumnis qui ad Horas Canonicas tenentur, alioque non sunt Ecclesiae alterius vinculo obstricti, uti etiam a Professoribus illius, sub eadem conditione, officium Titularis Ecclesiae S. Andreae recitandum esse. Hi enim, magis etiam quam Rector, quem aliud tenet vinculum potiori Ecclesiae ligatum, clerum dictae Ecclesiae constituunt. Quod autem spectat Parochum alterius Ecclesiae, cui materialiter Ecclesia S. Andreae subiacet, nulla inter hanc Ecclesiam et illum relatio sufficiens est, ob quam dici ipse possit ad hoc officium adstrictus; quia nullo pacto Ecclesia ad dictum Parochum pertinet, liturgice loquendo, et subiectio materialis, in casu, nihil valet, prorsusque negligenda.

III. *E Sarzana. De Ministris sacris erectis ad Orationem in Benedictione, ut librum Sacerdoti sustentent, et de inclinatione post Orationem ad Sacramentum.* Quaeritur 1. Num Ministri dalmaticis induti, ad functionem pro Benedictione solemnem cum Sacramento, prohibeantur quomi-



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

rum comparativum studium fieri, ut concludas Ministros stare vel genuflectere debere dum librum sustinent? Ne itaque digna risu res admittatur, potius tenendum credimus, cum cetero nulla lex id vetet, ut Ministri librum sustinentes, non genibus flexis, sed stantes maneant; cum actus omnes liturgici decentiori, qua fieri potest, ratione sint peragendi. Neque oppones, Orationis tempore omnes genuflectere debere, saltem in casu; quia Ministri illi se accommodare debent, cui deserviunt, nempe Sacerdoti quocum velut unum corpus in casu efficiunt.

Quod alterum spectat, haud profecto censura notabimus, qui inclinationem faciunt post Orationem et genuflexionem: devotionem excusabimus ac venerationem in alium Sacramentum. Verum probanda magis nobis videtur dictae reverentiae omissio: 1. quia nulla lege praescribitur: 2. quia ipsa genuflexio actus adorationis est: 3. quia uniformitas in liturgicis actibus maximopere laudanda facilius obtinetur legem devote exequendo, nihilque illi addendo, quam cum non praescriptis maioris cultus actibus, quamvis laude dignissimis; Ecclesiastici enim viri magis legi favent, quam libertati aliorum, faciliusque illi quam isti se conformant.

IV. *E Lincio*. De Missis privatis die II Nov. pro defuncto in die obitus non vetitis. Supposita Missa exequiali in cantu, licentne die II Nov. plures Missae privatae pro defuncto, praesente cadavere?

*Resp.* Non videmus qua de causa dictae Missae dicendae sint vetitae die II Nov. Ratio unica esse posset, quia Missa pro tali die praescripta est 1. quae prostat in Missali ex quatuor inscriptis. At nullius roboris videtur haec ratio; nam Missale docet ea die a Celebrante Missam fieri de communi omnium Fidelium defunctorum, quia non supponit praesens cadaver, et pro eo in specie dicendas

esse Missas. Ceterum, si in eiusmodi casu dicas Epistolam et Evangelium de Missa diei obitus, quis conqueri posset, id permittente Rubrica? Unicum ergo discrimen in Oratione consisteret, quae pro die obitus esset specialis, et pro die 2. Nov. generalis. Hoc autem unico solo discrimine posito, quomodo prohibita dici posset Missa diei obitus? De applicatione autem fieri non potest quaestio, semper enim unicuique liberum fuit et manet, Missam talis diei applicare pro omnibus, pro pluribus, vel etiam pro uno defuncto.

Ceterum Decretum in *Lisbonen.* d. d. 14 Apr. 1646 ad 4 permittit Missam cantatam pro defuncto, cadavere praesente, dicto die; quia tunc privatae pro eodem erant vetitae. Ergo nunc Missae quoque privatae, eodem in casu, permittuntur, quippe quae amplius non sunt vetitae, dummodo pro defuncto, cuius praesens est cadaver, applicentur. Quod si opponas, Missas privatas de requie pro defuncto semper permissas fuisse in semiduplici, eas tamen die 2.<sup>a</sup> Nov., quae easdem permittit, S. R. Cong. nem vetuisse, reponimus id nihil officere. Quia Missae privatae antiquitus permissae tantum erat die 2.<sup>a</sup> Nov. ratione Commemorationis omnium Fidelium defunctorum, non autem ratione ritus, quippe qui, etsi duplex fuisset, illas non impediabat. Impraesenti vero, non solum cantata, sed etiam privatae in die obitus, aliqua licet cum exceptione, permittuntur, etsi duplex sit ritus. Sicut ergo cantata permittitur, ita etiam nunc privatae dicendae sunt permissae in die Commemorationis Omn. Fid. defunctorum. Neque obstare credimus Decretum in *Tridentina*, d. d. 20 Sept. 1687, quod *Missas privatas dicendas esse de communi* statuit; quia eas supponit tantum permissas, iuxta antiquam legem, ratione diei 2. Nov., hinc et superius Decretum *Lisbonen.* invocat. Cum itaque impraesenti, etiam ratione

diei obitus sint permissae, eas tali quoque die permissas credimus. Tandem, non intelligeretur dictarum Missarum vetitum, cum neque e ratione diei, neque e ratione ritus derivaret; si ergo in aliis diebus eae permissae sunt peculiariter in gratiam diei obitus, etiam die 2.<sup>a</sup> Nov. dicendae sunt permissae ob eandem causam.

V. *Ex eod. loco. De occurso et concursu dierum infra octavam inter se aut cum semiduplici.* S. R. C. die 21 Febr. 1896, respondit: « Dies infra Octavam quamcumque secundarii sunt ». Cum dicatur « inf. Oct. *quicumque* », liquet dies infra Octavam festi etiam *primarii* secundarios esse. Hinc quaeritur :

a) Si occurrant simul dies infra Octavam festi primarii et dies infra Octavam festi secundarii eiusdem ritus, sed maioris dignitatis, quibusnam danda est praeratio? Cum *omnes* secundarii sint, videntur « digniores », seu dies festi dignioris esse praeferendi: sed mirum quasi apparet, si ex duobus festis eiusdem ritus cum Octava in eandem diem incidentibus (quorum alter ut secundarium, licet maioris dignitatis, v. g. ad sequentem diem transfertur) per totam hebdomadam daretur praecedentia (sive quoad Officium de infra Octava, sive quoad commemorationem Octavae) festo secundario digniori, et postea in sola die Octava [quae est primaria aut secundaria prout festum, ad quod pertinet, primarium est vel secundarium] fieret de festo primario cum simplificatione Octavae festi secundarii. — Quomodo ergo agendum?

b) Item S. R. C. eadem die respondit: « Dies infra Octavam..... cedunt *cuicumque* Semiduplici *occurrenti* ». — Quaeritur :

1.<sup>o</sup> An cedant cuicumque festo semiduplici etiam *secundario*? Et quatenus affirmative,

2.<sup>o</sup> An cedant etiam in *concurrentia* cum festo semiduplici *secundario*, ita ut istud habeat integras Vesperas?



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



gnitatem. Neque in se inspecti dies infra octavam festi primarii sunt secundarii, sed uti tales tantum censendi sunt, sicut superius diximus, ratione repetitionis officii. Hinc Decretum d. d. 21 Febr. 1896, seu **Dubia**, ad l. declarat : « Dies infra Octavam quamcumque **tamquam secundarios habendos esse** », haud vero secundarios revera esse. Sicut ergo cum ex duobus festis octavam habentibus, quorum alterum est dup. I. cl. alterum dup. II classis, dies infra octavam festi I. classis praeferuntur alteri II. classis, quamvis eiusdem sint omnes ritus semiduplicis, quia mutuam relativam dignitatem a festo, ita ex duobus pariter festis cum octava, ex quibus unum est primarium et alterum secundarium, dies infra octavam festi primarii, ritus, intellige, paritate posita, aliis praevalent festi secundarii, quia, utcumque eos consideres, a festo, ad quod pertinent, dignitatem mutuam, seu, aliis verbis, quia pertinent ad festum primarium. Ergo festum, quod praevalet alii in occurrentia, praevalere quoque debet eidem, quod dies attinet infra octavam suam, si ea gaudeat.

*Resp. 2.* Diem infra octavam quamcumque, nisi privilegiata sit, **cedere cuicumque semiduplici occurrenti**, definitum est ab eodem Decreto, supercitato, quod **Dubia** inscribitur. Nemini ergo dubium suboriri debet, semiduplex quodcumque Sanctorum, occurrens infra aliquam octavam communem, esse praeferendum ipsi diei infra octavam, sive semiduplex sit primarium, sive secundarium; cum lex ex una parte non distinguat, ex altera satis sit perspicua, ratione expressionis « **cuicumque semiduplici** ». Rationem huiusce dispositionis eandem esse credimus, de qua superius locuti sumus, nempe officii eiusdem repetitionis pro diebus infra octavam, cum semiduplex occurrens hac ratione omnino expers sit.

Ob eandem quoque causam censemus, festum semi-

duplex, si cum die infra octavam non privilegiatam concurrat, integras habere Vesperas. Non enim alia ratio esse videtur, ex qua semiduplex quodcumque in occurso praefendum sit diei infra octavam. Atqui haec ratio aequali lance militat, etiam in concursu; ergo quodcumque semiduplex, sive primum, sive secundarium, praevaleret diei infra octavam, atque integras sibi vindicaret Vesperas. Ita salvo meliori iudicio.

VI. *Ab Hetruria. De Symbolo in omnibus loci Ecclesiis dicendo ad Missam in festo Titularis Cathedralis.* In Calendario cuiusdam Dioecesis die 24 Iunii legitur: « Nativitas S. Ioannis Baptistae Contitularis Nostrae Eccl. Cathed. duplex 1<sup>o</sup> cl. cum octava. Omnia propria. Missa cum *Credo* tam in Cathed. quam in Civ. et universa Dioecesi, quia iuxta praxim S. R. C. Contit. Ecclesiae Cath. equiparatur Titulari eiusdem, de quo celebrari debet officium dup. 1. clas. cum octava et *Credo* in tota Dioecesi ». Cui contradicere videtur Decretum S. R. C. sub die 6 Septembris 1845 (n. 5031), in quo praescribitur, ut in festo S. Ioannis Bapt. dicatur *Credo* in omnibus Eccl. si sit Patronus praecipuus, *in Ecclesia propria tantum si sit Titularis*. Hinc quaeritur, utrum revera existat et in quo fundetur praxis in supradicto Calendario asserta?

*Resp.* Abunde notum ponimus, Titulum respicere Ecclesiam, Patronum vero spectare locum. Certum est autem, tam Titulum quam Patronum iure vindicare sibi Symbolum in Missa. At in quibusnam Ecclesiis? In illis profecto, in quibus Titulus et Patronus recoluntur. Atqui Titulus in sola Ecclesia, quam respicit, Patronus in omnibus Ecclesiis loci recolitur. Ergo Titulus ius habet ad Symbolum in propria tantum Ecclesia, Patronus in omnibus Ecclesiis loci. Quod ceterum perspicue Rubrica Missalis praedicat dicens: « Symbolum dicitur... in festo Patroni alicuius



loci, vel Tituli Ecclesiae (Tit. XI) ». Decretum in una *Ordin. Min. S. Francisci Capuccinorum*, d. d. 6 Sept. 1845, Rubricam dictam declarat, ita se explicans: « Dicendum *Credo* in omnibus Ecclesiis loci quando est Patronus praecipuus; in Ecclesia propria tantum, quando est Titularis, iuxta Rubricas (1) ». Sed notandum, aliud esse Ecclesiam *Cathedralem* aliud esse Ecclesiam *propriam*; ab hac enim non dependent, nisi qui de eiusdem sunt gremio, ab illa vero dependent omnes, qui seu de illius sunt gremio, seu qui in Dioecesi relativa morantur. Ratio est, quia Ecclesia Cathedralis est omnium aliarum Ecclesiarum, quae sunt in Dioecesi, caput et princeps; eaque de causa, uti eius Dedicatio, ita et Titulus in omnibus dictis Ecclesiis recolendus est, et quidem sub ritu eodem, sub quo in Cathedrali recolitur. Ergo eadem de causa, sicut in Cathedrali Ecclesia, ita in singulis Dioecesis Ecclesiis Symbolum in Missa de Titulari Cathedralis saddendum est ».

Animadvertendum autem est, Sanctum aliquem, si Contitularis Ecclesiae sit, ius pariter habere ad *Credo*, dummodo pro dicto verbo intelligatur Titulus aequae principalis cum altero, seu verus Titulus, uti ex. gr. uterque Ioannes, Baptista et Evangelista, pro Ecclesia SS.iii Salvatoris de Urbe. Et hoc quoque in casu, non solum Ecclesia Cathedralis Symbolum in Missa addit, sed etiam aliae omnes Dioecesis. Eapropter Calendarium, de quo in casu, emendatione non indigere credimus.

**VII. *E Pekino in Sinis. De Absolutione Cadaveris ex parte Vicarii Apostolici post Missam de requie ab alio celebratam.*** Vicarius Apostolicus potest ne Absolutionem agere post Missam de requie ab alio celebratam ?

---

1) Decretum istud iustis de causis in Collectione nova apparet expunctum, sed in III volumine sub alia denominatione vulgabitur; si opus fuerit.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

Quamvis autem talis Vicarius Apostolicus caractere episcopali auctus sit, nihilominus Dioecesanus Episcopus non est, suaque iurisdictio tota pendet a delegatione Summi Pontificis, ait cl. Zitelli (*Apparatus Iuris Ecclesiast. Append. Cap. IV, Art. II, § 1*). Tanta proinde illa est, quanta ab eodem Pontifice ipsi conceditur, sive in Apostolicis Litteris, sive in Decretis S. Congreg. S. Con. gnis, sive in peculiaribus Rescriptis. « Ut plurimum, prosequitur supercitus auctor, in Apostolicis Litteris administratio Vicariatus eidem committi solet eum facultatibus necessariis et opportunis, quibus verbis significari videtur iurisdictio, qua iure proprio, non delegato, pollent Episcopi in suis Dioecesibus (*loc. sup. cit.*) ».

Quidquid sit, certum est, Vicarios Apostolicos, etsi admittendum esset, non ordinario, sed delegato iure potestatem ordinariam exercere; nihilominus Episcoporum tenere locum, in casu, qui illis in regionibus desunt. Sunt ergo superiores verique pastores, tum populi tum cleri sibi concrediti, iisque inest potestas legifera, iudicialis, coactiva, atque administrativa. Adeo ut nulli alii, etsi Episcopus esset aut Ordinarius, ius sit in negotia eorum Vicariatus se ingerere, dictamque quadruplicem potestatem libere Vicarius Apostolicus exercere valeat.

Hinc patet huiusmodi Vicarios haud agere nomine Episcoporum, qui dictis in regionibus non sunt, sed iurisditionem ordinariam per seipsos exercere in clerum uti in populum, ex delegatione Summi Pontificis. Porro, ratio ob quam Episcopo Ordinario ius competit Absolutionem faciendi super cadavere, haec est, ut diximus, quia cum sit superior, ius habet suum subditum delegandi pro Missa, quam per illum faciens, per seipsum facit Episcopus: quod et in Vicario Apostolico comprobatur. Nec dicas, Vicarium Apostolicum esse ipsummet delegatum, ideoque

subdelegare non posse; quia iurisdictionis potestas delegata quidem est, sed, ea posita, actus omnes dictus Vicarius iure suo exercet, ulla sine dependentia ab alio Episcopo. Adeo ut Vicarius Apostolicus in casu aequiparari non possit Episcopo Administratori, vel Auxiliari, aut etiam Vicario Apostolico in Dioecesim misso, Sede, sive vacante sive plena; quia hi omnes nomine Episcopi superioris sui potestatem exercent: dum Vicarius, de quo agimus, alium sibi superiorem Episcopum non agnoscit, sed tantum Summum Pontificem, et suam potestatem non nisi nomine eiusdem Summi Pontificis exercet. Hisce de causis, arbitramur ad propositum nobis Dubium responderi posse: Affirmative, salvo meliori iudicio.

---

## BREVIORA RESPONSA

---

I. *Pro Dioecesi Atrebatensi.* Missa privata, quae vulgo *bassa* dicitur, videlicet sine cantu, sed prorsus lecta, cadavere de sero in Ecclesiam delato, imo etiam praesente, generaliter loquendo, non nisi in semiduplici licet, aut inferioris ritus occurrente officio. Idque, sive gravi de causa, sive non, delatio cadaveris de sero fiat.

II. *Pro eod. loco.* Nullum signum crucis Rubricae praescribunt ad *Nunc dimittis* in Completorio. Id tamen faciendum nonnulli expositores docent, sicut Caeremoniale illud praescribit pro Episcopo ad *Magnificat* in Vesperis (*Lib. II, Cap. 1, n. 14*), et ad *Benedictus* in Laudibus (*Lib. II, Cap. VII, n. 3*); ratio enim, dicunt, est eadem. Decretum *Ord. Min. Capuccinorum* ad *Magnificat* et *Be-*

*nedictus signum crucis ab omnibus faciendum* praescribit, tam in choro quam extra chorum (20 Dec. 1864, num. 3127 (5339); sed de signo crucis ad *Nunc dimittis* silet, fortasse quia de Hora, minori agitur, quamvis communiter fiat. Quid amplius dicendum nescimus.

III. *Pro Polonia.* Officium Sancti Sepulchri impeditum die sua, secluso privilegio, non nisi in diem primam liberam transferri potest, etsi extra tempus paschale sit agendum, et Episcopus non potest praescribere aut permittere, ut in feriam II sequentem reponatur, quamvis festo altioris ritus non impeditam: quippe qui nil potest contra Rubricas.

IV. *Pro oppido Vicario Segobricensi.* Sacerdos non Canonicus aut Beneficiatus (qui calendario propriae Ecclesiae tenetur ubicumque degat) cuiusdam Dioeceseos, ad tempus indefinitum degens in alia Dioecesi, bene potest quoad officium sequi calendarium Dioecesis in qua degit; at si paroecia particularis in qua manet, proprio gaudet Calendario, hoc ipse uti licite non potest. Obligationem tamen non videmus, nisi quoad Missam: hoc ad Moralis potiusquam ad Liturgiae scientiam pertinet.

V. *Pro eodem loco.* Dies S. Canuti (semid. ad libit.), etsi perpetuo impedita, mutari non potest in aliam, nisi id concesserit S. R. C. Hoc praedicabat Decretum *Catanien.* 23 Aug. et 13 Sept. 1704 ad 2, quamvis e loco suo in nova Collectione expunctum iusta de causa fuerit; sed in ultimo Volumine apparebit eadem decisio.

VI. *Pro Cauria in Hispania.* Ubi in confessione recitanda ad Completorium, vel in precibus, quando sint dicendae, consuetudo viget eas recitandi sub aliqua depressione vocis, optime servari potest, cum contra Rubricas non sit, imo et devotionem foveat.

VII. *Pro eod. loco.* Quando Vesperae fiunt in cantu,



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



XII. *Pro Liguria.* Quando ritus Officii particularis, quod recitant plures dioeceses vel dioecesis unius saecularis et regularis Clerus, mutatur, haud mutatus intelligitur pro omnibus. Sed Episcopus vel Episcopi qui ritus mutationem a S. R. Cong. ne obtinuerunt, vel quicumque sit, indubie vulgabunt Indultum obtentum, ex quo patebit, quinam ritus mutationem acceptare possint et debeant, an una vel plures dioeceses, an clerus tantum saecularis, vel etiam regularis etc. Ergo indultum legendum est, ut iudicetur in casu proposito, num Clerus regularis hac illac diffusus ritum Officiorum S. M. Magdalenae, S. Marthae, et S. Remigii mutare necne debeat. Idem dicendum de translatione festorum, quae obtenta dicitur, Assumptionis, Nativitatis et Praesentationis Deiparae, ex eadem ratione.

XIII. *Pro Hispania.* Ephemerides (*Vol. 12 pag. 621*) tenuerunt Celebrantem in fine Missae debere inclinationem profundam facere, sicut ex Rubrica in principio. In numero autem primo vertentis anni contrarium tenere videntur, relinquendo libertatem. Ratio est, quia cum Rubricae de *profunda* inclinatione taceant, hanc faciendam esse potest sustineri; sed semper in ordine opinionum sumus: opinio autem legem constituere non potest. Nullum Decretum hac de re, quantum scimus, quaestionem solvit.

XIV. *Pro Gallia.* Caeremoniale Episcop. (*Lib. II, Cap. VIII, n. 11*) docet, aquam pro lotionem manuum Episcopi ex abaco sumi ab aliquo nobili viro, vel ab aliquo familiari eiusdem Episcopi, mappam vero, seu mantile a Presbytero Assistente. Postea subiungit: « et haec forma lotionis manuum servabitur semper quando Episcopus intra Missarum solemnia, et in aliis quibusdam sacris actibus publice lavat manus ». Ergo, cum in casu lotionis, post oleum Catechumenorum et sanctum Chrisma benedictum, lotionem nominet Codex, sed modum taceat, praefato

loco standum est, uti ipse De Herdt docet pro casu (*Prax. Pontif. Tom. III, n. 22*).

XV. *Pro Neapoli.* Reliquiam S. Crucis de loco eminentiori altaris deponere vel in eo exponere, ut Sacerdos postea cum illa benedicat populum, non est clerici inferioris, sed ministri in sacris constituti. Id suggerunt: 1. dignitas saltem dictae Reliquiae, 2. similis actus circa crucem altaris feria VI in parasceve, qui fit per diaconum, 3. nullus actus eiusdem naturae in altari per talem clericum faciendus permissus, 4. praxis denique universalis, ex qua similes actus numquam simplici clerico permittuntur. Quod si Celebrans, cum post Missam dicta functio fiat, id agere ex defectu agilitatis nequeat, aliter provideatur.

XVI. *Pro eod. loco.* Sacramentum in Ostensorio positum sub throno, qui nudus esse potest, vel sub baldachino, quando exponitur, collocandum est. Hinc etiam super altaris mensa pro Benedictione exponi potest, quando ab alto baldachinum pensile positum est, secus minus digna res iudicanda est. Quod candelarum locum attinet, super superiores gradus altaris esse possunt citra controversiam, quamvis sit Ostensorium super mensa.

XVII. *Pro Civitate B.* Episcopus bene praecipere potest, ut post Benedictionem SS.mi Sacramenti dicatur nota laus « Dio sia benedetto », quippe quia ex laudabili consuetudine fere in omnibus Ecclesiis italicae recepta, et a S. R. C. impliciter approbata; imo post quasdam liturgicas functiones locum suum optime invenit utpote amplioribus Indulgentiis aucta. Si alius Episcopus praescripsit, ut psalmi, litaniae, hymni liturgico sermone, quando locum habent, ante expositionem canantur, et postea solemniter expositio fiat cum debita thurificatione, ac deinde canatur *Tantum ergo etc.*, id quoque optime potuit, cum plurium observantiorumque usu Ecclesiarum cohonestetur. Unum tan-



tummodo minus ordinatum credimus: relativos versus et Orationes praefatis psalmis, litanis, hymnis respondentes canere post Sacramenti expositionem; sunt enim illorum complementum: ut quid proinde ab illis per expositionem haec separare? Unum constituunt ex multis partibus actum; integer ergo fiat, vel ante, vel post expositionem, negotiumque recte procedet. Hinc Titius bene se gerit, si litanis versus et relativas adiungit Orationes, et postea SS. exponit, canitque *Tantum ergo*, thurificato prius Sacramento. Nihilominus, post *Veneremur cernui*, quin ponat incensum, intonato *Genitori Genitoque*, iterum Sacramento thus adhibebit, rem optimam faciens, obedientem se auctoritati ostendens, et laudabili Urbis Ecclesiarum consuetudini adhaerebit. Laudem vero addere, post benedictionem, « Dio sia benedetto », vel canere « O salutaris Hostia » indifferens *per se* est; sed si legitimus Superior illam iusserit, quod iure potest, ut superius diximus, Titium illam omittentem laude dignum non iudicamus.

XVIII. *Pro Pekino*. Materia Conopei pro tabernaculo peculiaris, non est lege determinata, ut quaecumque esse possit, dummodo decens et fini suo respondens. Finis autem non est praecise ut tabernaculum sit coopertum, sed ut ponatur super illud, quod thronum repraesentat divini amoris, tamquam tentorium, illudque magis adornet, sicuti regi convenit.

XIX. *Pro Lomello*. In benedictione cum Reliquiis sive Sanctorum sive etiam SS. mae Crucis, non omittitur benedictio thuris, si hoc adhibeatur; unica enim illius omissionis ratio est dignitas Christi, quod habetur in benedictione cum SS. Sacramento.

XX. *Pro Sicilia*. Simulacrum S. Ioseph, hoc anno occurrentis in Dominica Passionis, non potest esse detectum, saltem si sit in altari expositum. Si autem sit extra altare, prohibitum non credimus, illud detectum exponi.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

gregatio. Hoc enim Tribunal in approbandis Kalendariis perpetuis singularum dioeceseon Hispaniae ditionumque eidem olim subiectarum, videlicet Americae, praefata duo festa tamquam praeceptiva relinquit, prout videre est in regestis ipsius S. Cong. Quin etiam in multis dioecesibus, praeter festum generale diei 2. Oct., duo alia festa habentur iniuncta, nempe, unum S. Angeli Dioecesis, alterum S. Angeli Nationis Custodis. — 2°. Ex eo quod unum ex praefatis festis in altero contineatur et sit eiusdem repetitio, illegitime eruitur contentum esse secundarium, continens vero primum; festum enim Ss. Angelorum Custodum (2. Oct.) certe est primum, et tamen continetur in Dedicatione S. Michaelis, prout eruitur ex officio huius S. Archangeli, atque expresse asserit Carpo (Biblioth. liturg. part. 4, n. 193) et ipsummet Breviar. Romanum die 8 Maii. — 3°. Obiectio, quam sibi proponunt praelaudatae *Ephemerides*, quamque solvere intendunt, stat; fortasse enim Angelus custodiens Nationem sit alius a custodientibus personam; quin etiam et ipsis dignior, utpote potior res ei commissa. Ex eo quod de perpauca Angelis, quorum nomina ex sacris Litteris noscuntur, peculiare festum peragat Ecclesia, non sequitur eam non posse celebrare peculiaris festa de Ss. Angelis, quorum nomina Deus solus scit, sicuti peragit festum Ss. Innocentium et aliorum Sanctorum, qui minime noscuntur.

Postquam argumentis *Ephemeridum* respondere sategi, unum proprio Marte adiiciam favore S. Angeli. S. Angelus Custos Nationis vere dicendus est Tutelaris, et ita appellatur in decreto concessionis Officii d. d. 22. Mart. 1825; unde qualitatem patroni, saltem minus principalis, ipsi denegari nequit; atqui festa patronorum minus principalium, quamvis non nisi ritus duplicis maioris, sunt primaria, prout constat ex novissimo Catalogo a S. R.

Cong. approbato 5 Febr. 1895 ; ergo a fortiori festum S. Angeli Tutelarum Nationis, qui ritu dupl. 2. class. agitur, primarium esse debet. Hoc idem docet cl. Solans (*Pront. lit.* 1010) ».

Haec ad nos scripsit alter e Venilibus Consociatis nostris, et ex iis conatur sententiam nostram infirmare, imo et confutare, suamque oppositam statuere. At, contra, sequentes illius iudicio subiicimus animadversiones.

a) Decreta, queis Ephemeridum sententia, de qua agitur, innititur, e nova Collectione expuncta fuisse res est indubia, factum enim constituit. At sequitur ne ex hoc, eadem Decreta, fuisse, saltem quoad doctrinam, quae ex iis infertur, abrogata?

Non credimus; quia eiusmodi Decreta, quamvis e nova Collectione expuncta, nihilominus nulli alii authentico Decreto opponuntur, non secum aut cum certo Rubricarum praescripto configunt, non vim amiserunt per novissimas Rubricarum revisiones atque emendationes (*Conf. Praefation. primi Volum. novae Collection. n. I*). Atqui haec solum Decreta, non alia, censentur abrogata iuxta Decretum *Urbis et Orbis* eidem novae Collectioni praemissum; ergo doctrinam, quam ex illis intulimus, veram adhuc iure merito tenemus. Diximus, *doctrinam, quam ex illis intulimus*; quia Decreta doctrinam a nobis traditam non exhibent, sed tantum responsionem ad Dubium propositum: ex qua tamen nos coniecimus, inter festum Angelorum Custodum, et Angeli Custodis, non adesse diversitatem. Primum enim seu in *Toletana*, ad Dubium: « Quodnam ex duobus festis Angelorum Custodum celebrari debeat in Archidioecesi Toletana etc.? » responsum fuit: « Servetur consuetudo . . . . et Officium Angelorum Custodum fiat una vice tantum. » Alterum, seu *Ord. Min. Capuccinorum* ad Dubium: « An in regionibus Imperio

subiectis, in quibus ex Indulto recitetur Officium S. Angeli Custodis cum Octava mense Septembris, debeat de eodem fieri secunda die Octobris? » responsum fuit: « Negative ». Ergo, intulimus, sicut utrumque Decretum vult, ut de Angelis Custodibus, vel de Angelo Custode, unum tantum officium, non duo fiant, sequi manifesto videtur, alterum ab altero festo non esse diversum.

Animadvertas proinde, illationem nostram nos intulisse quidem ex duplici responsione sacri Tribunalis; sed, quamvis eadem responsio amplius non existat, ob Decretorum expunctionem e nova Collectione, nihilominus doctrina nostra adhuc manere firma videtur. Quia expunctio eiusmodi non significat, illa responsa esse abrogata, ut superius ostendimus; sed significat tantum ea, mutatis rerum adiunctis, omni in praesentiarum usu carere ac utilitate. Quod si inquiras huiusce assertionis probationem, haec in promptu est et certa. Nam, mutatis rerum adiunctis, S. R. C. opportunum censuit officium de Angelis Custodibus vel de Angelo Custode bis concedere supernominatis regionibus.

Quo posito facile videtur, dicta Decreta utpote inutilia inseri non potuisse in nova Collectione, ut iure merito Commissio liturgica illa expunxerit.

b) At adm. Rev. dissidens ultra procedit, ut non solum censeat Decreta, de quibus est quaestio, abrogata, quia expuncta; sed sustineat, ex expunctione contrariam forsitan sententiam probari ab illa, quam Ephemerides tradiderunt.

Etenim, inquit, S. R. C. praefata duo festa dioecibus Hispaniae ditionumque eidem olim subiectarum, videlicet Americae, tanquam praeceptiva reliquit, prout videre est in Regestis ipsius S. Cong.nis. Quinimo alicubi duo alia habentur festa iniuncta, S. Angeli dioecesis et S. Angeli Nationis Custodis.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



est idem in omnibus et per omnia cum obiecto illius, licet idem sit subiectum, seu omnes Angeli, ipsaque Angelorum Regina, totaque caeli regia. Nunc autem casus, de quo agimus, satis est diversus; agitur enim de festis pluribus, quorum obiectum est Angelorum custodia: custodia, inquam, vel personae, vel Regni, vel Nationis; etc. pro quibus consequenter idem est obiectum: ut et idem omnino sit praescriptum officium, et infra octavam merae lectiones addantur. Adeo ut etiam quando unius Angeli Custodis fit festum, de pluribus fiat, sicuti ex ipso Brevariario constat.

d) Obiectionem denique, quam nobismet ipsi proposuimus, quamque resolvisse iudicabamus, cl. Dissidens contra nos convertit, eamque stare contendit. Quare autem? Quia *fortasse* Angelus Nationis Custos est alius ab Angelo Custode personae; imo et dignior, utpote cui potiores ei commissa. Sed 1. *to fortasse* incertum supponit festi subiectum, hoc est, num iste Angelus Ecclesiarum, Nationum, Regnorum existat, incertum est; sit ergo festum in commune cum alio, quod certo subiecto gaudet, nempe Angelorum Custodum, quod recolit universalis Ecclesia, quos extare Scriptura dat certe fundamentum, traditio fert, Liturgia docet. 2. Haud multum seria videtur additio de Angelo digniori ratione rei potioris illi commissae. Secus ipsum festum dignius esset prouti dignior persona foret, quae illi committitur. Si enim digniora sunt loca, et personae digniores sunt; et fortasse talis persona dari potest, quae posset esse quavis natione dignior: quidni? Ceterum, quidquid sit, in incerto semper laboramus, et incertitudo crescit. 3. Non instituimus controversiam utrum possit Ecclesia celebrare festum de Angelis, quorum nomina nescit; sed diximus et iteramus, Ecclesiam de Angelis tantum, quorum scit nomina, festum speciale cele-

brare, de reliquis nonnisi unicum et in commune, sicuti etiam de Ss. Innocentibus, imo de Sanctis omnibus, quorum sine fine nomina soli Deo manifesta sunt, maxime inter Martyres.

e) Ultimo, proprio Marte, argumentum addit cl. Dissidens, quod deducit ex denominatione *Tutelar*, quam S. Angelo Nationis Custodi Decretum concessionis tribuit. Hinc enim derivat, dicto Angelo inhaerere qualitatem Patroni saltem minus principalis, sive ritus festi sit dup. maius, sive, a fortiori, si dup. II classis, ut in casu. Porro, concludit, festa Patronorum sunt primaria, etsi minus principales sint. Arbitramur quid nimis esse, ex denominatione *Tutelar* arguere aut probare qualitatem Patroni. Profecto *to tutelar* a *tutela*, a *tutor* derivat, quae significant *defensionem*, *protectionem*, *patrocinium* etc. Sed ex eo inferre, intentionem Ecclesiae fuisse, ut talis Angelus sit Patronus, esto minus principalis, hoc admitti non potest, nisi quodam latiori sensu. Secus Patronus Ecclesiae dicens esset S. Michael, in sensu, inquam, liturgico, Patroni essent Ss. Angeli Custodes, Patroni Sancti singuli, quorum nomine nuncupamur etc. etc. Patet ratio, quia et ipsi omnes tutelares nostri sunt, nos ipsi eorum patrocinio commendamus animas, corpora et negotia nostra; et ipsi nos protegunt, defendunt, adiuvant, tutantur melius quam alii. Placet consequentia? Sed veritas deficeret. Hinc infert adm. Rev. Dissidens qualitatem primarii; quia festa Patronorum primaria sunt. Sed distinctione hic opus est; principium enim prouti sonat admitti nequit. Si agatur de Patronis praecipuis, principium verum est; et festa patronalia semper primaria sunt, quamvis *per se* secundaria esse possent. At idemne dicendum, si Patroni minus principales sint? Sustineri nullo pacto principium potest; quia primarietatem festo non dat qualitas patroni, nisi sit



principalis, sed natura ipsius festi. Si de Patrono videlicet agatur dies natalis vel quasi-natalis, festum primum erit : si de eo agatur translatio, apparitio, conversio etc., festum secundarium erit, quamvis ad Patronum pertineat. Quae tamen casui nostro, seu festo de S. Angelo uti Nationis Custode, applicari nequeunt. Stat nihilominus veritas, nempe festum Patroni minus principalis non ideo esse primum, quia patronale, cum esse possit vel primum vel secundarium, iuxta naturam festi. Adducitur Catalogus festorum, sed non satis ad rem ; quia si inter festa primaria enumerantur festa Patronorum minus principalium, agitur ibi de diebus natalitiis Sanctorum. Hinc inter secundaria enumerantur etiam festa Sanctorum praeter eorundem natalem diem, uti Inventio, Translatio, Patrocinium etc. quae ad Patronos pertinere posse, nemo ambigit.

Cl.<sup>um</sup> autem Solans, quem omni cum aestimatione ac reverentia iure nominamus, festum S. Angeli Custodis Regni appellasse primum, et hoc factum constituit, quod negare non possumus. At neque inficiari possumus, nullo eum sententiam suam argumento muniisse, sed simpliciter et infra parenthesim affirmasse.

Quid post hucusque disceptata concludendum? Certamne esse sententiam nostram? Tanti non valemus, ut id asseramus, sed profecto sat validis illam argumentis communitam iudicamus.

Nihilominus pro adm. Rev. Dissidente non praeteribimus Decretum recens, quod identitati festorum Angeli Custodis et Angelorum Custodum opponitur. Est Decretum in *Urgellen*. d. d. 10 Maii 1895 ad 2 (*Vid. Ephem. 1895, pag. 330-331*), in quo edicitur in II Vesperis S. Angeli Custodis (*1 Octobr.*) agendam esse commemorationem Ss. Angelorum Custodum (*2 Octobr.*). Profecto si es-



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

---

## DE NATURA CONCURSUS DIEI INFRA OCTAVAM DISSERTATIUNCULA

---

Hisce in paginis iam alibi difficultatem aliquam resolvimus super concursu diei infra octavam, quod eius primas attinet Vesperas (*an. 1896, pag. 59 et seq. Dub. V*). An vero obiicienti responsio plene fecerit satis, nescimus; certum tamen est super responso nostro ulterius nobis aliam non fuisse difficultatem propositam. Sed praeter praefatam aliae quoque difficultates postea manifestatae sunt, ad quas hactenus, utpote non absolute necessarias, respondere distulimus, nunc autem urgent nos pro solutione. Aliunde, non eadem est hac in re doctorum sentiendi ratio, ut proinde haud res satis videatur perspicua.

Hinc factum est, ut praesentem statuerimus dissertatiunculam conficere, qua, si fieri possit, et propositae evanescant difficultates, et negotium clarescat.

Hoc itaque unum intendimus tenuem praesentem suscipiendo laborem, inquirere naturam concursus dierum infra octavam, ut concludamus posse vel non, uti alia festa, in primis Vesperis concurrere. Nec innuendum, et Rubricas et expositores et ratiocinium huiusce studii nostri triplicem fundamentum constituere.

1. Dies festus, cum octava gaudet, per octo dies continuos celebratur: quorum primus est singulis solemnior, dies intermedii minus solemnes. Primus est ritus duplicis, aut primae aut secundae classis, alicubi etiam duplex maius: ultimus aequavalet duplici, ut dici queat duplex minus, plus

minusve privilegiatus: dies intermedii, generatim loquendo, sunt ritus semiduplicis. Dicimus *generatim loquendo*, ut innuamus dies secundum et tertium octavarum Paschae et Pentecostes, qui duplicis primae classis sunt. Ex dictis sequitur, festum octava gaudens, non ex pluribus festis constitui, quot sunt dies octavae, sed unum tantummodo esse festum, quod incipit a prima et desinit ad ultimam diem, seu ad diem octavam. Ex quo tamen ne inferas unumquemque ex diebus infra octavam omnibus et singulis, sicut et diem octavam, non esse festum: sunt festum, sed proprius dicuntur continuatio eiusdem festi, dum dies prima est proprie festum, sicut octava dies ultimum complementum festi. Festum seponimus eiusdemque diem octavam, in studium unice dierum infra octavam intendentes animum, et quidem ut eorum concurrentiam perpendamus.

2. Concurrentia significat duas Vesperas, quae sibi obviam eunt, ex quibus alterae pertinent ad festum celebratum quod terminat, alterae ad festum celebrandum quod incipit. Atque ideo Rubrica: « Concurrentia officii attendenda est semper in secundis Vesperis, quomodo sit ordinandum officium cum sequenti die (*Tit. XI, n. 1*). » Hinc patet pro concurrentia esse duo festa, praecedens et subsequens, habentia ius ad Vesperas necessario, primum de quo actum est, secundum de quo agendum est: adeo ut, alterutro ex iis deficiente, concurrentia fiat impossibilis. Concurrentiam finientis festi doctores appellant activam, incipientis festi passivam. Sic prima dicitur, quia praecedens festum agit quodammodo in subsequens, quod proinde aliquo modo a praecedenti patitur, unde eius concurrentia passiva vocatur. Ex his liquido fluit, officia quae ius habent ad utrasque Vesperas, activa et passiva concurrentia frui, quae ad unas tantum Vesperas ius habent, una tantum

concurrentia frui posse : quae vel activa erit vel passiva, prouti ad primas ius habent Vesperas vel secundas : quae autem officia nullum ius habent ad Vesperas, neutram quoque concurrentiam habere valent.

3. Festa duplicia omnia et singula activam atque passivam habent concurrentiam. Eamdem quoque habent festa semiduplicia Sanctorum, tam activam quam passivam. Idem dicendum de Dominicis, quae integras habere possunt, tam primas quam secundas Vesperas, quamquam primas Vesperas proprias habeant generatim a Capitulo tantum : si tamen quandoque integras habere debeant, psalmos, quos non possident, a Sabbato mutant. Festa simplicia, cum primas solum Vesperas habeant, haud vero secundas, possident solum concurrentiam passivam, sed activa carent. Officia ferialia, uti feriarum et vigiliarum, nulla fruuntur concurrentia ; quia unicas habent Vesperas, quae neque primae sunt, neque secundae, sed de die currenti: abstrahere a vigilia Epiphaniae, quia ritus, non simplicis, sed semiduplicis est. Festum habens octavam ad duplicia necessario pertinet, sicuti etiam dies ultimus, seu octavus: consequenter quod de duplicibus superius dictum est, tam ad diem primum festi octavam habentis applica, quam ad ultimum: nempe ius habet uterque dies ad primas et secundas Vesperas, gaudetque proinde concurrentia, tam activa quam passiva. Nunc de concurrentia diei infra octavam, de qua controvertitur.

4. Dies infra octavam est generatim semiduplicis ritus, uti diximus; at si comparisonem eius cum aliis semiduplicibus, a fortiori cum duplicibus, simplicibus Sanctorum et ferialibus officiis instituamus, ab omnibus illa differre dignoscetur. Cum omnia duplicia duas Vesperas habeant, ab iis differt dies infra octavam, quia non duas hic sed unas Vesperas habet. Semiduplex pariter, sit



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



res utrasque Vesperas habent, primas nempe et secundas, minus solemnes unas tantum. Quamvis enim festum semiduplex duas possit habere Vesperas, non tamen potest semiduplex infra octavam. Namque infra octavas, aut de duplici, aut de semiduplici Sanctorum vel Dominicae, aut de infra octavam fieri potest officium. Pone, faciendum de duplici: ut quid binae Vesperae? Inutiles certo essent pro secunda die primae Vesperae, si duplex in eadem occurreret, inutiles pro die tertia, quia integrae de praecedenti indubie fierent, et sic de reliquis diebus dicendum usque ad septimum, uti facile intelligitur. Pone autem de semiduplici agendum: ut quid etiam binae Vesperae? Antiquitus, concurrente semiduplici Sanctorum cum sequenti die infra octavam, Vesperae dividebantur, nunc post reformatas Rubricas, non nisi com. fieri potest de sequenti. Sed etiam ante reformationem binae Vesperae inutiles erant, cum unae sufficerent, de quibus faciendum erat a Capitulo: quod si agatur de semiduplici sequenti, clarior quoque fit binarum Vesperarum inutilitas pro diebus infra octavam. Denique ponas, omnibus diebus de infra octavam fieri debere: ut quid pariter binae Vesperae, cum idem sit festum, obiectum idem, idem ritus, idemque officium, quod repetendum est? Ergo ne legislator rem inutilem faceret, necessario unicas debuit ponere Vesperas pro infra octavam diebus.

6. Nunc quaerere possumus, an huiusmodi Vesperae primae sint, an secundae? Communiter secundae appellantur; sed negotium intimius perscrutari fas est. Rubricae neque primas eas vocant, neque secundas, sed dicunt tantum de iis officium fieri uti in secundis Vesperis (*Tit. 7, n. 5*); videntur ergo non primae, sed secundae. Verum si hoc consecrarium legitime sequeretur, Rubricae citra controversiam sibi contradicerent. Namque eae explicite

docent, festum duplex et etiam semiduplex, tam Sanctorum, quam Dominicae, concurrere cum sequenti die infra octavam (*Tit. XI, nn. 3, 4, 5*); ergo dies infra octavam ex lege Rubricarum habent primas Vesperas, cum non nisi primae esse possint Vesperae de sequenti. Sed praeterea eadem Rubricae, cum iisque universi expositores docent, dies infra octavam concurrere cum sequenti duplici, et semiduplici (*Ibid. nn. 4, 6*); ergo dies infra octavam etiam secundas Vesperas habere debent, secus non possent cum sequenti festo concurrere. Nisi igitur admittere velis, errare Rubricas, quod nefas est, necessario concludendum dies infra octavam et primas et secundas possidere Vesperas. Quamquam proinde *in Vesperis infra octavam omnia dicuntur sicut in secundis Vesperis festi*, nihilominus id probare nequit, eosdem dies solas habere secundas Vesperas, cum ex Rubricis certum sit, illos utrisque gaudere. Ceterum, si eae tantum secundae forent et non etiam primae, quare Rubrica dixit: « In Vesperis omnia dicuntur sicut in secundis », et non potius. « Secundae Vesperae dicuntur sicut in die festo? ».

7. Infirmari vero posset praefata conclusio ex communi interpretatione expositorum, et imprimis cl. Guyeti, quem ceteri sequuntur, iuxta quam concurrentia dierum infra octavam in suis primis Vesperis, quae dicitur passiva, non nisi impropria est, seu improprie dicta. En Guyeti verba: « Dies infra octavam, cum singuli festa minime sint, sed continuatio unius eiusdemque festi, cuius videlicet officium repetitur a Matutino usque ad Completorium, nullam inter se sortiuntur (*passivam*) concurrentiam; sed activam habent cum quolibet sequenti festo et Dominica (*Sect. III, cap. XIII, quaest. I*). » Sed cum contrarias in hac sua sententia satis agnoscat Rubricas, quae, ut iam vidimus, passivam quoque diebus infra



octavam tribuunt concurrentiam, ita eas exponit: « Verum non ideo id fit, quasi tum incipiat officium diei sequentis infra octavam, qui nonnisi postridie a Matutino inchoatur, sed potius quod diei ipsiusmet praesentis officium a Capitulo resumatur, dimisso festi semiduplicis officio, quocum par est gradu et dignitate: sicut concurrentia non est cum, desinente festo simplici ad Nonam, subintrat ad Vesperas officium feriae occurrentis. Parique item iure in secundis Vesperis duplicis secundae classis reponitur com. octavae, quae dimissa fuerat in primis Vesperis et Laudibus (si de ea futurum est postridie officium) non pro sequentis, sed pro ipsiusmet diei praesentis commemoratione. Hoc vero proprie non ad concurrentiam, sed ad occurrentiam magis referri debet (Ibid.).» Haec quidem Guyetus.

8. Negat itaque primo Guyetus, ad Vesperas incipere officium diei sequentis infra octavam; quia hoc a Matutino incipit. Sed unde id constet, auctor non explicat, Rubricae non dicunt, consequenter negari potest. Insuper dicit, Vesperas, a Capitulo, diei infra octavam esse praesentis, non sequentis diei; sed iterum, cum unde id constet non dicat, Rubricae sileant, imo contrarium astruant, quia aperte loquuntur de officio sequenti, non praesentis, iure quoque negari potest. Affert, tertio, paritatem desumptam a feria; at, haec paritas nihil valet, quia feriis nec primas, nec secundas Vesperas tribuunt Rubricae, consequenter neque passivam neque activam concurrentiam, cum eius officium incipiat indubie ad Matutinum desinatque ad Nonam: quod de diebus infra octavam praedicare Rubricae vetant. Ceterum, si officium diei infra octavam a Capitulo resumitur, uti auctor exponit, meliori iure concluditur, tunc incipere officium diei sequentis, quam praesentis iuxta Rubricas. Consequenter



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

Quod et cl. Van Der Stappen, quo nemo exactior impresentiarum in officii divini Rubricarum interpretatione, admitti posse docet, post relatam communiorem doctrinam de huiusmodi Vesperarum concurrentia impropria. En eius verba: « Nisi velis dicere cum quibusdam auctoribus, Vesperas diei infra octavam, in quibus omnia dicuntur sicut in secundis Vesperis Festi (*Rubr. Gen. Tit. VII, n. 5*), **nec primas esse nec secundas**, sed unicas, quae inserviunt pro primis aut secundis, iuxta quod eorum concurrentia vel activa est vel passiva (*Tract. de Off. dic. Q. 184*). » Qua doctrina posita, facile intelligitur necessarium non esse admittere concurrentiam passivam impropriam in primis Vesperis dierum infra octavam, quippe quae ab aliis semiduplicibus vix differunt.

11. Itaque dies infra octavam licet inter se concurrere nequeant, bene tamen cum aliis duplicibus possunt concurrere, sive praecedentibus, sive sequentibus. Inter se non possunt; quia concurrentia supponit necessario duo officia, quae sibi invicem succedant, quorum alterum debet ius habere ad secundas, alterum ad primas Vesperas. Hoc autem in diebus infra octavam nequit comprobari, uti patet; quia unas habent Vesperas, et non habent duo officia, sed unum quod continuo iteratur: in hoc plane convenimus cum Guyeto. Quando vero duplex aut semiduplex aliquem ex his diebus vel praecedit vel subsequitur, tunc inter hos et illud perfecta dari potest concurrentia, seu activa seu passiva. Quia duplex aut semiduplex ius habet ad primas et secundas Vesperas; et etiam dies infra octavam idem ius habent ad Vesperas suas proprias, quae, licet unicae, stant pro primis et secundis, et a duplici vel semiduplici possunt impediri. Dierum proinde infra octavam Vesperae, et concurrunt et concurruntur, ut verbo utamur Liturgistis commune, non inter se, neque a seipsis, sed

per alterius naturae officia, uti sunt duplicia, et etiam semiduplicia tam Sanctorum, quam dominicalia.

12. Sed opponi fortasse poterit quaedam anomalia in commemorationibus faciendis, derivans ex concurrentia passiva, quam Vesperis infra octavam tribuimus. Sed reponimus: si id revera esset, non a nobis derivaret, sed a Rubricis, quae dictam concurrentiam praefatis diebus tribuunt. At videamus in quo haec anomalia consistat. Pone Dominicam III<sup>am</sup> Adventus incidere in diem 13 Decembris, in quo ad ritum simplicem redigenda est S. Lucia. In Missa Dominicae habes, post Orationem diei; 1<sup>o</sup> commemorationem de S. Lucia, 2<sup>o</sup> com. de infra octavam. At in Vesperis e contra, si agas de 7.<sup>a</sup> die infra octavam, habebis commemorationem 1.<sup>o</sup> de infra octavam, 2.<sup>o</sup> de S. Lucia. Ubi vides S. Luciam in Missa praecedere, in Vesperis subsequi diem infra octavam: quam profecto anomalam esse vitandam nemo non videt. Equidem omnibus dictum incommodum patet, sed non adeo grave, ut Rubricae negligi possint et debeant. Certe enim legibus Rubricarum positis, ita et non aliter agendum est, cum in Vesperis habeatur concurrentia, quae non datur in Missa. Si itaque in Vesperis agendum sit de festo concurrente, eius com. aliis praevalet, quae praevalentia cessare potest in Missa, ut in casu, in quo concursus locum habere nequit. Potius quam ergo Rubricas, dictum incommodum fas est negligere; et multo minus ob illud negare licet concurrentiam diei infra octavam in praefatis Vesperis, quam Rubricae admittunt, ut prius fiat com. de S. Lucia, postea de concurrente die infra octavam.

13. Omnibus perpensis, videtur nobis inferendum esse, naturam concursus diei infra octavam esse sui generis, et ab omnium duplicium aliorumque semiduplicium concurrentia diversam, quamvis vi Rubricarum manifesto admit-

tendam. Non est sicut concurrentia duplicium et semiduplicium, quae duas habent Vesperas. Non est sicut concurrentia simplicium, quae primas tantum habent. Sed neque dies infra octavam assimilari debet quoad concurrentiam officio feriali, quidquid apparere possit. Quaevis enim feria, diversa est ab alia, et proprium habet officium: dum dies infra octavam omnes et singuli iidem sunt, et idem fere officium habent. Feria interim nulla gaudet, quae gaudere posset, concurrentia, ratione ritus infimi et ex natura sua, quae ceteris officiis est inferior: dum dies infra octavam veram concurrentiam habet, et ritus est semiduplicis, qui simplicibus et feriis ex natura sua excellit. Verbo, dies infra octavam est singularis, et dum unas habet Vesperas, cum his valet concurrere tam in primis quam in secundis Vesperis quorumcumque festorum: quod illius tantum est proprium. Haec sub peritiorum censura dicta sint et salvo sapientiori iudicio.

---

## SOLUTIO QUAESTIONIS

**pro mense Martio 1899 propositae.**

---

### PROPOSITIO.

Dominica I Maii fit alicubi de Translatione (fest. secund.) S. Ianuarii, dupl. II cl. cum Octava. Dominica autem III eiusdem mensis fit de SS. Redemptore dupl. II cl. quod, cum in sequenti anno sit impeditum, ex privilegio anticipatur in Dominica II, in qua occurrit festum fixum S. Pomponii conf. dupl.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



Martyrum ordinis Minorum Berardi et sociorum eius cum festo secundario et mobili eiusdem 2<sup>ae</sup> cl. Dominicae II post Epiphaniam affixo scilicet SS. Nominis Iesu, huic praeferentia debeatur? », S. R. C. die 27 Iunii 1896 ad 5 rescribendum duxit : « Negative, et servetur decretum generale 2 Iulii 1893 ».

Et, ut nullum suboriatur dubium quoad duplicia minora et semiduplicia, expresse inquisitum est : « An distinctio inter primaria et secundaria festa, vi decreti generalis diei 2 Iulii 1893, sola respiciat duplicia I et II cl. ac duplicia maiora ; vel etiam duplicia minora ac semiduplicia tam in occurso quam in concursu et in repositione ». Et die 14 Augusti 1894, S. R. C. respondendum censuit : « Negative ad primam partem ; affirmative ad secundam, ac decreta particularia in contrarium facientia, per illud generale superius memoratum uti revocata, ac nullius roboris habenda esse ». Unde principium a nobis positum minime in dubium revocari potest.

Sed quid exinde concludendum ? Non quod primo intuitu apparet, scilicet praelatio S. Pomponii super die octava Translationis S. Ianuarii ; sed tenendum est virtute alterius principii non minus certi, diem octavam supra laudatam praeferri debere dicto S. Pomponio. Lege.

2<sup>um</sup> *Principium* : Dies octava, etiam ad festum secundarium pertinens, et non obstante suo ritu *nominali*, qui vere est duplex minus, quia tamen peculiari gaudet privilegio, vi cuius in occurso non cedit nisi festis II cl., iam de facto consideratur velut huiusmodi duplicia maiora, quae non nisi festis ritus superioris faciunt spatium, et tractantur ad instar.

Confer Rubricam Tit. X, n. 2, et vide quid absolute doceat et sine ulla distinctione inter Octavas primarias et secundarias : « Si in die octava alicuius festi habentis octavam occurrat aliquod festum duplex ex maioribus (1<sup>ae</sup> vel 2<sup>ae</sup> cl.) supra in Rubrica *de Commemorationibus* enumeratis, fiat de festo cum commemoratione diei octavae : excepta die octava Nativitatis Domini et Epiphaniae, in quibus non fit de aliquo festo, sed transfertur in primam diem similiter non impeditam. Si autem non fuerit ex praedictis festis (1<sup>ae</sup> vel 2<sup>ae</sup> cl.), fiat de Octava, et fe-

stum transferatur aut de eo fiat commemoratio, ut supra ». Potestne aliquid excogitari magis lucidum quam hoc dilemma? Si occurrat in die octava festum I vel II cl. fit de eo cum commemoratione Octavae; si autem festum est duplex maius vel minus fit de Octava, et transfertur aut commemoratur festum, prout exigit ritus. Ergo prius commemorari debet dies octava Translationis S. Ianuarii Martyris, et postea tantum S. Pomponius, cum festum sit duplex minus, et dies octava tractetur ad instar duplicium maiorum, quae cedunt tantum festis II classis.

Parum refert utrum dies octava sequatur rationem festi primarii vel secundarii, prouti festum ad quod illa pertinet, primarium vel secundarium est. Quippe hoc attendendum est, si aequipararentur, quoad ritum, et festum et dies octava (quod non existit, ut vidimus supra), et ideo dies octava Translationis S. Martyris gressum habet super S. Pomponio, quatenus habetur in Rubricis quasi superior etiam duplicibus maioribus, quia nobilitas ritus praevalet super primarietate festi ex ipsa Rubrica, Tit. X, n. 1.

Adde legem liturgicam in Tit. IX, n. 11 mandantem, ut pro Commemorationibus « servetur hic ordo: 1 De Dominica privilegiata; 2 De die octava; 3 De duplici maiori; 4 De duplici minori..... ». Quid magis probans invenies? Nonne vides diem octavam absolute anteponi duplici tam minori quam maiori, et minime quaestio est an Octava pertineat ad festum primarium nec ne? Sed regulatur per legem potioris classis ratione sui privilegii.

Decreta quoque non desunt quae declarant semper praeferi diem octavam alicui officio etiam duplici maiori. Sufficit illa indicare, nempe 19 Iunii 1700, n. 2059 ad 2 (3565); 20 Nov. 1717, n. 2244 ad 2 (3903); 11 Sept. 1790, n. 2540 ad 3 (4442), et 25 Sept. 1852, n. 3008 ad 1 (5182), et scient omnes diem octavam Translationis S. Ianuarii commemorari debere in occurso ante festum primarium ritus duplicis minoris, quin vulneretur nostrum primum principium, quia pro die octava adest privilegium, quod aliquo modo suum auget ritum et aequipollentem reddit festis ritus duplicis maioris, quae



nonnisi festis II cl. cedunt. Unde in casu applicanda est regula nobilioris ritus, et negligenda est praeferentia primarii ante secundarium, quae non valet nisi in paritate ritus. Itaque in casu praesenti S. Pomponius, licet festum primarium, secundus venit post diem octavam.

b) *Quoad concursum*, eodem modo quam pro occurso procedemus.

*1<sup>um</sup> Principium*: Existente tantum in occurso privilegio diei octavae adnexo, dies octava sequitur legem communem in concursu, quae iubet duplex primarium semper praeferri debere alicui secundario. Unde in casu proposito videtur quod in die SS Redemptoris dupl. II. cl. prius commemorandus est ad Vesperas S. Pomponius, et postea dies octava Translationis S. Ianuarii.

Quoad inexistenciam privilegii in concursu, hoc patet ex Rubrica Tit. XI, n. 7, sic dicente: « Die octava concurrente cum sequenti duplici, etiam translato, *ceteris paribus* (id est utroque primario vel utroque secundario etc.) a Capitulo fit de sequenti cum commemoratione Octavae; exceptis diebus octavis festorum *primariorum* B. M. V. etiam particularibus alicuius religionis, sanctorum Angelorum, sancti Ioannis Baptistae, S. Ioseph et sanctorum Apostolorum, in quibus de sequenti fit tantum commemoratio. Concurrente vero cum sequenti duplici maiori etiam translato, totum officium fit de sequenti cum commemoratione Octavae: excepta die octava Epiphaniae, Paschae, Ascensionis, aliisque festis *primariis* Domini, in quibus de sequenti fit tantum commemoratio ». Unde consequitur diem octavam in concursu vel dimidiare vel cedere alteri duplici minori aut maiori officium, quod in occurso sibi vindicat totum in iisdem conditionibus, exceptis tantum excipiendis, non ratione octavae, sed festorum magis privilegiatorum Domini etc., et itaque verum est diem octavam non amplius privilegiari in concursu. Ceterum, privilegium in occurso sufficit ad finem legislatoris attingendum, qui est facere ut difficilior impediatur quod est perfectio festi celebrati et iure translationis caret, nempe dies octava.

Quod autem sequatur legem communem ad Vesperas, hoc



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

occurrentia directe afficiat in occurso, illud super eadem indirecte se extendit in concursu, ne quod prius est prae altero in occurso, idem deinde fiat posterius ei in concursu. Unde hic agitur de officiis eadem die contingentibus.

Hoc principium resultat quoque ex Rubrica Tit. XI, n. 10. « Cum vero occurrit ut festum simplex veniat in feria IV et VI Quatuor Temporum, in feria IV Cinerum... Vesperae antecedentes (nisi ea die celebrandum sit festum IX Lectionum) erunt de feria communi per annum, non autem de sequenti, cum commemoratione festi simplicis in sequenti feria occurrentis. Quod ideo non fit, quia sequens feria habeat Vesperas; sed quia cum festum simplex in sequenti die non habeat officium propter feriam praedictam in eo occurrentem, nec etiam convenit illud habere primas Vesperas in praecedenti die ». Applica siquidem casui proposito hanc regulam, et vides quod non convenit diem octavam postponi in concursu, quando per privilegium antecedit S. Pomponium in occurso, rationemque simul habes cur in casu dies octava Translationis S. Ianuarii (festum secundarium, cum dies octava sequatur rationem ipsius festi, teste decreto 21 Febr. 1896 ad 2) praeferenda est etiam in concursu super S. Pomponio, cuius occurrit festum primum.


Conclusio igitur est illa, nempe: quod dies octava pertinens ad festum secundarium praevalet tamen super officium primum eiusdem ritus tam in occurso quam in concursu, ob privilegium quod diei octavae occurrenti adnectitur, et ubique perseverat pro officiis in ea occurrentibus.

A. FOURNERET

ex Acad. Liturg. Rom.

Parochus loci vulgo dicti Lannes

(dioecesis Lingonensis).



---

## QUAESTIO SOLVENDA

PRO MENSE MAIO 1899.

---

Missa votiva, sive solemnis sive privata, indulta infra aliquam hebdomadam extra vigiliis privilegiatas, dici ne potest in Vigilia Epiphaniae?

---

## APPENDIX

---

### E S. CONGREGATIONE INDULGENTIARUM ET SACRARUM RELIQUIARUM

---

#### I.

Episcopus Linciensis huic S. Congregationi Indulgentiarum circa Benedictionem cum Indulgentia, quae dicitur etiam Absolutio generalis, Sororibus regularibus tertii Ordinis S. Francisci impertiendam, haec dubia proponere audet:

I. Utrum Confessarius ordinarius vel extraordinarius Sororum tertii Ordinis S. Francisci, quae in Congregatione coadunatae vivunt et Episcopi iurisdictioni subiectae sunt, censendus sit delegatus pro impertienda Benedictione cum Indulgentia plenaria?

II. Utrum dies, quibus haec Benedictio istis Sororibus impertiri potest, sint illi, qui in Directorio Ordinis Fratrum Min. pro Absolutione generali indicantur, an illi, quibus Tertiarum saeculares huiusmodi privilegio gaudent?

Sacra vero Congregatio praefatis dubiis ita respondendum mandavit:

Ad I<sup>um</sup> *Affirmative*.

Ad II<sup>um</sup> *Affirmative* ad I<sup>am</sup> partem, *Negative* 2<sup>am</sup>.

Datum Romae ex Secretaria eiusdem Sacrae Congregationis die 12 Iulii 1898.

FR. HIERONYMUS M. Card. GOTTI *Praefectus*.

L. ✠ S.

† A. Archiep. Antinoen. *Secretarius*

## II.

### DECLARATIO (1)

Ad hanc Sacram Indulgentiarum et Ss. Reliquiarum Congregationem relatum est, cum Romae, tum alibi, quasdam passim distribui coronas, quibus Indulgentiae plenariae et partiales magna copia tribuuntur; asserunt nimirum, singulis earundem globulis (*ad ogni chicco*), pro unoquoque *Pater* et *Ave*, adnexas esse Indulgentias *Terrae Sanctae* nuncupatas.

In audientia diei 6 Septembris 1898, facta horum relatione SS.mo D.no N.ro Leoni Papae XIII ab infrascripto Cardinali Praefecto, eadem Sanctitas Sua, ad fidelium instructionem, mandavit declarari, nec posse, nec debere intelligi concessas Indulgentias *Terrae Sanctae* singulis globulis praedictarum coronarum, pro unoquoque *Pater* et *Ave*. Quod si quidam coronarum numerus vere benedictus fuit cum intentione iisdem Indulgentias *Terrae Sanctae* applicandi, id intelligi debet, prout revera est, quatenus, hac benedictione mediante, praefatae coronae illis simpliciter pares haberi valeant, quae Loca Sancta tetigerunt, et nihil amplius.

Itaque fideles qui eas pie retinent, acquirere possunt solas Indulgentias descriptas in *Raccolta di orazioni e pie opere per le quali sono state concesse dai Sommi Pontefici le sante Indulgenze*, pontificia auctoritate adprobante publicata, prout ibi leguntur, sub titulo *Corone e Rosarii di Terra Santa*: ani-

---

(1) Versio ex italico idiomate.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



« naxi refecti, simul ad mentem Sanctitatis Suae pias ad  
 « Deum preces effuderint. Quas indulgentias eadem Sanctitas  
 « fore quoque applicabiles animabus igni Purgaterii detentis  
 « declaravit. Praesenti in perpetuum valituro absque ulla Bre-  
 « vis expeditione. Contrariis quibuscumque non obstantibus.  
 « Datum Romae ex Secretaria eiusdem S. Congregationis die  
 « 13 Decembris 1898.

Fr. HIERONYMUS M. Card. GOTTI *Praef.*

L. ✠ S.

† A. Archiep. Antinoen. *Secretarius.*

---

## E SUPREMA CONGREGATIONE S. OFFICII

### I.

*Beatissime Pater,*

Sacerdos N. N. ad Sanctitatis Vestrae pedes provolutus, sequentium dubiorum solutionem humiliter efflagitat:

I. Utrum decretum S. R. et U. Inquisitionis datum sub die 23 iunii 1886 intelligendum sit tantum de iis, qui *corporaliter* S. Sedem adire nequeunt; vel etiam de iis, qui *ne per litteras quidem per se, neque per confessarium*, ad S. Sedem recurrere valent?

II. Et quatenus decretum praedictum extendi debeat etiam ad eos, qui ne per litteras quidem ad S. Sedem recurrere valent, quomodo se gerere debeat Confessarius?

Et Deus etc.

*Feria IV, die 9 Novembris 1898.*

In Congregatione Generali coram EE.mis ac RR.mis DD. Cardinalibus in rebus fidei; et morum Inquisitoribus Generalibus habita, propositis suprascriptis dubiis, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, EE. ac RR. Patres respondendum mandarunt:

*Ad I. et II. Quando neque confessarius neque poenitens epistolam ad S. Poenitentiarium mittere possunt, et durum sit poenitenti adire alium confessarium, in hoc casu liceat confessario poenitentem absolvere etiam a casibus S. Sedi reservatis absque onere mittendi epistolam, facto verbo cum SS.mo.*

Sequenti vero sabbato die 12 eiusdem mensis et anni, in audientia a SS. D. N. Leone Div. Prov. Pp. XIII R. P. D. Adessori impertita, SS. mus D. N. resolutionem EE. ac RR. Patrum adprobavit et confirmavit.

I. Can. MANCINI *S. R. et U. Inquis. Not.*

II.

Infrascriptus Archiepiscopus N. N. Supremae S. R. et Univ. Inquisitionis Congregationi sequentia dubia proponit, ut securius in administranda Dioecesi officium suum adimpleat.

I. In hac magna Civitate N., quo undique concurrunt homines variae conditionis, frequenter a multis domicilinm mutatur. Reperiuntur praesertim famuli qui nunc apud unam familiam degunt, nunc apud alteram, ita ut in nulla parochia domicilium vel quasi domicilium acquirant. Venerunt quidem, in dictam civitatem N. ut ibidem commorarentur ad sustentationem quaerendam, et revera in Dioecesi N. habitant per maiorem anni partem, vel etiam per plures annos, ita ut si non acquirant domicilium aut quasi domicilium in hac vel illa parochia, ob frequentem mutationem habitationis, dici possunt habere domicilium in Dioecesi quo venerunt ad habitandum in perpetuum vel saltem ad longum tempus.

Quum autem agatur de matrimonio contrahendo ab illis, hactenus Archiepiscopus existimavit suos esse subiectos et posse delegare, ad matrimonium celebrandum, Rectorem parochiae, ubi de facto habitant, dummodo in Dioecesi versati fuerint per tempus sufficiens ad constituendum domicilium, quel quasi domicilium, sive nullum aliud domicilium extra Dioecesim N. habeant, sive adhuc conservent alibi aliquod domicilium, v. g. paternum vel fraternum in loco, unde oriundi.

His ultimis temporibus, nonnulli Canonistae dubitarunt utrum commoratio in Dioecesi sufficeret ad matrimonium, quando non acquiritur domicilium vel quasi domicilium in aliqua parochia determinata.

Quaerit igitur Archiepiscopus utrum recte se gerat in delegandis parochis suae Dioecesis, ad matrimonium eorum qui reperiuntur in circumstantiis supra expositis.



II. Frequenter evenit in hac Civitate N. ut quis, nuptiis iam paratis in Parochia, ubi domicilium vel quasi domicilium habet aliquot dies ante matrimonium, transit ad aliam parochiam, sive habitando apud amicum, vel in aliquo diversorio usque ad nuptias; sive in domo ubi proponit habitare post matrimonium.

Res ita se habent frequenter pro famulis et famulabus; attamen bona fide celebrant suum matrimonium in parochia prioris domicilii, parocho inscio discessus eorum.

Ad praecavendam nullitatem matrimoniorum quae fiunt hoc modo, Archiepiscopus generali statuto edixit liberum esse suis Dioecesanis matrimonium contrahere sive coram parocho actualis domicilii, sive coram parocho domicilii anterioris per tres menses a die discessus, declarando se delegationem necessariam utrique parocho concedere. Sedulo autem voluit parochos monitos hoc statutum tantum valere pro iis qui in Dioecesi N. commorari non desierint, non vero pro iis qui e Dioecesi N. egressi in Dioeceses vicinas sese contulerant ante matrimonium.

*Feria IV, die 6 Novembris 1898.*

In Congregatione generali coram EE. mis ac RR. mis DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Inquisitoribus Generalibus habita, propositis suprascriptis dubiis, iisque maturime discussis praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, EE. ac RR. Patres respondentes mandarunt:

*Ad I. Reformato dubio: An Ordinarius parochis licentiam concedere possit assistendi matrimoniis eorum, qui diu in dioecesi versati sunt, sed in nulla paroecia domicilium, vel quasi domicilium acquisierunt?*

*Resp. Negative: nisi diligenti inquisitione facta, constet eos, de quibus est quaestio, neque in civitate N., neque alibi, in nulla paroecia verum vel quasi domicilium canonicum habere, sed esse vagos.*

*Ad II. Reformato dubio: An licentiam generaliter Ordinarius concedere possit, tum parocho actualis domicilii con-*



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

bitare per tres alios menses tantum ut compleretur spatium semestre requisitum ad matrimonium a lege civili.

Deficiente intentione habitandi per maiorem anni partem, Officialis, ex consulto peritorum Canonistarum existimavit sponso non acquisivisse quasi domicilium in illa civitate, ac proinde se non habere facultatem dispensandi, nec licentiam concedendi ad matrimonium contrahendum. Sponsi vero, cum omnia paraverint ad nuptias, contractum civilem iniverunt et ad aliam regionem profecti sunt.

Petit igitur Officialis an non severius egerit in deneganda dispensatione et licentia matrimonii contrahendi, et, grato animi sensu accipiet responsum, quo in futurum ut norma pro casibus similibus uti possit.

*Feria IV, die 9 Novembris 1898.*

In Congregatione Generali coram EE.mis ac RR.mis DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Inquisitoribus Generalibus habita, proposito suprascripto casu, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EE. ac RR. Patres respondendum mandarunt:

*Orator acquiescat; et addatur: Se conferentes in civitatem N. ex alio loco vel paroecia, dummodo ibi commorati fuerint in aliqua paroecia per sex menses, censendos esse ibidem habere quasi domicilium in ordine ad matrimonium, quin inquisitio facienda sit de animo ibi permanendi per maiorem anni partem, facto verbo cum SS.mo.*

Sequenti vero Fer. VI, die 11 eiusdem mensis et anni, in audientia a SS. D. N. Leone Div. Prov. Pp. XIII R. P. D. Adessori impertita, SS.mus D. N. resolutionem EE. ac RR. Patrum adprobavit et confirmavit.

I. Can. MANCINI S. R. et U. Inquisit. Not.

---

IMPRIMATUR

P. Fr. Albertus Lepidi O. P.

S. P. A. Magister.

IMPRIMATUR

Franciscus Cassetta Patriarch. Antioch. Vicesgerens.

Proprietas Literaria.

---

Romae, Typis Fratrum Amoroso, Piazza della Torretta Borghese N. 22-25.

Typis Desclée Lefebvre & Soc. prodiit :

**La Liturgia della Chiesa Milanese nel secolo IV.** Operis auctor est Marcus Canon. Doct. Magistretti Caeremoniarum magister Ecclesiae Mediolanensis. Testes colligit cl. vir, confert, examinat, ponderat saeculi IV, et praesentem Mediolanensem Liturgiam cum antiqua comparat; contenditque liturgicum illud systema reaedificare, quod omni cum probabilitate in metropolitana Ecclesia Mediolanensi antiquitus servatum censetur. Mediolani Typografia S. Iosephi — Via S. Caloceri, n. 9.

**Sul motivo primario della Incarnazione del Verbo**, ossia **Gesù Cristo predestinato di primo intento per fini indipendenti dalla caduta dell'uman genere e dal Decreto di Redenzione.** Opus maximi momenti, quatuor Voluminibus in IV constans, historicum, criticum, polemicum, in quo cl. auctor **Franciscus M. Risi** ex Ordine S. Ioannis de Deo, mira eruditione, parique scientia theologica, severiorique dialectica Patres, Doctores, aliosque eximios scriptores praesertim antiquos iure meritoque invocat, eorumque sentiendi rationem discutit, suamque thesim velut in veritatem mutat. A qua longe amplior in Christum eiusque Matrem gloria, in Angelorum coetum honor, in homines firmissima spes redundat, gratissimique erga peramantem Servatorem omnium animi sensus excitantur. Romae apud **Desclée Lefebvre & Soc.**—  
*Via di S. Chiara. 20-21.*

**Tractatus de nupero Computo Ecclesiastico** a Sacerdote **Caesare Uberti**, usui scholarum Seminariorum accommodatus. Pret. Libella 1.

**Theologia Moralis** auctore **Augustino Lehmkuhl** Societatis Iesu Sacerdote. *Editio nona ab auctore recognita et emendata.* Pret. Libellae 24, (solut.); religat. 30.

Typis **Desclée Tefebvre & Soc.** proderunt :

**O**fficia **Hebdomadae Sanctae** et Octavae Paschae, in-12 ( $17\frac{1}{2} \times 10\frac{1}{2}$ ), secundum Missale et Breviarium Romanum. Editio completa cum cantu emendato, in qua, a matutino Dominicae Palmarum usque ad vespervas Sabbati in Albis, Officium et Missa pro maiori recitantium vel adstantium commoditate sunt disposita. — Volumen unicum, paginas xi-16\*-750 complectens, litteris rubris et nigris, pluribusque figuris ornatum. Solutum, Lib. 3.50 ; religatum, tela, fronte rubra, Lib. 4.75 ; *bazzana*, fronte rubra, Lib. 6 ; *zigrino*, fronte aurea, Lib. 6.75 ; *zigrino pellucido*, monogrammatibus auratis, Lib. 11.25.

**O**fficia **Propria Passionis** D. N. I. C. iuxta Breviarium Romanum, in-18 ( $14\frac{1}{2} \times 8\frac{1}{2}$ ). — Vol. unicum, pag. 125, rubris et nigris litteris. Solutum, Lib. 1.50 ; tela, fronte rubra, Lib. 2.25 ; *bazzana*, fronte rubra Lib. 3.25 ; *zigrino* nigro, fronte aurea, Lib. 4.25.

**B**reviarium **Eucharisticum**, in-18 ( $15\frac{1}{2} \times 8\frac{1}{2}$ ). sive Officium de SS. Eucharistiae Sacramento per octavam Corporis Christi necnon per annum, secundum Breviarium Romanum Leonis XIII Pontificis Maximi auctoritate recognitum, additis commemorationibus Sanctorum et lectionibus de Scriptura quae occurrere possunt. — Volumen unicum, ducentas paginas complectens, rubro colore ornatum. Solutum, Lib. 1,50 ; religatum tela, fronte rubra, Lib. 2.50 ; *bazzana*, id., Lib. 3.25 ; *zigrino* fronte aurea, Lib. 4.25.

**E**nchiridion **Ordinandorum**, in-18 ( $16 \times 9\frac{1}{2}$ ). seu liber in quo continentur : I. Ritus integer Pontificalis Romani de confirmandis, de consecratione electi in Episcopum ; II. Missa integra a neo-sacerdotibus celebranda ; III. Diversae preces clericis et sacerdotibus valde utiles. — Vol. unicum, constans 170 pag. Editio altera. Religatum charta, Lib. 1.25 ; tela, fronte rubra, Lib. 1.75.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



# Breviarium Romanum

2 Vol. in-12 (17 1/2 × 10 1/2)

Solutum . . . . . Lib. 24,00  
*Zigrino* religatum, foliis inauratis . . . . . » 36,00

Plures ad nos hucusque datae fuerunt Breviariorum editiones in officina libraria *Desclée Lefebvre et Soc.* cusae, illasque laudibus prosecuti sumus sive ob elegantiam impressionis sive ob levitatem ac soliditatem chartae sive ob commodum formae etc. Praedictas laudes huic novissimae editioni tribuere cogimur, cum praecedentibus nullo modo ipsa inferior sit, imo illis in nonnullis superemineat. Nam, quamvis duobus tantum voluminibus constet, nihilominus iisdem typis ac illa Breviarii, eiusdem quidem formae in-11, sed quatuor voluminibus constans, impressa est: pondus tamen ac crassitudo uniuscuiusque voluminis inferiora sunt. Editionem hanc consociatis nostris libenter commendantes, gratulamur vehementer clarissimis Editoribus, qui nulli parcentes labori, operam suam in decus Ecclesiae tam indefesse impendunt.

---

**Breviarium Romanum**, 1 vol. in-32 a fascicoli staccati (12 per 7 1/2). Typis *Desclée Lefebvre et Socii*. Solutum, Lib. 16, *Zigrino* religatum, foliis inauratis, Lib. 21. — Breviarium hoc valde opportunum est pro iter agentibus; crassitudo enim eius vix crassitudinem Horae diurnae, iisdem typis editae, attingit; nihilominus absque ullo incommodo legi potest. Partes vero ita distributae sunt, ut duo fasciculi tantum necessarii sint, quorum alter continet *proprium Sanctorum*, cui accedit in appendice proprium *pro aliquibus locis*; alter vero *proprium de Tempore*, et in appendice  *festa mobilia*, sive quae in corpore Breviarii, sive quae pro aliquibus locis inveniuntur. Religatura vero ita accomodata est, ut facile atque eleganter adiungi possint fasciculi qui necessarii sunt.

**Sul motivo primario della Incarnazione del Verbo**, ossia **Gesù Cristo predestinato di primo intento per fini indipendenti dalla caduta dell'uman genere e dal Decreto di Redenzione**. Opus maximi momenti, quatuor Voluminibus in IV constans, historicum, criticum, polemicum, in quo cl. auctor **Franciscus M. Risi** ex Ordine S. Ioannis de Deo, mira eruditione, parique scientia theologica, severiorique dialectica Patres, Doctores, aliosque eximios scriptores, praesertim antiquos, iure meritoque invocat, eorumque sentiendi rationem discutit, suamque thesim solidissimis invictisque argumentis demonstrat. A qua longe amplior in Christum eiusque Matrem gloria, in Angelorum coetum honor, in homines firmissima spes redundat, gratissimique erga peramantem Servatorem omnium animi sensus excitantur. Romae apud **Desclée Lefebvre & Soc.** — *Via di S. Chiara*, 20-21.

---

# S. RITUUM CONGREGATIO

---

## DECRETA

### I.

#### **Decretum super Oratoriis semipublicis.**

A sacra Rituum Congregatione saepe postulatum est, quaenam Oratoria ceu semipublica habenda sint. Constat porro Oratoria publica ea esse, quae auctoritate Ordinarii ad publicum Dei cultum perpetuo dedicata, benedicta, vel etiam solemniter consecrata, ianuam habent in via, vel liberum a publica via Fidelibus universim pandunt ingressum. Privata e contra stricto sensu dicuntur Oratoria, quae in privatis aedibus in commodum alicuius personae, vel familiae ex Indulto Sanctae Sedis erecta sunt. Quae medium inter haec duo locum tenent, ut nomen ipsum indicat, Oratoria semipublica sunt et vocantur. Ut autem quaelibet ambiguitas circa haec Oratoria amoveatur, Santissimus Dominus Noster Leo Papa XIII ex Sacrorum Rituum Congregationis consulto, statuit et declaravit: Oratoria semipublica ea esse, quae etsi in loco quodammodo privato, vel non absolute publico, auctoritate Ordinarii erecta sunt; commodo tamen, non Fidelium omnium nec privatae tantum personae aut familiae, sed alicuius communitatis vel personarum coetus inserviunt. In his, sicut



auctoritate Ordinarii sacrosanctum Missae sacrificium offerri potest, ita omnes, qui eidem intersunt, praecepto audiendi Sacrum satisfacere valent. Huius generis Oratoria sunt quae pertinent ad Seminaria et Collegia ecclesiastica; ad pia Instituta et Societates votorum simplicium, aliasque Communitates sub regula sive statutis saltem ab Ordinario approbatis; ad Domus spiritualis exercitiis addictas; ad Convictus et Hospitia iuventuti litteris, scientiis, aut artibus instituendae destinata; ad Nosocomia, Orphanotrophia, nec non ad Arces et Carceres; atque similia Oratoria, in quibus ex instituto aliquis Christifidelium coetus convenire solet ad audiendam Missam. Quibus adiungi debent Cappellae, in Coemeterio rite erectae, dummodo in Missae celebratione, non iis tantum ad quos pertinent, sed aliis etiam Fidelibus aditus pateat. Voluit autem Sanctitas Sua sarta et tecta iura ac privilegia Oratoriorum, quibus fruuntur Emi S. R. E. Cardinales, R.mi Sacrorum Antistites, atque Ordines Congregationesque Regulares. Ac praeterea confirmare dignata est decretum in una Nivernen. diei 8 Mart. 1879. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 23 Ianuarii 1899.

C. Card. MAZZELLA *S. R. C. Praef.*

L. ✠ S. Diomedes Panici *Secretarius.*

*Nota.* Verba « sicut auctoritate Ordinarii Sacrosanctum Missae Sacrificium offerri potest, ita omnes qui » ita ex typographico errore inordinata fuerunt, ut praeter verbum « omnes » reliqua ommissa fuerint. Hinc per integrum iterum decretum retulimus.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

vel Dioecesis in honorem Purissimi Cordis Mariae quotannis peragi queat die trigesima prima mensis Maii, si haec incidat in Dominicam, vel proximior eadem diei Dominica, adhibita formula huic Decreto adnexa et ab ipsa Sanctitate Sua adprobata et commendata. Indulsit etiam, ut eadem Dominica in supradictis Ecclesiis et Oratoriis Dioecesium tum Rmorum Antistitum Oratorum, tum aliorum Ordinariorum singillatim petentium, unica Missa sollemnis seu cantata, et altera lecta pro fidelibus ad sacram Synaxim accedere cupientibus, celebrari valeat de ipso Purissimo Corde B. M. V. ut in festo; dummodo non occurrat Duplex primae classis, vel Dominica item primae classis: neque omitatur Missa Conventualis vel Parochialis Officio diei respondens, ubi eiusdem celebrandae adsit onus: servatis Rubricis. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Die 12 Decembris 1898.

C. Card. MAZZELLA *S. R. C. Praef.*

L. ✠ S. Diomedes Panici *Secretarius.*

### III.

#### **Atto di consacrazione di una Diocesi al Cuore purissimo di Maria V.**

Vergine amorosissima e Madre nostra Maria, volgete lo sguardo sul popolo di questa Diocesi, umile porzione della vostra grande fami-

glia, che qui a voi dinanzi si prostra, e fa di se stesso al vostro Cuore materno una irrevocabile consacrazione. A questo ci muove non pure il nostro filiale affetto per voi, ma il bisogno altresì, che tutti in questi torbidi tempi sentiamo, d' una più particolare vostra assistenza.

Vedete, o Maria, come si cerca di spegnere nei cuori nostri la fede col ghiaccio della indifferenza e della incredulità: deh! voi che siete la Sede della sapienza, preservateci tutti dalla falsa scienza del secolo e teneteci immobili nella fede santissima del Figlio vostro. Mirate le insidie che da ogni parte si tendono al buon costume, contaminando ogni cosa di immonda sensuale licenza: deh! voi, o Immacolata, purificate la terra da tante sozzure, o serbatene almeno illese tutte le nostre famiglie. Osservate come si tenta sconvolgere la società tutta intera e gettarla nei vortici della ribellione, ad ogni legge ed autorità, voi dunque, o augusta Regina, mantenete saldo tra le classi del vostro popolo quell' ordine che fu da Dio stabilito, e non permettete che i consigli degli empî abbiano a prevalere. Finalmente abbiate pietà della Chiesa, o Aiuto de' cristiani, pietà del venerando suo Capo, e affrettate il momento, che alzando la testa dalla lunga oppressione, respirar possano un' aura di pace e di libertà.

Accettate dunque, o buona Madre, la con-

sacrazione che questo popolo oggi fa di se stesso al vostro Cuore materno, e come frutto del vostro gradimento fate che tutti sentano la vostra protezione in vita ed in morte. E così sia.

Sancta Maria, succurre miseris, iuva pusillanimes, refove flebiles, ora pro populo, interveni pro clero, intercede pro devoto foemineo sexu : sentiant omnes tuum iuvamen quicumque Cordi tuo purissimo se dicaverunt.

ŷ. Ora pro nobis, sancta Dei Genitrix :

Rj. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

Omnipotens sempiterne Deus, qui in Corde beatae Mariae Virginis dignum Spiritus Sancti habitaculum praeparasti : concede propitius, ut eiusdem purissimi Cordis festivitatem devota mente recolentes, secundum Cor tuum vivere valeamus. Per Dominum... in unitate eiusdem.

C. Ep. PRAENESTINUS Card. MAZZELLA

L. ✠ S.

*S. R. C. Praef.*

Diomedes Panici *S. R. C. Secretarius.*

IV.

ALATRINA.

R. D. Raphael Rossi, hodiernus Magister Caeremoniarum R,mi Episcopi Alatrini, et de Eius consensu , a Sacrorum Rituum Congregatione



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



nem cum eodem Venerabili recitari possint Litaniae B. M. V. loco Litaniarum Sanctorum?

VI. An in Conservatoriis puellarum Missae a Cappellano celebratae inservire possit extra cancellos vel longius ab altari aliqua ex puellis vel monialibus, quum non facile sit alium inservientem invenire?

VII. An diebus quibus prohibetur Missa de Requie possit celebrari Missa de festo currenti pro anima alicuius defuncti, sed dato prius lugubri signo pro eadem Missa cum aere campano?

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisito voto Commissionis Liturgicae, omnibus diligenter expensis, rescribendum censuit:

Ad I. Servetur Caeremoniale Episcoporum Lib. I. Cap. 15.

Ad II. Affirmative, dummodo Subdiaconus, qui caligas et sandalia defert, assistat,

Ad III. Negative iuxta Caeremoniale Episcoporum Lib. I. Cap. XXIV.

Ad IV. Negative ad utramque quaestionem.

Ad V. Expedit servare Instructionem Clementinam.

Ad VI. Affirmative in casu et ex necessitate.

Ad VII. Negative.

Atque ita rescripsit. Die 18 Martii 1899.

C. Card. MAZZELLA *S. R. C. Praef.*

L. ✠ S. Diomedes Panici *Secretarius.*

---

# SUPER CANTU ECCLESIAE

## DOCUMENTA

### I.

#### DECRETUM.

Quod sanctus Augustinus ceterique Patres saepenumero docuerunt de cantus ecclesiastici decore et utilitate, *ut per oblectamenta aurium infirmior animus in affectum pietatis assurgat* (1); id Romanorum Pontificum auctoritas sibi integre eximieque perficiendum semper attribuit. — Quapropter in hoc Catholicae Liturgiae munus ita Gregorius cognomine Magnus curas ac studia contulit, ut vel ipsam appellationem ab eo sacri concentus sint mutuati. Alii vero, processu temporum, Pontifices, quum nescii non essent quantam huius rei partem sibi divini cultus vindicaret dignitas, immortalis decessoris sui vestigiis insistentes, Gregorianum cantum non modo ad receptam, eandemque probatissimam numeri formam revocandum, sed etiam ad aptiorem melioremque exemplaris rationem exigendum indesinenter curarunt. Praesertim, post Tridentinae Synodi vota et sanctiones, atque Missalis Romani diligentissime exarati emendationem, Pii V. praecepto et auctoritate peractam, de promovendo liturgico cantu magis in dies assidua excelluit solertia Gregorii XIII, Pauli V ac ceterorum, qui, ad incolume Liturgiae decus tuendum, nihil potius et antiquius habuerunt, quam ut rituum uniformitati, sacrorum etiam concentuum uniformitas ubique responderet. Qua in re illud Apostolicae Sedis sollicitudi-

---

(1) Confess. L. X, c. 88, n. 3.



nem iuvit praecipue, quod ipsi curae fuerit Graduale, accurate recognitum et ad simpliciores modos reductum, Ioanni Petro Aloisio Praenestino elaborate praeclareque adornandum committere. Nam mandatum, ut erat dignum homine officii sui perstudioso, docte ille complevit: et celeberrimi magistri praestare valuit industria, ut, iuxta prudentissimas normas, servatisque genuinis characteribus, liturgici concentus reformatio iure conficeretur. Opus tanti momenti illustres Petri Aloisii Praenestini discipuli, insigne eius magisterium et documenta secuti, typis Mediceis Romae excudendum, Pontificum voluntate, susceperunt.— Incepta tamen huiusmodi experimenta et conatus non nisi aetati huic demum nostrae absolvere est concessum. Quum enim sa. me. Pius IX liturgici cantus unitatem feliciter inducere quam maxime in votis haberet, a Sacrorum Rituum Congregatione assignandam, eiusdemque ductu et auspiciis muniendam, peculiarem virorum Gregoriani cantus laude praestantium Commissionem in Urbe instituit; eiusque examini editionem subiecit, qua denuo in lucem evulgaretur Graduale Romanum, typis olim Mediceis impressum et Apostolicis Pauli V Litteris approbatum. Hanc dein editionem saluberrimo opere absolutam, parique studio et opportunis inductis emendationibus, ad normas a Commissione praescriptas, revisam, sibi valde probari haud semel ostendit, atque authenticam declarare non dubitavit suis Brevibus Litteris, die 30 Maii anno 1873 datis, quarum illa est sententia: « *Hunc ipsam dicti Gradualis Romani editionem Reverendissimis locorum Ordinariis, iisque omnibus quibus Musices sacrae cura est, magnopere commendamus; eo vel magis, quod sit Nobis maxime in votis, ut cum in ceteris, quae ad Sacram Liturgiam pertinent, tum etiam in cantu, una, cunctis in locis ac Dioecesibus eademque ratio servetur, qua Romana utitur Ecclesia* ».—



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

ecclesiastici concentus uniformitate, Apostolicae Sedi unice obtemperandum iure meritoque existimant. Quum autem qui Aretium hanc ob causam contenderant, vota quaedam seu postulata de eadem re non tantum in populum prodiderint, verum etiam Sanctissimo Domino Nostro Leoni XIII formulis concinnata exhibuerint, Pontifex idem, negotii gravitate permotus, ut sacrorum concentuum, potissimum vero Gregoriani cantus, unitati et dignitati consulere, vota illa seu postulata in examen adducenda assignavit peculiari Coetui ab se delecto quorundam Patrum Cardinalium Sacris tuendis Ritibus Praepositorum. Qui, omnibus mature perpensis, exquisitisque insignium quoque virorum sententiis, sine ulla dubitatione decernendum censuerunt: *Vota seu postulata ab Aretino Conventu superiore anno emissa, ac Sedi Apostolicae ab eodem oblata pro liturgico cantu Gregoriano ad vetustam traditionem redigendo, accepta uti sonant recipi probarique non posse. Quamvis enim ecclesiastici cantus cultoribus integrum liberumque semper fuerit ac deinceps futurum sit, eruditionis gratia, disquirere quaenam vetus fuerit ipsius ecclesiastici cantus forma, variaeque eiusdem phases, quemadmodum de antiquis Ecclesiae ritibus ac reliquis Sacrae Liturgiae partibus eruditissimi viri cum plurima commendatione disputare et inquirere consueverunt; nihilominus eam tantum uti authenticam Gregoriani cantus formam atque legitimam hodie habendam esse, quae, iuxta Tridentinas sanctiones, a Paulo V, Pio IX sa. me. et Sanctissimo Domino Nostro Leone XIII atque a Sacrorum Rituum Congregatione, iuxta Editionem nuper adornatam, rata habita est et confirmata, utpote quae unice eam cantus rationem contineat, qua Romana utitur Ecclesia. Quocirca de hac authenticitate et legitimitate, inter eos, qui Sedis Apostolicae auctoritati sincere obsequuntur, nec dubitandum neque amplius disquirendum esse ».*

Attamen postremis hisce annis, diversas ob causas, pristinae difficultates iterum interponi, recentesque immo concertationes instaurari visae sunt, quae vel ipsam quum huius Editionis tum cantus in ea contenti genuinitatem aut infirmare aut penitus impetere aggrederentur. Neque etiam defuere qui ex desiderio, quo Pius IX et Leo XIII, Pontifices Maximi, ecclesiastici cantus uniformitatem summo opere commendatam habuerunt, alios quoscumque cantus, in Ecclesiis peculiaribus iam pridem adhibitos, omnino vetari inferrent. Ad haec dubia satius enucleanda, omnesque in posterum ambiguitates arcendas, Sanctitas Sua iudicium hac de re deferendum constituit Congregationi Ordinariae omnium Patrum Cardinalium Sacris tuendis Ritibus Praepositorum: qui, in Coetibus ad diem 7 et 12 Iunii nuper elapsi convocatis, resumptis omnibus ad rem pertinentibus aliisque mox exhibitis mature perpensis, unanimi responderunt sententia: « *Servandas esse dispositiones sa. me. Pii IX in Brevi « Qui choricis » diei 30 Maii 1873; Sanctissimi Domini Nostri Leonis Papae XIII in Brevi « Sacrorum Conventuum » diei 15 Novembris 1878; ac Sacrorum Rituum Congregationis praescriptiones supra relatas* ». — Quod autem ad libertatem attinet, qua Ecclesiae peculiare cantum legitime invecum et adhuc adhibitum possint retinere, Sacra eadem Congregatio plurimum hortatur omnes locorum Ordinarios aliosque ecclesiastici cantus cultores, ut Editionem praefatam in Sacra Liturgia, ad cantus uniformitatem servandam, adoptare curent, quamvis illam, iuxta prudentissimam Sedis Apostolicae agendi rationem, singulis Ecclesiis non imponat.

Facta autem de his omnibus per iufra scriptum Cardinalem Sacrorum Rituum Congregationi Praefectum Sanctissimo Domino Nostro Leoni XIII fideli relatione, Sanctitas Sua Decretum Sacrae ipsius Congregationis ratum

habuit, confirmavit, et publici iuris fieri mandavit die 7 Iulii anno 1894.

CAIETANUS Card. ALOISI-MASELLA, S. R. C. *Praefectus*.  
L. ✠ S.

ALOISIUS TRIPEPI, S. R. C. *Secretarius*.

## II.

### BREVE APOSTOLICUM

AD EQ. FRIDERICUM PUSTET, TYPOGRAPHUM S. SEDIS ET S. R. C.

*Pius PP. IX.* Dilecte Fili, Salutem et Apostolicam Benedictionem. Qui choricis Catholicae Ecclesiae libris imprimendis operam navarunt, in eamque rem typographicae artis, qua praestabant, industriam contulerunt, eos de Catholica Religione bene meruisse existimamus, ac dignos propterea fuisse, quos et Sacrorum Antistites, et vel ipsi Romani Pontifices suis laudibus prosequerentur. Hos inter praeclarum tu quidem, dilecte fili, locum obtines, qui egregiis ecclesiasticorum librorum editionibus, ac praesertim magna cura editis libris Cantus Gregoriani, Typographi Pontificii, et Sacrorum Rituum Congregationis titulo insignitus, nunquam destitisti Catholicam rem, quantum tua arte potes, luctuosis hisce, quibus versamur, temporibus iuvare. Gratissimum vero Nobis accidit, quod nuper audivimus, te *Gradualis*, quod vocant Romani editionem, sane pulchram et magnificam, quam editionis instar Mediceae, et iuxta normas a Sacrorum Rituum Congregatione tibi praescriptas adornaveras, ad exitum perduxisse. Qua re facere non possumus, quin collocatam a te in ea operam atque industriam vehementer probeamus; ex qua multum et decoris et utilitatis sacris Eccle-



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



## DECRETUM

*quo nova Gradualis Romani editio Ratisbonen., sumptibus ac typis impressa Eq. Friderici Pustet, typographi S. Sedis et S. R. C., authentica rursus declaratur.*

## RATISBONEN.

Quod Apostolicae Sedi erat in votis, ut sacra Romanae Ecclesiae Liturgia in omnibus servaretur Dioecesibus, quum Deo adiuvante effectum prope esset, Sacra Rituum Congregatio etiam de promovenda uniformitate cantus Gregoriani sollicita, curavit ut nova editio librorum eiusdem cantus Gregoriani diligentissime adornaretur. Quamobrem Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa IX., per eandem Sacrorum Rituum Congregationem, peculiarem deputavit Commissionem Virorum Ecclesiastici cantus apprime peritorum: quae statuit, ut Graduale Editionis Mediceae Pauli V. iterum in lucem ederetur, ut cetera quae deerant, supplerentur ad normam eiusdem Gradualis.

Eques Fridericus Pustet Ratisbonensis, Typographus Pontificius, qui plures librorum liturgicorum editiones laudabiliter confecerat, suis laboribus et expensis ingens hoc opus perficere aggressus est; sub directione tamen, et revisione superius laudatae Commissionis.

Eiusmodi Opere iam magna ex parte accuratissime absoluto, plures in illud eiusque Typographum excitatae sunt contradictiones; adeo ut nonnullae Ephemerides, nedum iniuriosas censuras contra ipsum cantum et Commissionem Romanam intulerint, ac fidem pluribus Sacrorum Rituum

Congregationis Decretis hac super re latis infirmare praesumpserint; verum etiam dubia promoverint de authenticitate et vi Litterarum Apostolicarum, in forma Brevis, sub die 30 Maii Anni 1873, quibus idem Sanctissimus Dominus Noster Pius Papa IX. editionem praefati Gradualis magno-pere commendare dignatus est, quemadmodum Paulus V. editionem Mediceam similibus Litteris Apostolicis condecoravit.

Quum autem Typographus Fridericus Pustet haec omnia ad Sacram Rituum Congregationem detulerit, ipsamque pro opportuno remedio deprecatus sit; eadem Sacra Congregatio, ne fini, quem sibi per hanc novam editionem librorum Cantus Ecclesiastici proposuit, alia obstacula et contradictiones interponantur, Oratoris precibus rescribendum censuit: « *Provisum per Breve Pontificium*  
 « *diei 30. Maii Anni 1873, quo Editio D. Friderici Pustet*  
 « *a speciali Commissione Virorum Ecclesiastici Cantus*  
 « *apprime peritorum, a Sanctissimo Domino Nostro per*  
 « *Sacrorum Rituum Congregationem deputata, accuratissime*  
 « *revisa, approbata, atque authentica declarata, magno-*  
 « *pere Reverendissimis Locorum Ordinariis, iisque omnibus,*  
 « *quibus Musices Sacrae cura est, commendatur; eo quod*  
 « *eidem Sanctissimo Domino Nostro sit maxime in votis,*  
 « *ut, cum in ceteris quae ad Sacram Liturgiam pertinent,*  
 « *tum etiam in cantu una cunctis in locis ac Diocesisibus.*  
 « *eademque ratio servetur, qua Romana utitur Ecclesia* ». —

Atque ita rescripsit ac declaravit.

Die 14. Aprilis 1877.

A. EP. SABINEN. CARD. BILIO, *S. R. C. Praefectus.*

L. ✠ S.

PLAC. RALLI, *S. R. C. Secretarius.*



## IV.

## ALIUD BREVE APOSTOLICUM

AD EQ. FR. PUSTET.

LEO PP. XIII. Dilecte Fili, Salutem et Apostolicam Benedictionem. Sacrorum concentuum dignitati consulere, potissimum vero Gregoriani Cantus uniformitati providere, semper Summis Pontificibus curae fuit. Quapropter peculiari benevolentia ac laudibus eos viros prosequuti sunt, qui ad tam salubre ecclesiastici cantus institutum propagandum in choricis Romanae Ecclesiae libris accurate edendis artis typographicae subsidium contulerunt. Hac ratione Pius IX. Praedecessor Noster tecum, Dilecte Fili, se gerere non dubitavit, quod cum Typographi Summi Pontificis et Congregationis Sacrorum Rituum titulo insignitus sis, Gradualis, quod vocant, Romani editionem accuratissimam, iuxta normas ab memorata Sacra Rituum Congregatione tibi praescriptas, ad exitum feliciter perduxeris. Nunc vero pari studio ac diligentia ut inchoatum olim a fel. mem. Paulo V. Praedecessore Nostro opus perficeres, *Antiphonarii ac Psalterii universi* cum cantu editionem, iuxta praedictas normas, ea servata ratione, quae in Romana Aula viget, adornare aggressus es. Cuius operis cum pars continens Horas Diurnas iam absoluta sit, aequum plane est, ut curam industriamque tuam ea in re collocatam commendemus. « *Itaque memoratam editionem* « *a Viris ecclesiastici cantus apprime peritis, ad id a* « *Sacrorum Rituum Congregatione deputatis revisam, pro-* « *bamus, atque authenticam declaramus. Reverendissimis* « *locorum Ordinariis, ceterisque, quibus Musices Sacrae* « *cura est, vehementer commendamus; id potissimum spe-*



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

quantam eius rei partem vindicet, dilecti filii, ingenium vestrum et labor. Et iure quidem : propterea quod cum vos Pius IX. Decessor Noster, eam editionem recognoscere et ad vetera eademque probatissima exemplaria emendare iussisset, mandatum curavistis diligenter, ut erat dignum hominibus officii sui perstudiosis, itemque intelligenter et docte, ut decebat musicos eruditos eaque in arte praeclare exercitatos. Has igitur visum est ad vos litteras dare, ut intelligatis, valde Nobis probari operam vestram in re cum primis utili, tot annos tam laudabiliter consumptam. Grati vero animi praecipuaeque benevolentiae Nostrae velut pignus accipite Apostolicam Benedictionem, quam vobis peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die VI Aprilis anno MDCCCLXXXV, Pontificatus Nostri octavo.

LEO P. P. XIII.

*Extrinsecus*

Dilectis Filiis

ALOISIO RICCI Canonico Liberiano, INNOCENTIO PASQUALI Canonico Carpinetensi, et CAIETANO CAPOCCI, SALVATORI MELUZZI Magistris Chori  
Canentium — Romam.



## VI.

## CIRCOLARE AI RMI ORDINARII D'ITALIA.

*Rmo Signore*

Benchè il Regolamento per la Musica Sacra, comunicato con autorizzazione Pontificia dalla Sacra Congregazione de' Riti all'Episcopato Italiano il 24 settembre 1884, contenesse molte savie norme per questa importante parte della liturgia ecclesiastica; pur tuttavia nè poche nè lievi difficoltà si opposero nel maggior numero delle Diocesi alla sua esatta osservanza.

A rimuovere siffatti ostacoli, ed a procurare che in ciascuna Chiesa la musica sia degna della casa di Dio, il Santo Padre, dopo aver fatto interrogare i principali Maestri dell'arte musicale, e conosciuto il parere di molti Ordinarii delle diverse parti d'Italia, dispose che la stessa

## VI.

*Rme Domine*

Quamvis ordinatio pro cantu sacro moderando Rmis Italiae Episcopis a Sacrorum Rituum Congregatione, de Apostolica Auctoritate communicata, plures sapientes normas contineret super hac parte haud exigua sacrae liturgiae; tamen multis et gravibus de causis ad actum in pluribus Dioecesibus plene redigi non potuit.

Ad eiusmodi difficultates removendas et ad musicam in qualibet Ecclesia loco sancto dignam procurandam, Sanctissimus Dominus Noster Leo Papa XIII iussit, ut, auditis praecipuis artis musicae magistris, exquisitaque quamplurium Rmorum Italiae Ordinariorum sententia, Sa-

Sacra Congregazione in plenaria adunanza sottoponesse a maturo esame il grave argomento, e indicasse quali delle prescritte regole dovessero meglio chiarirsi, quali modificarsi, e quali istruzioni aggiungersi per ottenere più facilmente il bramato intento.

Frutto di questa ben ponderata discussione è il nuovo Regolamento, che, dopo la formale approvazione di Sua Santità, invio qui accluso a V. S. Illma e Rma.

Delle due parti, in che esso si divide, la prima contiene le norme generali da osservarsi nella composizione ed esecuzione della musica Ecclesiastica; l'altra le istruzioni per promuoverne lo studio, e insieme per impedire che si oltrepassino i limiti assegnati ai cultori di quest'arte, e si menomi comechessia l'autorità della Chiesa in tutto ciò che concerne il culto divino.

*cra Rituum Congregatio in Plenario Coetu, novo examini ac discussioni rem subiiceret ac statueret, quaenam ex normis supradictis forent explicandae vel mutandae, et quaenam aliae iisdem addendae, ut ad optatum exitum facilius perducerentur.*

*Mandatis eiusdem Sanctissimi Domini Nostri obsequens Sacra Rituum Congregatio; re accurate discussa ac perpensa, aliam ordinationem hisce litteris adnexam protulit, Apostolicae Sedis sanctione confirmatam. Quae in binas partes dispescitur, unam de normis generalibus servandis in quavis compositione et executione musicae sacrae, alteram de regulis idoneis ad studium huius artis promovendum, necnon ad impediendum quominus limites praestitutos eiusdem artis cultores praetergrediantur, et Ecclesiae auctoritas in eo quod ad divinum cultum spectat, imminuatur.*



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



Adempito così all'ufficio che gl'incombeva, il sottoscritto conferma alla S. V. i sentimenti di stima ed osservanza.

Di Vostra Eccellenza

Dalla Segreteria della S. Congregazione dei Riti

li 21 Luglio 1894.

Come Fratello

G. Card. ALOISI-MASELLA *Prefetto.*

LUIGI TRIPEPI *Segretario.*

Al Rmo Ordinario  
della Diocesi.

---

Quae dum pro suo munere Amplitudini Tuae significat infrascriptus, plenae aestimationis atque observantiae sensus exprimit.

Amplitudinis Tuae

Uti Frater

C. Card. ALOISI-MASELLA, *Praefectus.*

ALOISIUS TRIPEPI *Secretarius.*

Rmo Ordinario Dioecesis.

## VII.

La Sacra Congregazione de' Riti nelle Adunanze Ordinarie del 7 e 12 Giugno 1894, dopo matura discussione, ha approvato il seguente

## REGOLAMENTO PER LA MUSICA SACRA.

## PARTE I.

**Norme Generali per la musica da usarsi nelle funzioni ecclesiastiche.**

ART. 1. — Ogni composizione musicale informata allo spirito della sacra funzione che accompagna, rispondendo religiosamente al significato del rito e delle parole, muove a devozione i fedeli, e quindi è degna della Casa di Dio.

---

## VII.

## DE SACRA MUSICA

## ORDINATIO,

*quam mature perpensam Sacra Rituum Congregatio in Ordinariis Coetibus dd. 7 et 12 Iunii 1894 approbandam censuit.*

## PARS PRIMA.

**Normae generales circa musicam in ecclesiasticis functionibus adhibendam.**

ART. 1. — Quaevis musica compositio, sacrae functionis (quam comitatur) indoli conformis, ritus verborumque significationi religiose respondens, Fidelium pietatem excitat, ac proinde digna est Domo Dei.



ART. 2. — Tale è il Canto Gregoriano, che la Chiesa riguarda come veramente suo, e quindi il solo che adotta nei libri liturgici da essa approvati.

ART. 3. — Il Canto Polifono eziandio, tanto Diatonico, quanto Cromatico, purchè forniti delle suddette doti, ben può convenire alle sacre funzioni.

ART. 4.—Quanto al genere polifonico, viene riconosciuta degnissima della Casa di Dio la musica di Pierluigi da Palestrina e dei suoi buoni imitatori; come, per la Musica Cromatica, si riconosce degna del culto divino quella che ci venne trasmessa fino ai nostri giorni da accreditati Maestri di varie Scuole italiane ed estere, e specialmente dai Maestri Romani, le cui composizioni furono lodate più volte dalla competente Autorità siccome veramente sacre.

ART. 5. — Essendo ben noto che una composizione anche ottima di musica polifonica può divenire sconve-

ART. 2. — Eiusmodi est cantus Gregorianus, quem uti vere suum agnoscit Christi Ecclesia: quare unicus est quo ipsa utitur in libris liturgicis a se adprobatis.

ART. 3. — Cantus etiam polyphonicus tum diatonicus, tum chromaticus, modo praelaudatis instructus uterque dotibus, sacras decet functiones.

ART. 4. — Quoad genus polyphonicum, Petri Aloisii Praenestini musices eiusque probatorum imitatorum Dei Domo perquam digna reputatur: itemque diviño cultu digna censetur ea musices chromatica, quam ad nostram usque aetatem docti magistri ex italis exterisque Scholis ac praesertim Romani magistri transmisere; quorum compositiones, utpote vere sacras, pluries ecclesiastica laudavit Auctoritas.

Art. 5. — Quum apprime constet compositionem musicae polyphonicae, etsi optimam, saepe ob ineptam execu-



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

ART. 9. — È severamente proibito dalla Chiesa ogni musica per canto, o per suono d'indole profana, specialmente se ispirata a motivi, variazioni e reminiscenze teatrali.

ART. 10. — Per provvedere al rispetto dovuto alle parole liturgiche, ed escludere la prolissità della sacra funzione, è proibito ogni canto, nel quale le parole si trovino anche in minima parte omesse o trasportate fuori di senso, o indiscretamente ripetute.

ART. 11. — È proibito il dividere in pezzi affatto staccati quei versetti, che sono necessariamente collegati fra loro.

ART. 12. — È vietato l'improvvisare, detto *a fantasia*, sull'organo a chiunque nol sappia fare convenientemente, cioè in modo da rispettare non solo le regole dell'arte musicale, ma quelle altresì che tutelano la pietà ed il raccoglimento dei Fedeli.

ART. 9. — Strictissime in Ecclesiis interdicitur quaequam musica sive concentus sive sonitus, quae profanum quid sapiat, praesertim quae theatrales melodes quomodocumque redoleat, vel referat.

ART. 10. — Quo debitae verbis liturgicis observantiae consulatur, et sacrarum functionum prolixitas vitetur, quivis cantus inhihetur in quo verba vel minima ex parte omissa sint, vel sensu distracta, aut nimium repetita.

ART. 11. — Prohibitum est quominus versiculi necessario inter se connexi, prorsus intercidantur.

ART. 12. — Tandem prohibetur ne quis organum pulset ex tempore, vulgo *a fantasia*, nisi id apte calleat; nempe, ut non modo artis musicae regulae serventur, sed etiam sarta Fidelium pietas tectaque sit animorum applicatio.

## PARTE II.

**Istruzione per promuovere lo studio della Musica Sacra  
e per allontanarne gli abusi.**

I. Essendò la Musica Sacra parte della Liturgia, si raccomanda ai R.mi Ordinariî di prenderne cura speciale, e di farne argomento di opportune prescrizioni, soprattutto nei Sinodi Diocesani e Provinciali, sempre però conformi al presente Regolamento. Il concorso dei laici è ammesso sotto la vigilanza e dipendenza dei rispettivi Ordinariî. Non si possono formar comitati, nè tenere congressi senza l'espresso consenso dell'Autorità ecclesiastica ; la quale per la Diocesi è il Vescovo, per la Provincia il Metropolita coi suoi Suffraganei. I periodici di Musica Sacra non possono pubblicarsi senza l'*imprimatur* dell'Ordinario. È al tutto

---

## PARS ALTERA.

**Monita ad studium sacrae musicae promovendum,  
et pellendos abusus.**

I. Quum sacra musica pars sit Liturgiae, Sacrorum Rituum Congregatio R.mis locorum Ordinariis potissimum commendat ut peculiare ad illam promovendam studium impendant, opportunas edendo praescriptiones, praecipue in Synodis Diocesanis ac Provincialibus, verum hisce normis apprime conformes. Laicis fas esto operam suam praestare, subiectis tamen vigili respectivo Ordinario. Absque ecclesiasticae Auctoritatis assensu (nempe Episcopi quoad Dioecesim, et Metropolitae cum suis Suffraganeis quoad Provinciam), coetus institui et comitia haberi non liceat. Ephemerides de sacra musica neu mandentur typis absque R.mi Ordinarii *imprimatur*. Quaevis discussio circa harum

proibita qualsiasi discussione sugli articoli del Regolamento. Nelle altre materie poi risguardanti la Musica Sacra, essa è lecita, purchè 1° si osservino le leggi della carità ; 2° nessuno si eriga a maestro e giudice altrui.

II. I R.mi Ordinariî faranno esattamente adempire dai Chierici l'obbligo di studiare il canto fermo, quale specialmente si rinviene nei libri approvati dalla Santa Sede. Quanto poi agli altri generi di musica ed al suono dell'organo , non ne prescriveranno ai Chierici l'obbligo, per non distoglierli dagli studî più gravi , ai quali debbono attendere. Se però alcuni di essi siano già istruiti in tal genere di studî, o ne mostrino particolare disposizione, potranno loro permettere di perfezionarsi nei medesimi.

III. Invigilino assai i medesimi R.mi Ordinariî sui Parrochi e Rettori di Chiese, affinchè non permettano esecuzioni musicali contrarie alle norme del presente Regola-

praescriptionum articulos omnino vetita est. Permittitur vero quoad ceteras materias ad sacram musicam pertinentes, dummodo 1° caritatis leges serventur ; ac 2° magistri vel iudicis partes nemo sibi arroget.

II. Curent R.mi Ordinarii ut Clerici obligationi Cantus liturgici discendi sedulo satisfaciant, prout hic praesertim in libris extat a S. Sede approbatis. Quoad ceterum musicae genus atque organi sonitum addiscendum, Clericis haud onus imponant, ne gravioribus disciplinis, quibus vacandum est, iidem distrahantur. Qui vero eiusmodi artem callent, vel aptam ad id genus indolem praeseferunt, iis adhuc progrediendi studium permitti poterit.

III. R.mi Ordinarii plurimum satagant ne Parochorum incuria Ecclesiarumque Rectorum sacri concentus in Ecclesiis tolerentur hisce praescriptionibus contrarii; cano-



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



## QUAESTIONES ACADEMIAE LITURGICAE ROMANAE

### Circa « ADDENDA ET VARIANDA » in Rubricis

#### V.

Romae, anno nuper elapso 1898, vigilia Pentecostes occurrit die 28 Maii, in qua ad ritum simplicem redigendus erat S. Urbanus P. M. Accidit autem, ut in Calendario cuiusdam Ecclesiae Vesperae in feria VI, Sabbatum Pentecostes praecedente, ordinatae sequenti modo fuerint : *In Vesp.* (quae erant de duplici praecedenti) *com. S. Urbani P. M.* (simplif.) *et feriae.* Quod aegre ferens quidam Caeremoniarum magister, et Rubricarum peritus, tamquam de errore conquestus est apud Calendarii redactorem : qui respondit, se adamusim servasse Rubricam. Quia cum haec agat de praecedentia commemorationum ad officium pertinentium, excludit manifeste commemorationem feriae, utpote quae concurrere non valet, proindeque in casu commemoratio S. Urbani commemorationi feriae praefenda est. Quod cum Caeremoniarum magistro minus nihilo satisfaciat, *inquiri*:

1. *Quale sit, seu in quo principaliter consistat discrimen inter ordinem commemorationum ad Vesperas antiquum, et praesentem iuxta novam Rubricam, et quae hunc prae illo momenta cohonestent ?*

2. *Quaenam sint et quomodo intelligendae commemorationes ad officium pertinentes, et qualis sit ratio exceptionis in nova Rubrica positae?*

3. *Pro quo veritas pugnet inter Calendarii redactorem et Caeremoniarum magistrum?*

---

## SOLUTIO

**Ex dissertatione Rev. Dom. Ioannis Crescioli almi Collegii Capranicensis alumni, habita in Ecclesia Presbyterorum Missionis apud Curiam Innocentianam, die 11 Ianuarii 1899; acta Epitome per R. m. m. Dom. Io. Baptista Menghini ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris.**

I. Quaeritur primo quale sit, seu in quo praecipue consistat discrimen inter ordinem commemorationum ad Vesperas antiquum, et praesentem iuxta novam Rubricam, et quae hunc prae illo momenta cohonestent?

Cum commemoratio nil sit aliud nisi exigua pars illa officii, quae in integri eiusdem officii locum substituitur, facile consequitur eandem, aut de Sancto, aut de Dominica, aut de feria posse fieri, de quibus fieri, ob aliquod impedimentum, non potest officium. Hinc est, quod de illis, ut plurimum, festis aut feriis com. agitur, de quibus nequit officium fieri, aut quae iure translationis non potiuntur. Sunt autem haec peculiariter: Dominicae, octavae, feriae, vigiliae et festa simplicia: impraesenti autem etiam duplicia minora, et semiduplicia. Accidit autem, ut plura eadem die officia occurrant, quorum cum unum tantum fieri possit, reliqua commemorare oportet: haec pro



occurrentia. Sed etiam ad Vesperas eadem occurrere possunt commemorationes faciendae, praeter aliam de qua, vel factum est vel fieri debet officium. Inquiritur autem harum commemorationum ordo, ad quem demonstrandum necesse est antiquam et recentius emendatam exponere Rubricam. Rubrica antiqua hac super re sequenti ratione se exprimebat: « Quando contingit fieri plures commemorationes servetur hic ordo: De duplici licet agatur tamquam simplex, fiat ante Dominicam, de Dominica ante festum semiduplex; de semiduplici etiam, quando reducitur ad modum simplicis, ante diem infra Octavam; de die infra Octavam ante ferias Adventus, quatuor Temporum, Vigiliarum et Rogationum et de dictis feriis ante Festum simplex. De sancta Maria etc. « Eiusmodi Rubrica haud satis respondebat praesentibus rerum adiunctis, cum et duplicium numerus sit auctus, et eorumdem uti et semiduplicium suppressa translatio. Plura sane iam fuerant evulgata ea super re Decreta, ut subortis difficultatibus iretur obviam, inter quae notissimum est in *una Galliarum* 1693 super praelatione commemorationis diei octavae contra Dominicam, licet maioris, commemorationem, et in *una Nitrien.* 1870 super commemoratione concurrente Dominicam maioris, festo duplici simplificato praeferenda. Nec praetereundum alterum in *una Ordinis Minoris S. Francisci* 1779, quod declarabat: « Quoad ordinem vero, si die eorum propria aliae commemorationes occurrant, servetur ut prius fiat commemoratio de quo, secluso impedimento, die illa celebraretur officium, aut Vesperae integrae, aut Capitulum, aut dimidia ». Iam nunc accidit, ut ob multiplicem applicationem faciendam horum aliorumque Decretorum, periti plures excitaverint controversias, diversamque eorum interpretationem exhibuerint. Hinc liturgici auctores in varias abierunt sententias, alii alteram praeponentes com-



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

Dominicam » quod semper servari non poterat. Eadem ex ratione dies aliqua octava, cum praevaleat in occurso festo duplici minori aut etiam maiori, praevalere quoque illi debet in concursu, seu, quod idem est, in ordine commemorationum ad Vesperas. Idem praedices de die infra octavam Corporis Christi, quod praeferrī debet semiduplici Sanctorum.

Quod vero magis consideratione est dignum, et ex quo nova ab antiqua Rubrica discriminatur, est aliud statutum in Decreto principium, vi cuius ad Vesperas post Orationem diei ante ceteras commemorationes, semper de illa agendum est, quae pertinet ad officium diei, cuiuscumque sit ritus. Ut res facilius intellectu reddatur, natura prius perpendenda est duplicis impediti, occurrentiae scilicet et concurrentiae, quod potest opponi alicuius festi celebrationi, sive per integrum, sive partialiter. Impedimentum primum seu occurrentiae oritur ex incidentia plurium festorum in eandem diem. Quod hunc habet effectum, aut festa impedita transferendi, aut ea ad simplicem ritum redigendi, seu efficiendi ut commemoretur tantum, proindeque privandi iure concurrenti. Ordo autem horum festorum commemorationum gradui respondet, quem inter se possident, dignitatis, seu maiori et minori impeditorum numero, cui obnoxia sunt. Alterum impedimentum est concurrentiae, quod tunc habetur cum secundae Vesperae unius festi invicem sibi eunt obviam cum primis alterius. Huius impediti effectus est dictas Vesperas dividendi, vel integras alteri tribuendi, alteri vero solam dandi commemorationem, prouti alterum prae altero festo excellentius est, vel aequaliter, vel minus dignum. Harum autem commemorationum ordo generaliter indicatur ab exclusivo iure quo festum pollet, comparative ad aliud, habendi Vesperas. His praemissis, nullius negotii est demonstrare, praefatum Rubricam nil novi invexisse, re

theoretice inspecta, sed perfecte inhaesisse Rubricis, nilque aliud exhibuisse, quam uberiores Decretorum antiquiorum explicationem. Sane, ex variis Rubricarum locis resultat, festum ad instar simplicis redactum, seu quod ius ad integrum officium amisit, occurrens cum alio festo, de quo officium celebratur, vi concurrenti privari. Id facile infertur ex Titulo XI, num. 6, idque aperitius dicit num. 10 sic se exprimens: « Cum vero occurrit ut festum simplex veniat in feria quarta et sexta Quatuor temporum, in feria quarta Cinerum et in Vigiliis quae ieiunantur, Vesperae antecedentes (nisi ea die celebratum sit festum novem lectionum) erunt de feria communi per annum, non autem de sequenti ut dictum est, cum commemoratione festi simplicis in sequenti feria occurrentis. Quod ideo non fit quia sequens feria habeat primas Vesperas; sed quia cum festum simplex in sequenti die non habeat Officium propter feriam praedictam in eo occurrentem, nec etiam convenit illud habere primas Vesperas in praecedenti die ».

Super quo textu notandum primo, id quod Rubrica praescribit de festo simplici, comprobari pariter de semiduplici aut etiam duplici, cui non sit ius translationis, incidente in feriam IV Cinerum vel in Dominicam privilegiatam. Secundo, quod de primis Vesperis Rubrica dicit, ad secundas quoque applicandum esse: adeo ut nemo excogitaret unquam posse tribui ex. gr. in feria IV Cinerum Vesperas duplici vel semiduplici simplicitate. De hoc Rubrica silet, quia cum ab initio composita fuit, sola festa simplicia iure translationis carebant. Concludere iterum ergo fas est ex Rubrica, festum officio carens, et sola commemoratione gaudens, nec primas habere posse nec secundas Vesperas. Quod si Vesperas nequit habere, nec potest concurrere, sed aliis festis concurrentibus cedere, quamvis inferioris ritus. Hinc aliud sponte oritur consecrarium, nempe comme-

morationem festi concurrentis, sit praecedens, sit subsequens, in Vesperis, non esse eiusdem naturae ac alias, quae fiunt seu in ipsis Vesperis seu in Laudibus. Hae namque ultimae simplicem constituunt mentionem officii omissi, dum illa partem repraesentat, exiguam licet, officii quod factum aut faciendum est, seu ipsarum Vesperarum ad quas ius habebat, et quas revera integras habuisset, impedimento secluso. Quod adeo verum est, ut com. diei infra octavam, quamvis in duplici secundae classis omitti debeat, fit nihilominus quando de illa sit agendum sequenti die. Ceterum, ut superius innuimus, praelatio commemorationum festorum concurrentium super aliis non concurrentibus antiqua doctrina est, quam post Pitonium, Gavantum, Cavalerium aliosque peritiores, fere omnes alii sustinuerunt, quamvis haud semper sibi ipsis cohaerent in illa applicanda. Hinc huiusmodi doctrina illam magismagisque declarat, quam S. R. C. in Decreto 18 Dec. 1779 in *una Ordinis Min. S. Francisci de Observ.* iam tradiderat. Haec enim praefert commemorationem festi concurrentis commemorationibus aliorum non concurrentium. Ait enim : » Quoad ordinem (*commemorationum*). . . servetur, ut prius fiat commemoratio, de quo, secluso impedimento, die illa celebraretur officium, aut Vesperae, ut Capitulum, aut dimidia ». Atqui Vesperae, Capitulum, aut dimidia Vesperarum de illis tantum festis fieri possunt, de quibus factum est aut fieri debet officium, seu quae concurrunt; ergo commemorationes festorum concurrentium aliis praeferendae sunt festorum non concurrentium. Quando igitur in Vesperis adsunt commemorationes faciendae, non solum officiorum duorum, quae concurrunt, sed aliae quoque officiorum quae vel omissa sunt vel debent omitti, seu ad instar simplicium redigi, ut sola gaudere valeant commemoratione, hae aliae commemorationes, uti diversi inferio-



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



est agenda, de quo, secluso impedimento, Vesperae integre fierent, aut Capitulum aut dimidia. Namque festorum, quae celebrantur, commemorationes sup-  
plent Vesperas impeditas in toto vel in parte, dum commemorationes festorum, quae recoli nequeunt, non  
supplent Vesperas, quippe quae haberi nequeunt, cum de iis factum non sit officium. Ea propter, si hodie  
factum sit de Dominica privilegiata, et ad simplicem ritum redactum festum duplex, esto etiam maius, et cras  
de duplici minori agendum esset, hodie in primis Vesperis sequentis duplicis minoris prima com. erit de Do-  
minica, quamvis semiduplicis ritus, et post eam, non prius, commemorabitur duplex praecedens, sive minus,  
sive maius, simplex iam factum. Quinimo eandem sequeris regulam, si festum cras agendum semiduplex esset,  
aut etiam simplex: quo in casu Vesperae integrae forent quidem de Dominica, sed prima com. post Oratio-  
nem Dominicae competeret sequenti festo semiduplici aut simplici, haud vero duplici; quia illud pertinet ad  
officium diei, non autem istud. Idem semper enim est principium, ut propterea recens emendata Rubrica  
praedicet: « Illae semper (*commemorationes*) prae-  
ponantur, quae ad officium pertinent, cuiuscumque (*officium ipsum*) sit ritus ».

At Rubrica eadem exceptionem ponit, cuius altera quaesiti pars rationem quaerit. Exceptio spectat  
commemorationes illas, quae ab officio non separantur. Eiusmodi est com. S. Pauli Ap. in officio S. Petri  
pariter Ap., et vicissim com. S. Petri in officio S. Pauli: de quibus commemorationibus vult Rubrica,  
ut statim fiant post Orationem diei, ante commemorationem aliam concurrentis officii. En continuatio ver-  
borum, quae suprarelata sequuntur: « exceptis illis, quae ab officio, de quo agitur, nunquam separantur,  
uti de sancto Paulo Apostolo in Cathedra sancti Petri etc. prout in Rubricis specialibus suo loco dice-

tur ». Ratio autem exceptionis clarior esse non potest ; eiusmodi enim sunt commemorationes istae, ut quæmvis ad officium diei non pertineant, habeantur nihilominus quasi ad modum unius, seu cum officio connexae, magis etiam quam alterum quod agitur, ratione concomitantiae. Com. namque S. Pauli in officio S. Petri et vicissim, uti com. S. Ioseph in festo Deiparationis Deiparae, ideo praescribitur, ut significetur societas inter personam, quae cum officio honoratur, et alteram quae commemoratur. Inter eas proinde absonum omnino esset, si interponeretur altera com. concurrentis officii, ratio enim societatis, propter quam fit, desineret. Sicut ergo suboriri dubium potuisset, utrum lex de commemorationibus praeponendis ad officium pertinentibus servanda quoque esset circa istas commemorationes, quia ad officium non pertinent, idcirco sapiens Rubrica ad maiorem perspicuitatem exceptionem praefatam explicite notare voluit.

III. Tertio quaeritur pro quo veritas pugnet inter Calendarii Redactorem et Caeremoniarum magistrum ?

Fert casus, ut feria VI, quae praecedit Sabbatum Pentecostes, in quo occurrit Romae S. Urbanus duplex, proindeque ad simplicem ritum reducendus, ita Vesperae fuerint ordinatae, ut integrae tributae fuerint duplici praecedenti, et prima com. post Orationem diei facta fuerit de S. Urbano duplici simplicato, inde de Sabbato sequenti, seu de feria. Id egit Calendarii Redactor, quia feria ius concurrenti non pollet ex Rubrica, ut proinde S. Urbanus illi videretur feriae praefendus : quod Caeremoniarum magister aegre tulit. Nunc autem feriam non posse concurrere veritas est, quam Rubrica docet : « Feria non potest concurrere cum alio officio in secundis Vesperis, neque cum ipsa potest esse concursus in primis Vesperis ».



ris (*Tit. II, n. 9*) ». Veritas ne igitur Calendarii Redactori favebit? Certum est oppositum. Iuvet referre Guyeti verba super natura feriae VI post octavam Ascensionis. « Mystério non vacat, scribit cl. Auctor, quod festum Ascensionis, praeter morem aliorum festorum, octavam suam ultra octavam diem quodammodo prorogat; quippe cum octava quaelibet consummatam in aeternitate gloriam repraesentet, huic octavae duo dies additi quid aliud innuunt, quam beatam aeternitatem nunquam exhauriendam?... Sed et alia bidui illius ratio est, nimirum cum ambae sint cognatae festivitates, Ascensio et Pentecostes, nullumque aliud post terminatam octavam Ascensionis tempus subintret, necesse fuit ipsum Ascensionis officium continuari usque ad Pentecostem: continuatio autem ista id exigere visa est, ut pari ritu fieret atque infra ipsas octavas, nempe semiduplici . . . (*Lib. IV, Cap. III, quaest. 3*) ». Et revera ipsa Rubrica specialis notat (*post Octav. Ascens.*): « Duobus sequentibus diebus officium fit sicut infra octavam Ascensionis »; ergo semiduplex. Quod apertius notat Rubrica Generalis, dicens: « Excipitur... Vigilia Pentecostes, quae cum tribus Nocturnis sub Officio semiduplici celebratur (*Tit. 6, n. 5*) ». Hoc posito, iam in aprico est, rationem incapacitatis concurrenti ex parte feriae in casu applicari non posse; quia feria ista, seu istud Sabbatum, in quo Vigilia celebratur Pentecostes, est sui generis, videlicet non simplicis, uti in feriis generaliter accidit, sed semiduplicis ritus. Atqui officium ritus semiduplicis ius habet ad utrasque Vesperas; ergo etiam officium Vigiliae Pentecostes, cum semiduplex sit, certum ius ad utrasque Vesperas possidet, quamvis habere secundas non valeat ob sequens officium Pentecosten, quod suam vigiliam quodammodo absorbeat. Com. itaque huiusce vigiliae vere et proprie ad officium diei pertinet: ad-



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

Ita videtur quidem, sed aliter rem se habere gravibus de causis iudicamus. Imprimis enim notandum, Appendicem Pontificalis Romani, severe loquendo, pertinere ad dictum codicem, quatenus illud sequitur, sed illud non constituere; eo quod non sit pars illius, sed tantum Appendix. Academia Liturgica Romana hanc quaestionem pertractavit in Conventu habito in Ecclesia Presbyterorum Missionis die 20 Maii 1896, et sequenti modo se expressit: « Eius (*Appendicis Pontificalis*) auctoritas, quamquam unum corpus cum textu non efformet, non deficit omnino, eo quod S. R. C. die 3 Aug 1888.... Ratisbonensem Editionem una cum Appendice approbaverit, eam vocans *novam Pontificalis Editionem typicam*. In editionis monito a Rmo P. Schober subscripto dicitur quod S. R. C. partem propriam, scilicet quartam *composuit* etc. ad maiorem Episcoporum commoditatem, ideoque *praesens Editio suprema auctoritate munita et ut typice circa Editiones in futuro publicandas* declarata est. Hoc tamen non indicat, Appendicem eandem prorsus auctoritatem habere ac **textum**: qui ex Apostolicis Constitutionibus vim obligandi habet, dum Appendix *ad maiorem Episcoporum commoditatem* composita dicitur (*V. Ephem. Liturg. Vol. 1897, pag. 645 et seq.*) ». Hinc patet, ea quae in hac Appendice inscripta sunt, vim tantum per se habere posse Episcopos dirigendi, non obligandi. Diximus tamen *per se*, quia ex alio capite, puta, quia Rubricae corporis Pontificalis idem praescribunt, obligationem parere possunt. Consequens ergo est, ut pro colore paramentorum, quibus Ordinandi uti debent, recursus sit habendus ad ipsum Pontificalis textum.

At quid textus ait? Nihil omnino. Si autem auctores hac in re peritos consulas, vix aliquid certi reperies, cum alii de dicto colore prorsus sileant, alii vero alterum potiusquam alterum colorem adhibendi libertatem concedant,

legis silentio innixi. Ita ex. gr. Martinuccius scribit: « Cuius coloris oporteat ut sint Ordinandorum paramenta, Pontificale (*de Appendice ne verbum quidem*) non praescribit. Id credo reliquisse liberum, propterea quod difficile admodum sit, ut habeantur uniformia, praesertim si Ordinandorum numerus non esset exiguus. Romae in Lateranensi Basilica, ubi celebrantur Ordinationes, utuntur paramentis concoloribus Officio, quae hac de causa suppeditata fuerunt a Sum. Pont. Benedicto XIII. Hinc opera dabitur, ut quoad fieri possit, quaedam adsit uniformitas (*Man. Caerem. Vol. VII, Cap. III, n. 26 in Nota*) ». Ex quibus liquet, uniformitatem quamdam requiri ex rei natura, sed hunc vel illum colorem non esse praeceptivum. Idem concludes, si De Herdt consulas, qui scribit: « Pontificale colorem paramentorum non praescribit, quia in generali et numerosa Ordinatione eiusdem coloris paramenta saepe non inveniuntur, in fine tamen de Ordinatione unius, colorem album in quolibet tempore et die requirit: unde concludendum est, colorem album convenire si huius coloris paramenta faciliter haberi possint (*Prax. Pont. Lib. VI, cap. 2, n. 558, pag. 528*) ». Ubi notes velim adhibitum verbum *convenire*, haud vero *praescribi*, et insuper etiam conditionem appositam: ex quibus duobus facile derivat consecrarium, non de obligatione coloris albi, sed de congruentia verbum fieri. Si denique interrogas A Carpo, eodem in statu incertitudinis manebis, cum dicat tantum: « Paramenta Ordinandorum, iuxta morem Patriarchalis Basilicae Lateranensis, esse debent (quoad eius fieri potest) coloris convenientis Casulae Episcopi celebrantis (*Biblioth. Liturg. pars tert. n. 29*). » In quibus verbis notanda venit primo parentesis, et insuper auctoris sentiendi ratio contra colorem, de quo Appendix Pontificalis Romani. Decretum aliquod quaesivimus ad rem in Collectione Decretorum; sed

invenire non potuimus: quamvis certiores nos aliqui faciant, extare Decretum, quod praescribit exemplum esse sequendum Lateranensis Ecclesiae.

His omnibus inspectis, quid ad propositum dubium? Magister caeremoniarum stat pro colore albo, ratione Rubricae in Pontificalis Appendice inscriptae, quam tamen vidimus *per se* obligationem non inducere. Episcopus stat pro colore violaceo, in hypothesis, credimus, eundem esse colorem Episcopi ordinantis. Ecclesia Lateranensis in suis generalibus Ordinationibus utitur colore Missae, eoque utendum esse, si fieri tamen possit, a Carpo ex illius exemplo docet. Quid concludendum? Brevi: Lex certa non adest: laudabilis color albus, cui favet caeremoniarum magister, et laudabilis quoque violaceus, concolor Celebrantis colori, ut diximus, cui favet Episcopus; ergo, certum nobis, atque in praxi tenendum videtur responsum: Caeremoniarum magister suam sentiendi rationem submittet Episcopo superiori suo, et coloris violacei parabit vestes pro Ordinandis in sacris, prout eidem Episcopo placet. Ratio enim submissionis et obedientiae postulat, ut inferior superiori pareat, et modus videndi superioris rationi videndi subditi, in casu maxime, praevaleat.

II. *Ex Hollandia. De Missis cantata et lectis pro die obitus.* 1. In nostra dioecesi obitum inter et sepulturam ordinarie intercedunt tres vel quatuor dies: Licetne hisce diebus celebrare missas privatas de Requie, *in duplici*, iuxta novum Decretum « Aucto », ubi dicitur: « missas privatas de Requie, praesente, *insepulto* etc. fieri posse die vel pro die obitus aut depositionis; et iuxta de Herdt I pag. 60 et Cavalieri ibidem citatum, « per diem obitus seu depositionis intelligitur *totum spatium* ab instante mortis usque ad sepulturam »?

*Resp.* Principium, quod admittit diem obitus et diem



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



spatium, esto trium aut quatuor dierum, quod ab obitu ad tumulationem intercedit, permissae iudicandae sint iuxta Rubricas et Decreta.

At probe notatum volumus, Missas praefatas in praedicto spatio permissas, non in singulis diebus, infra eiusmodi tempus inclusis posse dici, uti inferre quis posset ex dicendi modo cl. Consulenti, sed semel tantum, seu in uno ex praefatis diebus. Hic est sensus, sicut antiquorum Decretorum, ita et Decreti **Aucto** : adeo ut perperam indubie ageret, et contra legem, qui pro duobus aut pluribus diebus praefatas Missas iteraret. Decretum namque hoc unum tantummodo intellexit, videlicet tempus extendere, in quo fieri possit, seu Missa una cum cantu, quae ab antiquo permissa iam erat, seu plures Missae privatae, quae prius erant vetitae, haud obstante ritu duplici occurrente. Nihilominus, tam illa quam istae in uno tantum ex dictis diebus, et non in pluribus permissae sunt. Caveat ergo cl. Consulens, caveant omnes, ne ab re Decretum intelligentes, Missas praefatas iterent diebus vetitis. Namque, in uno ex his diebus celebratis Missis, reliqui dies easdem prohibent, etsi intra pluries dictum temporis spatium contineantur.

2. An, ut *hoc* liceat, necessarium est, quod etiam *hisc* diebus missa cantata fiat iuxta Responsum S. R. C. 12 Ian. 1897 ? Nonne sufficiens quod post aliquos dies occasione exequiarum missa cantatur ?

*Resp.* Ex expositis in prima responsione facile inferatur responsum ad hoc alterum dubium. Si enim in uno tantum ex praefatis diebus licent Missae, tam nempe cantata quam lectae, manifesto sequitur non esse permissum, ut in uno celebretur cantata, in altero dicantur lectae ; sed et cantatam et lectas in uno eodemque die esse dicendas : secus contra legem fieret. Sane, lex est notissima

de Missis generaliter vetitis in duplicibus, et hanc pro uno tantum die voluit Ecclesia relaxare in defunctorum gratiam. Si quis ergo Missas lectas a cantata ita divideret, ut illas hodie, hanc cras faceret, bis relaxaret legem contra manifestam legislatoris voluntatem, quod profecto non licet. In uno igitur die tantum, tam cantata quam privatae fiant Missae, in reliquis servetur lex de Missis de requie in duplici non celebrandis.

3. Pro licitate Missarum privatarum de Requiem requiritur iuxta Resp. S. R. C. 12 Ian. 1897 : « Si agitur de ecclesiis et oratoriis publicis fieri debet etiam funus cum missa exequiali ». Quid intelligitur hic per funus cum missa exequiali ? Si v. gr. quis moritur, in sua parochia exequiae celebrantur, ibidemque ergo licitae sunt missae privatae de Requiem ; sed etiam saepe in *aliis* parochiis familia curat exequias vel missas cantatas de Requiem celebrari — an iam in *his ultimis parochiis etiam* licitae sunt missae privatae de Requiem iuxta decretum « Aucto » ?

*Resp.* Verba illa « Si agitur etc. » in citato Decreto ad hoc fuere posita, ut indicetur, Missam vel Missas privatas ex privilegio permissas in Oratoriis domesticis aliquarum domorum, praesente moraliter cadavere, fieri posse sine cantata, quippe quae in illis prohibita: dum e contra eadem non licebunt in Ecclesiis aut Oratoriis publicis, nisi Missa quoque cum cantu locum habeat. Haec autem in Decreto *exequialis* nuncupatur, hoc est Missa, quae haberi solet praesente, sive physice sive moraliter, cadavere : haec est quae Missa *exequialis* dicitur. Hinc patet, hanc Missam non posse fieri, nisi in una tantum Ecclesia aut Oratorio publico ; quia cadaver nunquam in plures Ecclesias deferendum est, sed in unam tantum ; et in hac solum, non in aliis, Missa in duplicibus permittitur. Haec



quoque ratio est, propter quam Decretum nominat *funus cum Missa exequiali*. Vult nempe lex, ut Missae privatae in illa tantum Ecclesia aut Oratorio dici valeant, in quo cadaver defertur, et in quo tota, quaecumque sit, maior vel minor vel exigua, pompa funebris agenda est. Facile ex eo inferes, si cadaver in unam defertur Ecclesiam, ubi celebrantur exequiae, quae praecipue Missarum solemnities comprehendunt, non licere in aliis Ecclesiis, sint parochiales vel non, parum interest, easdem Missas facere, sit cantata, sint lectae. Hinc patet ad hoc Dubium tertium certa responsio.

4. Dicunt Ephemerides : hae missae privatae licitae sunt *ante* vel *post* missam exequialem vel durante missa exequiali : quousque *to ante* et *post* extendi potest ?

*Resp.* **Ante** et **post** extenditur ad totum mane, in quo Missas licet celebrare, illius tamen solius diei, in quo funus agitur, et non aliorum. Nec ratio innuenda, cum luce meridiana clarius pateat ex dictis.

5. Missae diei 3, 7, 30, privilegia habent anniversarii stricte dicti, saltem si in *cantu* sint. Sed cum hoc privilegium habent tantum in ecclesia, ubi exequiae celebratae sunt, vel in quibusvis ecclesiis et parochiis ?

*Resp.* Paroecia defuncti ius habet, ratione sepulturae, celebrandi exequias pro illo : adeo ut, si alibi defunctus illas peragendas esse voluerit, quia alibi sepeliendus, vel parentes id iubeant, satis est ex iure canonico notum, Parochum defuncti ius acquirere quartae funerariae percipiendae. Hoc nihilominus accidit pro exequiis diei obitus, et non comprobatur pro aliis privilegiatis diebus, III, VII, XXX et anniversaria. Sicut enim de sepultura ius verba facit, ita de funeribus, quae aliis diebus fieri possunt, plane silet. Hinc sequitur, parentes vel amicos in plena esse libertate his diebus, praeter obitum, has exequias celebrandi



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

misit Filium, Filius incarnatus est, et de Spiritu Sancto conceptus est. Quare ergo nequit Oratio ad Patrem dirigi, eique in exordio Orationis dici, Ipsum creasse nos atque etiam redemisse? Cum nihilominus Filius sit, qui pro nobis incarnatus est, sancta Ecclesia Patrem adprecatur, ut sacrificium dignetur suscipere, quod fuit oblatum *in honorem nominis eiusdem Filii sui*. Namque sacrificium, quod est Filii, Patri iure offertur, cumque honorat; sed honorat et Filium, qui sacrificium est, nomenque suum, cuius festum agitur in casu. Hoc igitur Sacrificium salutaris hostiae, Ecclesia offert maiestati Patris, quod nomini eiusdem Filii honori est, et ad hunc finem offert. Nil ergo mirum, si in praefata Oratione redemptio tribuatur Patri, et tamen Verbum, quod incarnatus est, seu salutarem hostiam, quae Ipsemet est, eidem Patri dicatur offerri in honorem nominis eiusdem Verbi.

2. Ad quem etiam dirigatur Secreta Missae, in festo S. Camilli de Lellis? Est equidem ordinata « per D. num nostrum Iesum Christum »; ad quamnam vero Personam? silet contextus. Qua ergo de causa reticatum fuit nomen Dei Patris, contra consuetam praxim? an ex mera oblivione? an ex incerta quadam alia ratione?

*Resp.* Non credimus profecto, Ecclesiam aliquam obligatione obstringi ad personam explicitè nominandam, ad quam Oratio in Sacra Liturgia dirigitur. Sine fine sunt Orationes, in quibus Pater haud nominatur, qui tamen ex contextu abunde dignoscitur. Aliunde nec innuenda veritas fidei, Deum esse Patrem, Deum Filium, uti Deum Spiritum Sanctum. Si ergo exoratur Deus per Filium, iam luce meridiana clarescit, Orationem ad Patrem dirigi. Consequenter neque in casu, ut silentium nominis Patris explicetur, recurratur oportet ad exceptionem contra consuetam praxim, neque ad oblivionem, neque ad alias in-

certas rationes. Non ad exceptionem, quia exceptio non est, uti in quamplurimis Orationibus Liturgicis videre est. Non ad oblivionem, quae dari quidem posset; sed non admittenda, nisi ex mera necessitate, quando defectus manifestus est. Non denique ad rationes incertas, quae nulla necessitas urget, ut admittantur.

IV. *E Laude Pompeia. De Patrono in Oratione A cunctis nominando.* Pluribus decretis constat (*Eph. IX p. 174*) in Orat. *A cunctis* quando Titularis Eccl. non esset nominandus licere exprimere nomen Patroni loci. At fere omnes Paroec. h. Dioec. Patronum stricte dictum non habent, sed Patronus Dioeces. censetur Patronus etiam proprius singularium istarum paroec. An in dictis eccl. in quibus nomen Titularis non est dicendum in dicta Orat. exprimere liceat nomen Patroni Dioec. ut patronus loci?

*Resp.* Nominandum esse in Oratione *A cunctis* Ecclesiae Titulum nullus ex Ecclesiae viris nescit. Si vero Titulus nominari non possit ex notis causis, tunc Decreta permittunt nominare Patronum loci. *το loci* significat civitatem, vel oppidum etc. in qua est Ecclesia, quae talem Patronum recolit, et hic debet esse praecipuus. Quid autem si locus Patronum hunc non haberet? Reponendum, saltem adesse semper Patronum civitatis Episcopalis, qui, uti patet evadit totius quodammodo Dioecesis Patronus. Nunc autem certum est Patronum Dioecesis locum accipere Patroni loci, si hic deficiat. Id constat praecipue ex recentioribus Decretis, quae cum nominant Patronum loci addunt etiam, *et in huius defectu, Patroni Dioeceseos.* Ergo, deficiente Patrono loci, Dioeceseos Patronus sibi vindicat illius iura: adeo ut sicut licet in Missa addere, sub quibusdam limitibus, nomen Patroni loci, ita quoque licebit addere, illo deficiente, nomen Patroni Dioeceseos.

V. *E Dertona. De sacrorum in Missa solemnibus Ministro-*

**rum sessione eodem in scamno Celebrantis.** Ministris sacris in solemniori Missa licet ne sedere aequaliter eodem in scamno Celebrantis, an potius in humilioribus subselliis ?

*Resp.* Ministros credimus in Missa solemniori sedere eodem in scamno debere cum Celebrante, non autem in humilioribus subselliis. Rubricae namque Missalis simul semper supponunt, cum fieri quidem potest, ministros cum Celebrante, quamvis huic semper primas tribuant. Ita super altari, ita in Orationibus, in eundo, in redeundo etc. Quod si aliquando in inferiori gradu stant ministri, uti in Orationibus accidit, et quandoque a Praefatione ad Communionem, id unice accidit ratione ritus, unum post alium esse debere praescribentis, non vero praeminentiae. Quare ergo idem accidere non deberet, cum in scamno sedent ? Sedere autem in loco separato est ritus proprius Missae Pontificalis Episcopi, sive ad faldistorium celebret, sive ad thronum. Nota autem, ipsis Protonotoriis Apostolicis Pontificalia Missarum agentibus, non nisi idem concedi scamnum tapeto coopertum, sed **una cum ministris** (*Const. Pii Pp. IX, n. XV*). Scamnum itaque Celebranti Sacerdoti in Missa solemniori, distinctum a scamno ministrorum, qui inferioris esset gradus, non credimus convenire. Hinc Caeremoniale Episcoporum (*Lib. 1, cap. XII, n. 22*) sequenti modo se exprimit, de scamno Celebrantis et ministrorum ad Missam verba faciens : « Satis erit scamnum *oblongum*, coopertum aliquo tapete aut panno, aptari latere Epistolae, in quo sedeat Celebrans cum Diacono et Subdiacono ». Quid per verbum *oblongum* significatur, nisi idem scamnum, in quo Celebrans sedere valeat simulque ministri ? Nonne Rubrica indicasset, si voluisset inter Celebrantem et Ministros aliquam distinctionem permittere ? Eapropter Gardellinius scribit, hac praecise de re tractans in Instructione Clementina : « Coercenda hinc esset, Praesidium auctoritate,



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



*Cap. 24, n. 11*). Si alicubi nihilominus aliter fieri solet, res peculiariter examinanda foret cum omnibus rerum et personarum adiunctis, non statim improbanda, cum idem Caeremoniale notet, quoad ordinem distribuendae pacis locorum consuetudinem esse servandam (*Loc. cit. n. 12*). Quod autem de pace dictum est, de thurificatione pariter intelligas, quia Caeremoniale eundem ordinem in utroque casu tenendum docet.

5. Episcopus Ordinarius ius habet et onus curandi ut Rubricae serventur, earumque observantiam imponere potest suis quibuscumque clericis. Sed si agatur de consuetudinibus longaevis, quae aut nihil aut vix a lege dissonant, caute ipsi procedendum, ne auctoritatem suam minuendi periculo se exponat.

VI. *E Dioecesi Briocensi. De translatione festi Sacratissimi Cordis Iesu.* Iuxta Decretum *in Romana, 23 Iulii 1897*, Solemnitas SS. Cordis Iesu potest ab Episcopo transferri ad diem ab ipso designandam dummodo non sit festum vel dominica primae classis. Quaeritur: 1.º utrum extendatur istud privilegium ad dioecesim quae iam per indultum obtinuerat facultatem transferendi supradictam solemnitatem ad tertiam dominicam post Pentecosten? 2.º quatenus affirmative ad 1<sup>um</sup>, an semel pro semper eadem die mensis aut hebdomadis per totam dioecesim sit determinanda, quae mutari nequeat amplius, nisi iuxta communes translationis regulas; an vero liceat Episcopo quotannis diversam pro diversis ecclesiis diem designare, prout ad fovendam pietatem expedire iudicaverit? 3.º et quatenus negative ad 2<sup>um</sup>, an possit saltem designare, pro monasterii vel collegii ecclesia, conclusionem exercitiorum spiritualium annuorum, quae quidem eadem mensis aut hebdomadae die regulariter occurrit, nonnunquam tamen ob causas Liturgiae extraneas aliquatenus anticipatur vel differtur.

*Resp.* 1. Ratio dubitandi quod primam petitionem attinet, esse potest, quia eo ipso quod aliqua dioecesis obtinet privilegium transferendi aliquod festum, etsi quoad solam solemnitatem, ad aliam diem, statim privilegium velut in legem transit, eique renuntiare amplius non licet: ita communiter auctores Decretis freti. Unde sequi videtur privilegium posterius, quod est commune, afficere non posse seu non respicere illos, qui, eadem de re, lege obstricti sunt. Sed quantum videmus nos, aliter ratiocinari licet. Nam lex aliqua obligat quoadusque non relaxetur, sed lege relaxata, omnes illi qui plus minusve ligabantur, amplius ad illam non tenentur. Ergo Dioecesis in casu, etiam privilegio in legem converso, ad eam amplius non tenetur, quia eius ratio non amplius existit. Praeterea, Dioecesis, de qua agimus, privilegio translationis posito, in pari est conditione ac aliae Dioeceses, hoc solum cum discrimine, quod istae tenebantur agere solemnitatem eodem die, quo festum SS. Cordis agebant, seu feria VI post Octavam Corporis Christi, illa vero in Dominica tertia post Pentecosten. Atqui pro Dioecesibus in genere lex ista desiit; ergo et pro nostra Dioecesi: secus dicendum foret, privilegium converti posse in damnum, non in iuvamen privilegiati, quod est contra intentionem concedentis. Ergo quoad I<sup>um</sup> Dubium respondemus affirmative.

*Resp.* 2. Privilegium translationis datum est in favorem populi fidelis; ergo intentio dantis ea est, ut populus huiusce solemnitatis, eiusque privilegiorum possit particeps fieri. Atqui, si semper in eandem diem, semel pro semper designatam, transferretur, contrarium aliquoties facile eveniret; ergo eiusmodi non fuit legislatoris voluntas. Insuper quando S. R. C. translationem solemnitatis indulget, determinare quoque de more solet diem, in qua celebranda est, et a qua recedere non licet. Verum in casu dictam



diem determinare noluit, ea praecise ratione, ut libertatem Episcopis locorum relinqueret illam determinandi, prouti melius utiliusque iudicarent. Atqui si semel tantum pro semper eam designare tantum possent, scopum non nisi imperfecte attingerent, cum ceterum ipsamet S. C. designare potuisset. Ergo dicendum est, non semel pro semper Episcopos praefatam diem posse statuere, sed toties quoties, seu in unoquoque anno illam, quae opportunior videtur.

*Resp. 3.* Finis privilegii, non fuit sola utilitas alicuius Collegii vel Monasterii; sed totius populi clerique. Diem ergo, de qua in tertio dubio, posse ab Episcopo seligi, non dubitamus, cum in Decreto amplissima relinquatur ipsi libertas; sed eidem quoque attendenda utilitas reliquorum fidelium, ut omnes, quantum vires suppetunt, e tanto privilegio uberes percipiant fructus.

---

## BREVIORA RESPONSA

---

I. *Pro Pekino.* Dies centenarius, ad orandum peculiariter pro defuncto aliquo, uti fit diebus III, VII, XXX, et anniversario ex universalis et approbata consuetudine, non videtur per se censura dignus, immemorabili illum cohonestante consuetudine. Dies enim centenarius antiquitus sacer reputabatur, uti dies, quos nos recolimus ad dictum finem, sicuti videre est apud Durandum (Lib. VII, Cap. XXXV, n. 13), et ipsum quoque notat Rituale Romanum Cardinalis S. Severinae. Praefatum tamen diem dicere privilegiatum sicut III, VII, XXX, et anniversarium, non audemus; quia inter dies, quos peculiariter re-



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

ad quatuor candelas ; sed aliter dicendum est quod preces spectat in fine illius praescriptas. Si enim eiusmodi Missa non sit vere conventualis, aut cum cantu, dictas preces omittere non licet. Quoad candelarum namque numerum S. R. C. ita legem est interpretata: sed quoad preces praescriptas talem non dedit hucusque interpretationem, imo oppositum sentit. Ergo.

V. *Pro Neapoli.* Cum Celebrans in Missa solemni post Confessionem, sicut et in Vesperis ad *Magnificat*, ascendit Altare cum suis Ministris, et illud osculatur, non debent eodem tempore Diaconus et Subdiaconus, uti Pluvialistae in Vesperis, genuflectere in suppedaneo. Ratio est quia Rubricae de ea genuflexione silent. Ceterum ulterius patebit, primum saltem, in novae Decretorum Collectionis Volumine III. Sed neque ex eadem ratione tenentur in Missa solemni defunctorum ; quia licet tunc de medio Altaris procedunt prima vice in cornu Epistolae, nihilominus per medium non transeunt.

VI. *Pro eod. loco.* In Missa solemni, post Consecrationem, an, cum Ceroferarii redire debent in Sacristiam, antequam recedant debeant utrumque genu flectere Sacramento, omissis reverentiis Choro; an simplicem in casu facere debeant genuflexionem, et etiam consuetas reverentias Choro, Vide *Ephem. Liturg.* 1888, pag. 588 circa medium.

VII. *Pro eod. loco.* Cum Chorus duobus constet ordinibus, quorum alter est Sacerdotum, alter Clericorum, Diaconus in Missa solemni, thurificato primo ordine, incipiendo a latere Evangelii, deinde ad latus Epistolae, non convenit, ut redeat in cornu Evangelii, ad thurificationem ab ea parte incipiendam secundi ordinis Chori; sed prosequi debet in ipsa parte Epistolae thurificare secundum ordinem, postea vero thurificare eundem ordinem in

parte Evangelii. Quia ratio dignitatis, cum non agatur de Canonicis, nec de iis qui illos repraesentant, ut in casu, sed tantum de clericis, considerari non potest. Idem dicendum de Subdiacono in deferenda pace.

VIII. *Pro eod. loco.* In Vesperis solemnibus, quando Celebrans, factis debitis reverentiis, procedit ad scamnum pro eo paratum in cornu Epistolae, Presbyteri pluvialibus parati debent illum comitari, et stare ante ipsum usque ad intonationem primae Antiphonae, ut aperte innuit Caeremoniale Episc. : non vero statim secedere ad relativa scamna ; et post intonatam a Celebrante Antiphonam, tunc pergunt in medium altaris ad intonandum psalmum, postea ad loca sua.

IX. *Pro eod. loco.* Servari optime potest consuetudo, iuxta quam in Vesperis solemnibus duo Presbyteri pluvialibus induti, qui simul praeintonant Antiphonas ab utraque parte Chori, etiam Psalmos intonant in medio Chori ante Altare ; et dispositio Caeremonialis Episc., praescribentis ut duo cantores cottis induti intonent Psalmos in medio Chori, supponit minorem in Vesperis solemnitate.

X. *Pro eod. loco.* In eisdem Vesperis, thurificato Celebrante a primo Presbytero assistente pluviali parato, potest indubie idem Assistens caeteros omnes de Choro thurificare, sicut Diaconus facit in Missa : ita in omnibus etiam observantioribus Ecclesiis Urbis. Dispositio autem caeremonialis Episcoporum, vi cuius omnes de Choro, tam Sacerdotes, quam Clerici, thurificantur a thuriferario, vel ab ultimo ex Assistantibus paratis, mica salis accipienda est. Pluvialistae autem thurificari debent ab eo, qui incensat Canonicos, et post hos, ante reliquos de choro, non vero post omnes de Choro, sicut Subdiaconus in Missa.

XI. *Pro eod. loco.* Cum Matutinum solemniter cantatur, praesertim in nocte Nativitatis Domini, duo canto-

res minus conformiter agunt Caeremoniali Episcoporum, si una cum Celebrante induunt pluvialia ab initio, ut sic parati praeintonent Antiphonas ab utraque parte Chori, non secus ac in Vesperis, atque intonent Psalmos in medio Chori. Quia dictus Codex, seu Capite V Lib. II de Matutino in genere, seu Cap. XIV de Matutino solemniter celebrando in nocte Nativitatis, id non supponit. Ceterum consuetudo contraria, non tam contra legem, quae id non vetat, quam praeter ipsam esse videtur, ut proinde sustineri posse videatur.

XII. *Pro Senogallia.* Loco citato agitur de concursu duarum octavarum inter se, non de concursu diei octavae cum duplici minori; ergo non sequitur consecrarium, secundum quod Vesperae diei octavae cuiuscumque Tituli integras sibi vindicant Vesperas contra duplicem minorem.

XIII. *Pro eod. loco.* Rubrica *ad Matutinum in Dominica infra octavam Nativitatis* praecipua notat quae mutanda sunt, reliqua silet, uti ŷŷ. et Capitulum: quae ceterum uti alia mutata ibi prostant. Convenimus tamen si, uti reliqua, indicata et haec fuissent, eam perfectiorem evasisse.

XIV. *Pro Urbe N. 1.* Sculpi effigiem Sacratissimi Cordis Iesu in hostiis consecrandis *per se* non est vetitum; imo optimum videri posset, cum Cor Sacratissimum Christi pars sit ipsius, in almo Sacramento iam contineatur, et apprime inservire valeat pietati fovendae. Sed usus universalis fert imaginem, in hostiis, Christi crucifixi, a quo usu consultius credimus non esse recedendum, cum cetero haec ipsa imago ceteris sit aptior etiam ad devotionem in cordibus excitandam.

2. Hostia minor, seu particula pro Hostia maiori, *per se* adhiberi posset pro expositione solempni, uti patet; sed grave oritur inconveniens, quod nempe velut abscondita maneret, et oculis fidelium fere invisibilis. Hinc, si data



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



XVI. *Pro Hollandia.* Directoria, seu Calendaria, quae Rubricis Generalibus postremo emendatis innixa, ponunt in die octava S. Stephani: *Vesp. de seq. (scilicet S. Ioannis) com. praec. et Ss. Innocentium*, indubie errant; constat enim, Rubricas speciales festa eorumque octavas dirigentes, quae per octavam Nativitatis Christi celebrantur, non fuisse mutatas. Idque, seu quia dicta festa singulariter ordinantur, et communes concurrentiae leges non sequuntur, sive etiam in gratiam antiquitatis.

XVII. *Pro Sinis.* Arbitramur diem obitus extendi non posse ad diem 15. vel 20. in quo Christiani sinenses agere solent funera pro defunctis. Consequenter diebus dictis tam remotis ab obitu non credimus licite posse fieri Missas cantatam et lectas, iuxta Decretum **Aucto.** At quare non instruuntur fideles, ne defuncti animae priventur suffragiis, quae pia mater Ecclesia adeo sollicita est, ut, quantum fieri possit, comitentur defunctum decedentem?

XVIII. *Pro eodem loco.* Rituale Romanum cum sua Appendice, quod typis de Propaganda Fide vulgatum fuit anno 1870, certe approbatum est; ergo benedictionum formulas, quae in eo prostant, licite adhiberi posse credimus. Consultius tamen erit, ut Missionarii Ritualis Romani typicam Editionem sibi comparent, eaque utantur.

## SOLUTIO QUAESTIONIS

pro mense Aprili 1899 propositae. (1).

### PROPOSITIO.

Consuetudo viget in quibusdam Ecclesiis, ut die 2 Nov., cantata post defunctorum officium Missa, plures impartiantur Absolutiones. In his autem alii Responsorium *Libera me Domine*

(1) Alter, qui huiusce quaestionis dedit solutionem, fuit cl. A Fourneret, quem lectores satis abunde norunt. Et ipse autem in eandem venit sententiam, quam solidis etiam rationibus de more communivit.

in tot partes dividunt, quot sunt Absolutiones impartienda: alii integrum illud repetunt in singulis Absolutionibus: alii tandem canunt in primis aliqua ex illis Responsoriis, quae habentur post lectiones officii defunctorum, in ultima vero Absolutione, quae pro omnibus defunctis est, canunt Responsorium *Libera*. Quaeritur: 1. Quid generatim de dictis pluribus Absolutionibus tali die? 2. Quid de ultimo Responsorio in plures partes diviso et de aliis hae illae sumptis?

## SOLUTIO.

« Absolvere animas defunctorum nihil aliud est, ait Catalanus, quam orationes et quasvis alias preces pro defunctis dicere, thurificationes quoque, aspersiones aliasque id genus caeremonias peragere, circa corpora Defunctorum (*ad Pontif. Tit. 21 pars III.*) ». Unde autem huiusmodi precibus nomen *absolutio* venerit, auctores certant. Illas ita fuisse denominatas, quia absoluta Missa fiunt, contendit Tetamus; sed probabilior mihi videtur sententia, quam tradit Gavantus, nempe absolutionem nomen suum accepisse ab oratione *Absolute*, qua generatim concluditur.

Plures modos absolutionem peragendi nobis exhibent liturgici libri; in omnibus tamen una eademque substantialis forma reperitur. Post cantum alicuius Responsorii vel alicuius Psalmi, Celebrans, triplici invocatione *Kyrie eleison*, *Christe eleison*, *Kyrie eleison* praemissa, cadaver vel tumulum adspergit thurificatque, Orationem Dominicam interim recitans, qua finita, paucos versus et unam vel plures Orationes adiungit, Choro respondente.

Absolutio plerumque post finitam Missam peragitur, licet etiam dari possit, quin Missa praemittatur, ut patet ex Rituali Romano, in quo aperte traditur, absolutionem antequam cadaver ad sepulturam deferatur peragendam esse, etiam in casu, quo Missa celebrari non possit. Constat etiam ex S. R. C. decreto in *Urgellen*. (11 Jun. 1884), quo haud reprobatur usus absolutionem peragendi post Vesperas, aut Rosarii recitationem, festis tantum solemnioribus exceptis. Post Missas vero vivorum,



absolutionem peragere non licet (*S. R. C. Picena*, 4 Aug. 1708, et *Cochinchinae* 9 Jun. 1853 ad 1), etsi eam statuerint testatores (*Montis Regalis 20 Mart. 1869 ad X*). In primis exequiis quae in Metropolitanis et Cathedralibus Ecclesiis pro aliquo Summo Pontefice, S. R. E. Cardinali, Metropolitano, Episcopo proprio, Imperatore, Rege vel Duce Magno aut Domino loci celebrantur, quinque absolutiones fiunt, ut Pontificale tradit. Romae tamen nunc temporis pro solo Pontefice Summo quinque fiunt absolutiones, sed antiquitus et pro E. mis Purpuratis Patribus peragi solebant, ut patet ex Caeremoniali Sanctae Romanae Ecclesiae, ab Augustino Patritio Piccolominio, Senensi († 1496), conscripto, et a Christophoro Marcello Venetiis anno 1516 edito.

Antiquitus in exequiis Sacerdotum et Clericorum tres absolutiones consuevisse peragi scimus ex Sacerdotali Romano ad consuetudinem S. R. E. Venetiis anno 1597 edito. Nunc vero tam pro Sacerdotibus et Clericis quam pro Laicis unicam absolutionem peragendam esse aperte tradit Rituale. Cf. etiam Decretum in *Tuden* (23 Maii 1846 ad 12).

His praemissis, ad propositam quaestionem per partes solvendam devenimus. Imprimis tamen animadvertere praestat quod in casu proposito agitur de pluribus absolutionibus non super tumulum seu castrum doloris peragendas, quod vetitum esset, ut mox superius vidimus, sed super sepulturis pluribus. Casus est sequens: facta absolutione super tumulum, celebrans procedit ad absolutionem iterandam super aliqua ex sepulchris, quae per Ecclesiam existunt, v. g. super Sepulchrum Sacerdotum, alicuius Confraternitatis etc.

Quid igitur generatim de dictis pluribus absolutionibus?

Hoc quaesitum iam sibi solvendum proposuerunt Tetamus et Cavalerius, qui tamen ultimus videtur consuetudinem, de qua in casu reprobare. « Die 2 Novembris, ait iste, non possunt licite fieri plures exequiae seu absolutiones in eadem Ecclesia: abutuntur profecto Rubricis Missalis, qui in eodem Templo eadem ipsa die exequias aut absolutiones iterant. (*Tom. V, Cap. 26, n. 14*) ». « Animadvertit Cavalerius, ait Tetamus, non posse die 2 Nov. licite fieri plures Exequias seu absolutiones in ea-



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

dem Rituale Romanum post unamquamque Missam, unam tantum absolutionem praescribere, scimus equidem legitimam non dari consuetudinem contra disciplinam, « quae sacros respicit Ritus, Caeremonias, Sacramenta », ut docet Benedictus XIV (*De Synodo dioeces.*), non dari scilicet legitimam consuetudinem contra Rubricas; sed, ut communiter tenent auctores, heic agitur solum de consuetudinibus, quae sunt *formaliter* contra Rubricas. Sed in casu nostro agitur de consuetudine utique perantiqua et immemorabili, de consuetudine profecto laudabili, de consuetudine insuper quae, non solum non est formaliter contra Rubricas, sed potius est praeter Rubricas, ut recte observavit Tetamus.

Quod consuetudo huiusmodi perantiqua sit et immemorabilis testem habemus cl. Tetamum, qui asserit illam tunc temporis viguisse in Venetis Provinciis; et nunc eam ab immemorabili vigere scimus in quamplurimis Ecclesiis nostris. Quod sit in se laudabilis, nemo est qui non videat; cum huiusmodi absolutiones, non in detrimentum cultus tendant, et prosint defunctis quatenus sunt (per se) impetratoriae, et Fidelium pietatem ergo animas in Purgatorio detentas excitent, et moveant.

Quod non sit formaliter contra Rubricas, sed potius sit praeter Rubricas, deducitur ex eo quod nec Missale, nec Caeremoniale, nec Rituale, nec Pontificale prohibent plures absolutiones eodem die in eadem Ecclesia peragi, aut absolutiones super ipsa sepulchra peragi. Ritus absolutionis peragendae super defunctorum sepulchra est antiquus, et fuse describitur in Sacerdotali superius citato, sub tit. *Ordo visitandi defunctorum sepulchra* (1).

Praeterea, licet in libris liturgicis, quibus nunc utimur, nullum fiat verbum de pluribus absolutionibus, uti in casu, in Pontificali tamen ritum descriptum habemus, qui cum consuetudine, de qua agimus, similitudinem quamdam praesefert. Cum Episcopus visitat parochias, duas Defunctorum absolutiones peragit, unam iuxta altare pro animabus Episcoporum Defunctorum, (Episcopi enim sub choro sepeliebantur) alteram in coemeterio,

(1) In huiusmodi absolutione Sacerdos pro lubitu utebatur pluviali nigro vel viridi: quod antiquiorem disciplinam revelat, quae distinctionem praecisam colorum, uti impraesenti, nondum possidebat.

et si illud longe distaret, in media Ecclesia pro animabus Sacerdotum, parochianorum et omnium fidelium, qui tam in coemeterio quam ubique in Christo quiescunt. Ex ritu Parochia visitandi patet haud esse ab Ecclesiae Spiritu alienum, ut in eadem Ecclesia eodem die plures peragantur absolutiones.

II. Quid de ultimo Responsorio in plures partes diviso, et de aliis hac illac sumptis.

Licet ex Missali et Rituali in peragenda absolutione canendum sit Resp. *Libera*, cum tamen his in libris verbum fiat de casu quo unica fit absolutio, non videtur reprobandus usus alia Responsorialia ex officio desumpta canendi quando plures peraguntur absolutiones, ut in casu nostro; et ita observatum videmus in Basilica Vaticana, ubi die II Novembris, peracta super tumulum absolutione, clerus processionaliter procedit ad coemeteria, quae sub sacrario existunt, ibique duae aliae dantur absolutiones, unam nempe in Coemeterio Canonico, alteram in coemeterio Beneficiatorum. Ad absolutionem super tumulum canitur Resp. *Libera*, ad absolutionem in Coemeterio Canonico Resp. *Qui Lazarum*, ad absolutionem in Coemeterio Beneficiatorum Resp. *Domine quando veneris*. — Antiquitus aliquibus saltem in locis processio in die II Novembris ducebatur ad coemeterium, ubi decem fiebant stationes, decemque peragebantur absolutiones, et totidem cantabantur Responsorialia, quorum novem ex Matutino desumebantur et decimum erat Resp. *Libera*.

Nec obiici potest Responsio ad dubium XIV in Decreto in *Tuden*. quo reprobatur usus canendi in absolutione ad Tumulum die II Novembris aliud Responsorium ex officio desumptum, praeter Responsorium *Libera*. Casus enim noster a casu S. Congregationi proposito toto caelo distat, etenim in decreto in *Tuden*. reprobatur usus canendi duo Responsorialia pro unius absolutione, in casu vero nostro agitur de uno Responsorio pro unaquaque absolutione.

Praeterea casui nostro favet Pontificale Romanum, quod in describendo ritu quinque absolutionum, quinque iubet Responsorialia esse cantanda, quae diversa sunt. Hinc scribit Cavalieri cum Gavanto, ultimam absolutionem fieri debere cum Re-

sponsorio *Libera*, et Oratione *Absolve*: haec *Absolutio ultima ceteras obligat*. Addit autem: « Ad alias absolutiones cantentur et distribuuntur Responsoria Nocturnorum ex officio mortuorum iuxta numerum absolutionum, illis desumptis, quae videntur magis apta (*Tom. III, Cap. VIII, n. V*). »

Unum Responsorium *Libera* toties repetendi quoties datur absolutio, et ipse retineri potest, quamvis variatio Ecclesiae usui magis respondeat; tunc enim unaquaeque absolutio consideratur tamquam ab aliis totaliter seiuncta.

Quoad usum Responsorium *Libera* in tot partes dividendi, aperte dicam ille probandum non censeo, cum liturgicis legibus minus sit conformis, nullum enim in liturgicis libris invenitur exemplum alicuius absolutionis hoc modo peragendae. Non satis insuper manet observata forma substantialis absolutionis, in qua ante *Kyrie eleison* semper praescribitur vel integrum Responsorium, vel integer Psalmus, ut in prima absolutione in Ordine visitandi Parochias.

Postquam pro modulo meo quaesitis propositis satisfeci, opportunum censeo e pluries relato Cavalieri normas assignare in dictis absolutionibus sequendas. Itaque unicuique absolutioni addendus erit versus *Requiem aeternam*, sicuti fit in Responsoriis tertio et sexto, ut repeti possit secunda pars Responsorii, quae dum repetitur, a Sacerdote ponitur incensum in thuribulo. et cantatis *Kyrie eleison*, idem Sacerdos dicit *Pater noster*, et reliqua secrete proferens interim ter aspergit et incensat in medio, a dextris et a sinistris circumiens, sed stans in loco suo, postea dicit: *Et ne nos inducas* cum versibus *A porta inferi* et *Requiescant* in plurali numero, nec non *Domine exaudi*, et *Dominus vobiscum*, et subinde cantat aliquam ex Orationibus, quae pro pluribus assignantur in Missali, Secretis dumtaxat omissis. Dicta Oratione sub conclusione brevi, non additur Versus *Requiem aeternam*, nec *Requiescant* nisi ad ultimam absolutionem, eo fere modo quo in Officio canonico, ubi fiunt plures commemorationes, non dicitur *Dominus vobiscum*, nec *Benedicamus Domino*, nisi post illarum ultimam. In hoc lapsi sunt nonnulli, etiam ex iis, qui de sacris Ritibus scripserunt, addentes singulis



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



**QUAESTIO SOLVENDA**PRO MENSE IUNIO 1899.

---

In quadam Ecclesia Capitulari consuetudo viget, ex qua in die Nativitatis Domini Archipresbyter celebrans solemniorem Missam, intonato *Gloria in excelsis Deo*, relinquit altare, et cum suis ministris et clero pergit in sacrarium, ubi, accepto divini Infantis simulacro in manibus, circuit processionaliter, illud ostendens populo, totam Ecclesiam, et reversus ad altare, sacrum simulacrum in illius loco principe collocat, ac tandem cum ministris prosequitur hymnum angelicum. Quid de eiusmodi consuetudine iudicandum vel in toto vel in parte, aut quomodo emendanda, si oporteat?

---

**IMPRIMATUR**

P. Fr. Albertus Lepidi O. P.

S. P. A. Magister.

**IMPRIMATUR**Franciscus Cassetta Patriarch. Antioch. Vicesgerens.

---

**Proprietas Literaria.**

---

**Romae, Typis Fratrum Amorosio, Piazza della Torretta Borghese N. 22-25.**

**Breviarium Romanum, 4 Vol. in 16,** (16 per 9 1/2) e vera charta sinensi, solidiori, ac ne leviter quidem pellucida. Nihilo tamen minus unumquodque Volumen mille ac centum constans paginis, crassitudine 18 ad 20 millimetra non excedit; imo religatum tercentorum vim grammatum ponderis est. Scriptura tamen satis ampla visuque pulchra, ac studio sic impressa, ut minori quoad fieri potuit spatio concludatur. *Editio iuxta novissimas variationes et emendationes.* Venumdatur: solutum, Libell. 24: religatum (iuxta catalogum) n. 6, Libell. 38: n. 14, Libell. 42: n. 17. Libell. 56.

**Missale Romanum in 4,** (30 1/2 per 21 1/3). Hanc editionem, praeter alia, peculiariter commendant editionis pulchritudo, ac pretii modicitas. *Editio iuxta novissimas variationes et emendationes.* Solut, Lib. 20: religat, pelle rubra, cruce inaurata, ac foliis flavi coloris, Libell. 30: foliis vero inauratis, Lib. 34.

**Horae diurnae Breviarii Romani** ex Decreto SS. Concilii Tridentini restituti, S. Pii V. Pont. Max. iussu editi, Clementis VIII, Urbani VIII, et Leonis XIII, auctoritate recogniti. *Editio iuxta novissimas variationes et emendationes.* Solut. Lib. 5. — *Zigrino* religatum, foliis inauratis Lib. 8,25.

**Canon Missae ad usum Episcoporum ac Praelatorum SOLEMNITER VEL PRIVATE CELEBRANTIUM, in-foglio grande** (43 per 29 1/2) — Elegantior editio, quam commendant charta solidior, pluriunque illustrationum ornatus. Solut. Lib. 25.

---

**Compendium Liturgiae Sacrae iuxta ritum Romanum in Missae celebratione et officii recitatione,** auctore *Ios. Aerttnys*, C. SS. R. Theologiae Moralis et Liturgiae Professore. Editio altera aucta et emendata secundum novissima S. Sedis Decreta.

**Manuale Theologiae Moralis in usum praesertim examinandorum:** auctore Sac. *Benedicto Melata S. T. D.* Editio altera accuratior et aucta. Ordo, exactitudo, brevitatis, nullius rei ad rem pertinentis defectus, et reliqua primae Editioni adiuncta, incomparabilem sibi promerent laudem. *Pret.* Libell. 3.

**Il Piccolo Ministro del Santuario** istruito nelle sacre Ceremonie secondo il Rito Romano, *previe alcune brevi nozioni sulla Gerarchia cattolica, Chiese e sacre suppellettili ecc. per un Sacerdote Romano* Cooperatore Salesiano.

Quanti intersit, ut adolescentes Ecclesiarum servitio addicti, et clericorum officio fungentes pro eorum capacitate sint instructi, ut tot liturgicae functiones, ordinariae, extraordinariae, pontificales in divini cultus honorem feliciter eveniant, nemini latet. En autem praeclara quae opportune prodit Opella, tempori et rei apprime respondens; et quam, attenta liturgicarum rerum peritia, experientia et gratia eximii Compositoris, eodemque opere in se inspecto, non possumus quin veluti gemmarum sertum iure dicamus, nostrisque Consociatis enixe commendemus. *Pret.* Libell. 1,50: quod et pro Consociatis imminuetur.



Typis Desclée, Lefebvre & S. nuperime prodit

# NOTIZIARI

in-4 (33 X 23) rubeis limitibus ac tribus imaginibus *chromolithographicis* exornatum

**DITIO ROMANA**, caractere nigro et rubro absoluta, a S. R. Congregatione approbata, **Academiae et Ephemericis Liturgicae cura atque studio.** — Solutum, Lib. 20; *bazana* religatum, foliis flavi coloris, cruce inaurata, Lib. 30; *idem*, foliis quoque inauratis, Lib. 34.

## H. GRISAR S. I.

**Storia di Roma e dei Papi nel Medio Evo**

**Annalecta Romana**

TRADUZIONE DAL TEDESCO

DISSERTAZIONI, TESTI, MONUMENTI D'ARTE

Parte I: **Roma sul finire del Mondo Antico**

**Storia di Roma e dei Papi nel Medio Evo**

Tria volumina, in-8 magno, Lib. 20.

Vol. unicum, in-8 magno, Lib. 15.

quatuor volumina, Lib. 30. - Editum est tantum primum volumen. Altera edentur mense aprili. - Quatuor volumina, Lib. 30.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

# In Constitutionem Apostolicae Sedis

Qua Censurae Latae Sententiae Limitantur Commentarii

AUCTORE IOSEPHO CARD. D'ANNIBALE

*Editio Quarta*

curante **Federico Can. Polidori**

AB IPSO AUCTORE ULTIMIS STUDIIS NOTABILITER EMENDATA ET AUCTA

*Ununiquodque Volumen in-8 Libel. 2,50*

**Rudimenta linguae hebraicae scholis publicis et domesticae disciplinae brevissime accommodata, scripsit D.r C. H. Vosen retractavit, auxit, octavum emendatissima edidit D.r Fr. Baulen Pret. Libell. 2, Friburgi, Brisgoviae, sumptibus Herder. Typ. Edit. Pontif. 1899.**

**Officia propria Mysteriorum et Instrumentorum Passionis D. N. I. C. iuxta Breviarium Romanum cum psalmis et precibus in extens. Pret. Libell. 2. Ratisbonae, Romae et Neo Eboraci, sumptibus et typis Friderici Pustet, S. Sedis et S. R. C. Typogr. 1899.**

**Instructio pro ministris inferioribus in quibusdam functionibus Episcopalibus exarata a Sac. Aloysio Essl, S. S. Thomae D. ac Vicerectore Episc. Seminarii Budviceni. Pret. Libell. 0,50. Budvicii 1899. Typis Episcop. Sumptib. propriis.**

**Praelectiones Iuris Canonici quas iuxta Ordinem Decretalium Gregorii IX. tradebat in scholis Pontif. Sem. Romani Franciscus Santi Professor. Editio tertia emendata et recentissimis Decretis accommodata, cura Martini Leitner, Vicerectoris in Seminario Clericor. Ratisbon. Liber IV. Ratisbonae, Neo-Eboraci et Cincinnati. Sumptibus et Typis Friderici Pustet, S. Sedis Apostol. Typogr. 1899. Pret. Libell. 4,50**

**Institutiones Theologiae Dogmaticae specialis. Tractatus de Deo uno et trino, Auctore Bernardo Jungmann, Eccl. Cathedr. Brugens. Canon. hon. Philos. et S. Theolog. Doct. ac Profess. ord. in S. Theolog. Universitat. cath. Lovaniensis. Editio quinta. 1899. Ratisbonae, Romae et Neo-Eboraci. sumptib. et Typ. Friderici Pustet, S. Sedis Apost. Typographi. Pret. Libell. 4,50.**

**Manuale pii Sacerdotis complectens preces et pietatis exercitia excerpta ex operibus Sancti Alphonsi Mariae de Liguorio et latine reddita ab uno ex Presbyteris Congr. SS. Redemptoris. — Altera editio auctior et emendatior. Ratisbonae, Romae et Neo-Eboraci Sumptibus et Typis Friderici Pustet, S. Sed. Apost. Typogr. Pret. Libel. 2,50.**

**Compendium Liturgiae Sacrae iuxta ritum Romanum in Missae celebratione et officii recitatione, auctore Jos. Aerttnys, C. SS. R. Theologiae Moralis et Liturgiae Professore. Editio altera aucta et emendata secundum novissima S. Sedis Decreta.**

**Manuale Theologiae Moralis in usum praesertim examinandorum: auctore Sac. Benedicto Melata S. T. D. Editio altera accuratior et aucta. Ordo, exactitudo, brevitatis, nullius rei ad rem pertinentis defectus, et reliqua primae Editioni adiuncta, incomparabilem sibi promerent laudem. Pret. Libell. 3.**

---

## S. RITUUM CONGREGATIO

---

### I.

#### MEXICANA

R. mus D. nus Prosper Iosephus M. Alarcon Archiepiscopus Mexicanus Sacror. Rit. Congregationi ea quae sequuntur humiliter exposuit ; — nimirum :

1.º Ex antiquissimo usu in plerisque ecclesiis huius dioeceseos loco Conopei apponitur ad ostium Tabernaculi, in quo Ss. ma Eucharistia asservatur, tabula quandoque ex metallo, quandoque ex tela acu depicta, vel etiam moderni temporis ex charta dicta oleographica in qua apparent symbola : Ss. Eucharistia vel Ss. mum Nomen Iesu aut alia huiusmodi, imo aliquando imago B. Mariae Virginis.

2.º In usu pariter antiquissimo loco antependii, quod totam anteriorem partem Altaris tegat, penes aliquas ecclesias est parvum antependium vulgo *Pallia*, circa dimidium metri habens ex quavis parte, quod suspenditur in medio Altaris.

3.º Tandem loco tintinnabuli pro Sacrosancto Missae sacrificio nonnullae Ecclesiae novissime coeperunt adhibere quoddam cymbalum dictum *Indorum Orientalium*, quod est ad modum magni catini semipendentis ab hasta lignea, et percussum ab acolytho sonum elicit.

Hinc idem R. mus Archiepiscopus ab ipsa Sacra Congregatione enixe postulavit: An tolerari possit in casu usus tum praedictae tabulae ad ostium tabernaculi loco conopei, tum enunciati parvi antependii, tum demum supradescripti cymbali Indorum Orientalium?

Et Sacra eadem Congregatio an relationem subscripti Secretarii, audito voto Commissionis Liturgicae, omnibusque accurate perpensis, rescribendum censuit: Negative ad omnia, seu non convenire. Atque ita rescripsit, die 10 Septembris 1898.

L. ✠ S.

L. M. Card. Parocchi

D. Panici S. R. C. Sec.rius

## II.

### VICENTINA

Proposito dubio a R. P, Iosepho Preto Sacerdote Dioeceseos Vicentinae: « Utrum in reditu in Sacristiam, absolute ad tumulum expleta, in officiis et Missis cum cantu pro uno vel pluribus defunctis die septima, trigesima et



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



maiolem gloriam et laudem ipsius Sacratissimi Cordis cum incremento pietatis per invocationes approbatas ubique diffundi, prouti Ss. Nomen Iesu, per Litanias proprias, Rituali Romano insertas, in toto orbe catholico a Christifidelibus publica et communi laude celebratur. Accedit etiam quod Sanctissimus Dominus Noster pro devotione qua fervet erga Amantissimum Cor Iesu, atque studio remedium afferendi malis quibus magis in dies premimur, eidem Sacratissimo Cordi consecrare intendit mundum universum. Haec autem consecratio ut solemniore ritu fiat, triduanas preces, praedictis invocationibus adhibitis, propediem indicere decrevit. Eapropter Sanctissimus Dominus Noster ut Litaniae Sacratissimi Cordis Iesu iam probatae et indulgentiis tercentum dierum auctae, ubique terrarum tum privatim tum publice recitari et decantari in posterum valeant, concedere dignatus est. Contrariis non obstantibus quibuscunque. Die 2 Aprilis 1899.

C. Episcopus Praenestinus Card. MAZZELLA

S. R. C. *Praefectus.*

L. ✠ S.

DIOMEDES PANICI, S. R. C. *Secretarius.*

## IV.

## VELITERNA.

Hodiernus Magister caeremoniarum Basilicae Cathedralis Veliternae de observantia Caeremoniarum Episcoporum et decretorum S. Rituum Congregationis pro suo munere sollicitus, eidem Sacrae Congregationi ea quae sequuntur, pro opportuna declaratione, humillime exposuit; nimirum :

I. In praefata Basilica Cathedrali, celebrante Pontificaliter Episcopo suffraganeo, Canonicus qui Subdiaconi munere fungitur lecta Epistola, accepta ab Episcopo benedictione et tradito Missali clerico, pergat directe ad scamnum et sedet; quin sustineat Missale apertum, dum Episcopus Epistolam et Evangelium legit.

II. Presbyter assistens eidem Episcopo suffraganeo ad faldistorium celebranti non adstat, cum hic pariter Epistolam et Evangelium legit, sed cum Diacono et Subdiacono in scamno sedet.

III. Canonici eiusdem Basilicae Cathedralis cum in aliena Ecclesia sacras functiones solemniter peragunt, arbitrantur se posse uti privilegiis canonicalibus ex. gr. *Canone et palmaria*.

Hinc quaeritur: Utrum servari queant su-



pradictae tres consuetudines vel potius habendae ut abusus ?

Sacra porro Rituum Congregatio hunc supplicem libellum remisit E.mo et R.mo D.no Cardinali Episcopo Ostien. et Velitern. pro informatione et Voto, audito etiam, R.mo Capitulo Basilicae Cathedralis Veliternae. Postulatis Sacri Consilii postquam E.mus Vir satisfecerit per Litteras d. d. 19 elapsi mensis Martii cum adnexis documentis, sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisita sententia Commissionis Liturgicae, et rationum momenti hinc inde deductis, rescribendum censuit :

Ad dubium *quoad primum* : Consuetudinem in casu esse abusum tollendum, et confer Caeremoniale Episcoporum, Lib. II. cap. VIII. n. 41. *Quoad secundum*, ut in primo et confer Caeremoniale Episcoporum Lib. I. cap. VII. n. 3. *Quoad tertium*, Canonicos praedictos uti posse Canone et Palmatoria tantum in Ecclesia propria, sicut Canonici in Basilicis Minoribus Urbis.

Atque ita rescripsit. Die 21 Aprilis 1899.

C. Card. MAZZELLA *S. R. C. Praef.*

L. ✠ S. Diomedes Panici *Secretarius.*



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

collocare se debeat ad dexteram Diaconi stantis a dextris Celebrantis ?

III. An servari possit immemorabilis consuetudo, vi cuius Presbyter assistens infra cantum Hymni Angelici et *Credo* sedet ad sinistram Subdiaconi ?

IV. An stante immemorabili consuetudine, possit Presbyter assistens se transferre una cum Celebrante ad cornu Epistolae, ibique stare a sinistris ipsius Celebrantis versus Diaconum, dum hic Evangelium cantat ?

V. Utrum dum Diaconus ad credentiam accedit ut bursam cum corporali ad altare deferat, surgente Subdiacono, ut moris est, etiam assurgere teneatur Presbyter assistens, donec ipse Diaconus ad scamnum redierit ?

VI. (1°) Utrum Presbyter assistens incensari debeat ante Subdiaconum, sive hic sit Canonicus, sive non ?

(2°) An pacem recipere debeat a Subdiacono, postquam hic eam dederit Clero in choro ?

(3°) An Subdiaconus, praesente Episcopo in Throno cum pluviali et mitra, vel cappa magna, dare debeat pacem prius Diacono, sit necne Canonicus, et postea Presbytero assistenti ?

VII. An continuari possit immemorabilis consuetudo, qua post habitam concionem coram Pontifice in Throno assistente, Presbyter assistens se locat in plano cum palmatoria a sini-

stris Diaconi, dum hic confessionem cantat ex libro ?

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisito voto Commissionis Liturgicae, omnibusque accurate perpensis, rescribendum censuit :

Ad I. *Affirmative.*

Ad II. *Quoad primam partem* semper procedant, in casu, unus post alium, et Presbyter assistens incedat ad sinistram Celebrantis.

*Quoad secundam partem*, praedictus Presbyter assistat ad dexteram Celebrantis.

Ad III. *Affirmative*, sed in scabello separato.

Ad IV. *Affirmative.*

Ad V. *Negative.*

Ad VI. *Quoad primum affirmative*; *quoad secundum negative*, sed a Celebrante, et dabit Diacono; et Presbyter assistens Celebrantis, recipiat pacem a Presbytero assistente Episcopi.

Ad VII. *Negative.*

Atque ita rescripsit. Die 15 Aprilis 1899.

L. ✠ S.

C. Card. MAZZELLA, *Praef.*

D. PANICI, *Secret.*

## QUAESTIONES ACADEMIAE LITURGICAE ROMANAE

### Circa « ADDENDA ET VARIANDA » in Rubricis

#### V.

In quadam Ecclesia, occurrente die natali S. Severini Ab. cum B. M. Virginis Apparitione, huic festo prae illo tributa fuit, ut par erat, praecedentia, ratione ritus potioris, quamvis hoc secundarium, illud esset primarium. Verum S. Severino nulla alia dies ab anno 1892 assignata fuit, qua perpetuo celebraretur : sed in unoquoque anno Calendarii redactor diem primam liberam, nec proinde semper eandem, pro eo recolendo determinaverat. Huiusce autem velut anomaliae rationem Albertus, Rubricarum studio deditus, a praefato redactore sciscitatus, accipit nullam hucusque extitisse legem reponendi officia quotannis impedita in diem primam liberam, in eaque perpetuo celebrandi. Rem demiratus praefatus Albertus, Rubricis novissime reformatis magismagisque innixus, sequentia quaesita sibi resolvenda proponit :

1. *Quodnam sit discrimen inter ordiinem praecedentiae festorum antiquum et praesentem in casibus occurrentiae, et num eadem normae tenen-*



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



quae eodem die celebranda essent. Qui casus nunc temporis magis frequens est ob maiorem numerum officiorum, quae Ecclesia concedit in honorem Sanctorum.

Porro quando eodem die coincidunt plura festa celebranda, habetur illud quod in Sacra Liturgia dicitur *occurrentia*. « Officia, ait. cl. De Herdt, quae uno eodemque die facienda seu celebranda sunt, dicuntur *occurrere*, et proinde *occurrentia* respicit totum diei officium. » (*Sacrae Liturg. Praxis, T. 2. n. 250*). — Occurrentia duplex potest esse : vel *perpetua* vel *temporanea*.

Perpetua habetur quando in perpetuum eodem die occurrunt duo officia (sicut v. g. festum S. Hilarii Ep. et D. et S. Felicis Presb. et M. quae ambo occurrunt die 14 Ianuarii). — Occurrentia autem temporanea habetur, quando aliquo anno per accidens duo occurrunt Festa celebranda. Iam vero cum eodem die fieri nequeat ut celebrentur duo distincta Festa novem lectionum, hinc est quod ex occurrentia oritur *translatio* festorum, quae si fiat in casu occurrentiae accidentalis, vocatur proprie *translatio*, si autem fiat in casu perpetuae occurrentiae, tunc nuncupatur *assignatio vel repositio*.

Discrimen inter *translationem* et *repositionem* sic notat Cavalieri in suis Comment. Tom. I. cap. X : « Non idem est mutari quod transferri. Nam festa cum transferuntur festo alio, seu officio maiori impedita, sic a die suo proprio abscedunt, ut ipsi nihilominus semper addicta remaneant, adeoque sublato alias impedimento, in eo iugiter celebrantur. Quae vero mutantur in alium diem, hunc, abdicato penitus pristino die, firma deinceps ac perpetua statione quasi proprium sibi vindicant. Etsi igitur tam *translatio* quam *mutatio* (1), sit *amotio* festi e suo die pro-

---

(1) Ambiguitatis in terminis vitandae causa, pro praesenti disciplina

prio, differunt tamen in eo quod mutatio veluti transmigratio est, et perpetua sedis alterius occupatio; translatio vero instar est peregrinationis, qua se alio quis sic confert, ut tamen ad sedem propriam illico sit rediturus ».

His breviter praemissis, accedendum est ad nostrae quaestionis solutionem: et primo quidem *quaeritur*:

« Quodnam sit discrimen inter ordinem antiquum et recentem praecedentiae festorum in casibus occurrentiae; et num eadem normae tenendae sint in quavis occurrentia sive perpetua sive temporanea. »

R. — Uti iam diximus. quando eodem die occurrunt celebrari duo festa, quae ius habeant ad translationem, tunc unum ex illis debet transferri. At statim exurgit difficultas, nempe quodnam est illorum quod celebrari debeat et quodnam transferri, aliis verbis: quisnam est ordo praecedentiae festorum in casibus occurrentiae? Solutio huius difficultatis sic clare propositae est praecise illud quod est in resolutione quaestionis.

De hoc ordine praecedentiae multum disputatum est inter sacrae Liturgiae peritos: praesertim ante Decretum Generale „ Iam dudum ” diei 2. Iul. 1893 circa Festa primaria et secundaria. Ratio huius disputationis erat silentium *saltem apparens* Rubricae sextae tit. x. de Translatione Festorum; nam in illa antiqua Rubrica legebatur solummodo « officium fiat de digniori seu solemniori ».

Iam vero inter plura festa inaequalis ritus et digni-

---

tenendum est: **Mutationem** festi significare translationem perpetuam a Summo Pontifice factam, ex qua iura diei natalitiae in aliam quae quasi natalitia dicitur transferuntur: **Assignmentem** significare translationem quoque perpetuam ab Episcopo factam, ex qua non festum, sed tantum officium in aliam diem transfertur vi Rubricarum: **Translationem** simpliciter dictam significare amotionem officii de una in aliam diem tantummodo ad annum, quod pariter fit secundum Rubricas.



natis facile erat discernere illud, quod celebrari debebat; sed inter Festa ritu et dignitate aequalia cuinam erat praecedentia? Ad hoc a multis sed varie respondebatur, hinc ortae sunt quaestiones plurimae, et deerat uniformitas illa quae tanti momenti est in sacra Liturgia.

Antiquus ordo praecedentiae, qui servabatur in casibus occurrentiae, sic exponitur a Merato (*Ann. ad Gav. Sect. 3 c. X. n. 13*): « Certum est apud omnes Duplex primae classis in occurrentia praeferrri aliis aliorum ordinum, et duplex secundae classis praeferrri caeteris inferioris ordinis, inter Festa autem unius ordinis digniora praeferrri aliis minus dignis eiusdem ordinis, v. g. Festa Domini primae classis praeferrri Festis B. M. V. primae classis . . . . denique Festa illorum Santorum, quae in propriis locis vel Ecclesiis celebrantur, praeferrri aliis in Calendario descriptis, ut patet ex Rubrica de Translatione Testorum n. 6 ».

Ex hoc patet illo tempore distinctionem extitisse solummodo *ritus, dignitatis, et inter magis et minus proprium*. De Festis vero primariis et secundariis, de fixis et de mobilibus *fere* nulla erat quaestio. Dixi « *fere* nulla » quia revera quaestio, quamvis parva, erat; et ipse Gavantus bene distinguebat festa primaria a secundariis: tamen quia quaestio parva erat, non tam acriter disputatum est, sicut disputabatur paucis abhinc annis. Ratio autem huius rei est in eo, quod apud antiquiores quaestio haec exagitari non poterat, uti hodie fit, quia festa mobilia plurima recenter instituta sunt; ideoque non aderat casus occurrentiae tam frequens, sicut hisce nostris diebus, inter festa primaria et secundaria, cum non alia festa mobilia antiquiora agnoscerentur, nisi quae a Rubricis praecipiuntur. — Iam vero postquam numerus horum festorum mobilium crevisset, tunc disputationes multae ortae sunt inter Caeremoniarum Magistros, quibus disputationibus finem



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

net aliquid dicendum circa secundam partem primi, ubi nempe quaerebatur: « An eadem leges observandae sint in quavis occurrentia sive temporanea sive perpetua? » Ad hoc respondemus simpliciter *Affirmative*; et nostram responsionem probamus ex Rubrica VII Tit. X, in qua haec leguntur: « Si plura Festa Duplicia ex iis quae transferri possunt transferenda sint, quod est magis solemne semper prius transferatur, et semper prius celebretur: alioquin si sunt aequalia, unum ante aliud transferatur eo ordine quo erant celebranda in propriis diebus: quod etiam servabitur in festis duplicibus minoribus, et semiduplicibus perpetuo impeditis. »

II. Deinde nobis proponitur alterum dubium, videlicet: « Verum ne an falsum, legem hactenus non viguisse perpetuo reponendi festa quotannis impedita? Quid in praesenti hac super re novae Rubricae iubeant et quare? »

R. — Ad hunc quaesitum sic respondet cl. De Herdt (*Pars 4, n. 276, Nota 2*): « Quamvis *regula generalis sit*, officio semper impedito diem fixam assignandam esse, eaque regula per plurima Decreta confirmata et probata sit: nulla tamen rubrica nulloque Decreto generali praescribi aut declarari officium semper impeditum de praeecepto in diem fixam transferendum esse, et in primam diem liberam singulis annis transferri non posse ».

Ex hoc patet quod ante novas Rubricas non aderat aliqua lex *stricte dicta* super hac re, sed existebat regula quaedam generalis, quae a Gavanto inventa et propugnata (*Cf. Gav. op. c. Sec. 3. c. X. n. 10*), deinde ab omnibus amplexata est, et nunc a S. R. C. Generali Decreto, aut potius, Rubrica promulgata. Et re quidem vera sub Rubrica I. Tit. X. de Translatione Festorum nunc legitur: « Festa Duplicia minora, quamquam non sint Doctoris Ecclesiae, si quotannis a digniori Officio impediuntur, repo-

nuntur in prima die libera, tamquam in propria sede perpetuo recolenda ». Quae verba confirmantur, ut ita dicam, ex eo quod circa semiduplicia statuitur in Rubrica 5. eiusdem Tituli.

Ante, igitur, hanc Rubricam, uti diximus, non aderat aliqua lex *stricte* dicta: sed potestne dici regulam illam generalem *nullo modo* fuisse legem? Ad me quod attinet, salvo meliori iudicio, respondeo *Negative*: et ratio est quia regula illa erat: 1) generalis: 2) fundata super constanti principio S. R. Congnis: 3) quia erat secundum regulas sacrae Liturgiae; etenim habeturne fortasse in Calendario Ecclesiae Universalis exemplum aliquod alicuius Sancti, ut ita dicam, vagi? Ergo a pari etiam in casu occurrentiae perpetuae hoc vitari debebat.

Hoc posito, facile est explicare cur S. R. C. usque ad annum 1897 nullum emisit Generale Decretum, siquidem illius sapientiae non videbatur necessarium: et si hoc deinde fecit, id fuit quia mater prudentissima voluit vitare disputationes et quaestiones inter filios suos.

III. Tertio tandem loco quaerebatur:

« An Albertus, prout in casu, fuerit in sua agendi ratione probandus, vel censura notandus? »

R.—Cum, uti animadvertimus, ante Rubricarum Reformationem nulla extaret proprie dicta lex perpetuo reponendi Festa quotannis impedita; hinc est quod redactor Calendarii, de quo in casu, non poterat notari tamquam alicuius legis transgressor; sed tamen, ad me quod attinet, propter rationes superius allatas, existimo quod Albertus nullo modo sit censura notandus, immo, e contra, sit maxime laudandus, siquidem verum est quod desiderabatur aliqua lex *stricte* dicta; nihilominus aderat regula illa generalis, quae propter momenta de quibus diximus, erat *quasi lex*: Igitur, posito hoc, concludimus Albertum

esse laudandum et redactorem illum, *ad minimum*, non bene munus suum adimplevisse.

## SUPER RITIBUS AC CAEREMONIIS

### DEFECTUS

Pluribus Consociatis nostris dudum est in Votis, ut nova inseratur in harum Ephemeridum paginis Rubrica, quae inobservantias referat circa Ritus et Caeremonias sacras, prouti aliquando in Ecclesiis conspiciuntur. Finis, ut facile intelligitur, unicus est, errores notare, ac revelare legentibus, ut e domo Dei, si fieri possit, arceantur. Negotium nihilominus difficile: ut a multo iam tempore ancipites haeserimus, num eiusmodi optatis faciendum esset satis. Verum, re probe matureque perpensa, censuimus praefatis votis posse annui, necessariis tamen cautelis adhibitis, ut haec nova Rubrica, cui nunc initium damus, et nemini Ecclesiasticorum dedecori vertatur, et suum unice finem attingat. Eapropter inobservantias, quas vel nostris vel alienis oculis cernere possumus, notabimus; sed reticebimus semper, non solum personas, sed et ipsa loca atque Ecclesias. Inobservantia notata, nostrum erit aequam agendi rationem proponere, ut Rubricae serventur.

1. In Ecclesia capitulari A. ad secundas Vesperas in Dominica Septuagesimae, in qua omittitur *alleluia*, cui iubilationis voci ad *Deus in adiutorium*, alia sufficiens *Laus tibi Domine rex aeternae gloriae* post *Gloria Patri*, totus chorus cecinit: *Alleluia*. Defectus advertentiae manifestus est; at quanta opus est cura, ut illae peculiariter



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



liter cadavere, numquam vero diebus III, VII, XXX, et anniversario, aut quando nuntium mortis alicuius in loco dissito degentis accipitur, nisi ritus semiduplex occurrat.

5. In Ecclesia E. dum processio fiebat, quae ducitur feria V in Coena Domini ad sepulcrum, cum SSmo Sacramento, acolythum vidimus deferentem crucem, quod iteratum fuit etiam feria VI in parasceve. Nonne aperta est Rubrica Missalis edicens, Crucem in utroque casu a Subdiacono alio a Missa, tunicella parato, esse deferendam? Et nota, id factum non fuisse ex defectu Subdiaconi, sed quia aedituus saecularis legem Parocho quasi imponens, renuit aliam tunicellam ex armariolo extrahere, quia nimis elegantem iudicavit. Insuper arundo Sabbati Sancti Missae propria relicta fuit ad cornu Evangelii per totum diem.

Neutrum ex duobus probari potest. Primum Caeremoniali Episcoporum aperte contradicit, iubenti ut Subdiaconus paratus crucem deferat (*Lib. II, Cap. XXVII, n. 10: XXV, 30*). Adversatur et speciali Rubricae Missalis, prouti videre est post Missam feriae V in Coena Domini, et post improperia, feria VI in parasceve. Arundinem autem, expleta functione matutina Sabbati Sancti, relinquere per totum diem in Ecclesia, Caeremoniali Episcoporum spiritui non respondet, quod, Missa absoluta, de arundine ne amplius quidem verbum facit, ut nullam amplius significationem habeat. Hinc arundinis usus cessat cum Missa, et ab altari removenda, prout in omnibus servatur Ecclesiis.

6. Audivimus optimum Ecclesiae virum, in templo quodam, inter Missarum solemnias, seu immediate ante communionem, ardenti zelo percitum concionantem de Sacra Eucharistia, ut in caelesti pane reficiendis excitaret fervorem. At, dum gestum perbelle ad vocem accommodabat dextera manu, sinistra tenebat pyxidem, rem sacram continentem. Alium autem pariter concionantem ab

altari conspeximus, eadem sinistra manu tenentem ostensorium. Uterque profecto ita se gerebant, ut fervoris excitandi facilius obtineret finem. Non possumus, quin eiusmodi novum pro nobis ritum improbemus, et uti gravi censura dignum eliminandum iudicemus. Sufficit, ut Sacramentum super altare sit, sive in pyxide sive in ostensorio, ut praesentibus, quando opus sit, ostendatur; sed manu alterutrum tenere, cum eoque concionari, dignitati Sacramenti prorsus adversatur, periculum inducit ne sacrum obiectum decidat, vel ad minus plus minusve moveat, agitet, fideles concionator distrahat, imo ad terrorem, nisi ad risum excitet. Eiusmodi non sunt ritus, quos Ecclesia approbat, sed reprobatur, et qui eos adhibent, zelo quidem flagrare possunt, non tamen secundum scientiam.

---

## DUBIORUM LITURGICORUM SOLUTIO

---

I. *Ex Archidioecesi Chicagiensi. De occurso duorum festorum Domini.* In Chicagiensi Archidioecesi occurrunt dies octava SS.mi Nominis Iesu, Ecclesiae Metropolitanae Titularis, et Festum Sacrae Familiae. Quaeritur, an Octava SS.mi Nominis cesset in Sabbato post Nonam, ut fiant Vesperae de Sacra Familia, de qua agendum fortasse est in sequenti Dom. III post Epiphaniam? An potius festum Sacrae Familiae transferendum sit in perpetuum ad diem primam liberam?

*Resp.* Ratio dubitandi haec esse videtur, quia cum utrumque festum, tam SS.mi Nominis, quam Sacrae Familiae, ad Dominum pertineat, et hoc alterum die octava



illius perpetuo occurrat, videtur dies octava suppleri posse per festum : seu octavam diem SS.mi Nominis Iesu celebrari posse per festum Sacrae Familiae. Exemplum huiusce agendi rationis ipsae Rubricae suppeditant in Festo Nativitatis Deiparae ; quando enim in festi huius octava die occurrit festum SS.mi Nominis Mariae, tunc cessat octava illius festi ad Vesperas in Sabbato, et Dom. sequenti officium fit de SS.mo eiusdem Nomine, cessante omnino festo Nativitatis. Ait enim Rubrica specialis (*post fest. Nativitatis B. M.*) : « Si . . . festum SS.mi Nominis incidat in diem octavum Nativitatis, Officium fit de eo, absque commem. diei octavae ».

Verum non credimus, ita esse, proprio saltem Marte, in casu nostro agendum. 1. Quia Rubricae speciales festa ordinant, quae in Breviario sunt posita, et illa tantum, non alia, pro quibus facta sunt ; non ergo ad alia festa applicare illas licet sine auctoritate S. R. Cong.nis. 2. Quia paritas ipsa non extat undequaque, ut ratio applicationis non videatur esse omnino aequa. Namque festum Nativitatis Deiparae, et festum SS.mi Nominis illius, vere ad idem et solum pertinent subiectum ; sed res aliter se habet in casu nostro. Festum nempe Titularis ad Dominum et solum pertinet ; sed festum Sacrae Familiae est complexum, et ad tria subiecta pertinet. Illud proinde est vere et tantum festum Domini, istud autem dicitur festum Domini, quia Dominus est festi subiectum dignius ; sed est etiam Deiparae et SS.mi eius Sponsi. Convenit autem ut festum a subiecto digniori denominetur, ne nobilioris subiecti excellentia deprimatur. Hinc fit ut festum SS.mi Nominis Mariae, auctoritate Rubricae accedente, optime suppleat octavam diem festi Nativitatis illius ; sed non plane sequitur octavam diem SS.mi Nominis Iesu, tacentibus Rubricis, suppleri posse a festo Sacrae Familiae. Ar-



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

ob rationem Patronatus ; sed Doctores et S. R. C. ad utrumque casum eandem applicant doctrinam ob fere identicam rationem. Haec autem ne iterare cogamur, breviori calamo resumimus dicentes, affinitatem vel consanguinitatem Sociorum inter se sufficientem rationem constituere ex iure positivo, ut separatio Sociorum a Patrono vel Titulari, de qua Rubrica Breviarii (*Notand. post Tabell. Occurrentiae, n. 8*) non fiat. Haec enim ratio probat, gratiam et virtutem in gradu heroico affinitatem vel consanguinitatem Sociorum omnium singulorumque, ita perfecisse, ut omnino conveniat eos non esse in liturgico cultu separandos, quos intimae, seu naturalis seu supernaturalis coniunctionis ratio devinctos tenuit in vita, et nunc possidet gloria. Si vero eiusmodi non habeatur tam intima substantialis ratio, sed alia diversi generis ac veluti accidentalis coniunctionis Sociorum inter se, tunc Rubrica Breviarii, de qua supra, adamussim servanda est et separatio in casu facienda.

His positis, dubii propositi resolutio nullius negotii liquet. Exploratum est enim ex historia, de qua Lectiones II nocturni in Breviario Romano, Cyrillum et Methodium fuisse consanguineos : « Cyrillus et Methodius fratres germani ». Certa proinde conclusio oritur, Sanctum Cyrillum a fratre suo Methodio, cui Ecclesia dicata fuit, non esse separandum in festo quod recolendum est in dicta Ecclesia.

*Resp. 2.* Quomodo autem ordinandum officium ? Uti in Breviario, nec plus nec minus, hoc est de Communi Confessorum Pontificum cum illis partibus propriis, quae in eodem Breviario habentur.

*Nota.* Solutionem Dubii III videat, oramus, adm. Rev. Consulens in num. 1, praesentis anni 1899, pag. 33, V. Aliud est quidem Dubium quod ibi resolvitur, sed eadem

sunt principia, quae applicanda sunt : ex quibus liquido constabit, festum Ss. Cyrilli et Methodii, etiam in Ecclesia propria, agendum esse, non die 5, sed 7 mensis Iulii.

III. *E Londino. De occurso Patrocinii S. Ioseph et S. Georgii Patronorum.* Patrocinium S. Ioseph (Dom. III post Pascha) occurrit cum S. Georgio Mart. cuius agitur festum die 23 Aprilis. Cumque impraesenti utrumque festum sit Patronale, quatenus Patrocinium S. Ioseph est Patronus dioecesis, et S. Georgius totius regni, quaeritur quodnam hoc anno dicta die festum celebrandum, quodnam transferendum ?

*Resp.* Ante omnia animadverti potest, non satis facile concipi, Patrocinium S. Ioseph esse Patronum. Quia Patronus esse debet Sanctus, vel Angelus, vel utrorumque Regina : quod negotium probe consideranti facile patet, quin probationes in longum protrahamus. Hinc, si Dominica tertia post Pascha electa est ad Patronum celebrandum, in qua Patrocinium recolitur S. Ioseph, ita res intelligenda est, ut S. Ioseph sit in *recto*, qui vere et proprie Patronus esse potest dioecesis, sicut est universalis Ecclesiae, Patrocinium vero sit in *obliquo*. Aliis verbis Patronus est in casu S. Ioseph, cuius festum ibi agitur die sui Patrocinii. Quaestio igitur proposita ad hanc reducitur: occurrentibus S. Ioseph Patrono dioecesis et S. Georgio Patrono regni, utri competit praecedentia? Responsio perfacilis: competit S. Ioseph, quia ratione patronatus sunt aequales, sed S. Ioseph praevalet alteri ratione dignitatis. Uti enim si eodem die occurreret Patronus et Titularis, paris *per se* iuris essent, saltem vi Rubricarum, quamquam ratione feriationis fieret de Patrono; ita, a pari, occurrentibus duobus Patronis, faciendum de digniori ratione personae. Ritus namque est aequalis in utroque, et non datur ratio primarii aut secundarii, cum festa Patronorum principalium

semper sint primaria, sive per se, sive per accidens. Quod si etiam velis distinguere inter *primarium per se* et *primarium per accidens*, eiusmodi distinctioni in casu non daretur locus uti patet. Sola proinde considerari potest dignitas personalis pro praecedentia, caque favet sancto Ioseph, cuius quippe persona in Rubrica ipsa nominatur.

Dubii expositio alludere videtur distinctioni inter festum fixum et mobile, iuxta quam S. Georgius praevaleat S. Ioseph. Sed neque haec distinctio habere locum potest in casu; quia ante eam considerari debent ritus, ratio primarii et personalis dignitas; quibus solis deficientibus, ratio fixi prae mobili vim habet. Manet ergo ut S. Ioseph celebretur Dominica III post Pascha, et S. Georgius reponatur die prima libera.

Alia quoque accedit ratio, quae favet S. Ioseph prae S. Georgio. Notum ponimus duos peculiariter posse, et de iure, recoli in locis Patronos iuxta Constitutionem Urbani Octavi, et quidem cum feriacione, alterum particularem, alterum generalem. Iam nunc Patronus Dioecesis inter particulares recensetur, utique deficiente Patrono civitatis vel pagi, et Patronus Regni inter generales. Patronus autem ille magis quam iste proprius considerari potest, ut proinde in occurrentia sit praefendus.

Denique ordo hierarchicus idem probat, qui inter Sanctos indubie servandus est, dum simul occurrunt. Nunc autem dictus ordo exigit, ut festum Domini praeferatur omnibus aliis, ceteris quidem paribus, festum Deiparae festis Angelorum, harum festum festo S. Ioannis Baptistae, huius festum festo S. Ioseph, et festum S. Ioseph festis reliquis, prout habetur in Litaniis Sanctorum, et in ipsis Rubricis manifesto innuitur.

Opponi posset anterioritas electionis in S. Georgio; sed haec ratio attendenda non est, utpote nulla vi pollens,



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



Quadragesima et de Pentecoste ait, cessare Octavas inceptas *adveniente Quadragesima, et quando supervenit festum Pentecostes*: agens postea de casu nostro, non ait *quando supervenit festum Epiphaniae*, sed dicit oppositum, ut supra vidimus; et praeterea addit: *quando supervenit..... dies 17 Decembris*. Ab hac ergo die cessant Octavae, etsi inceptae, perduratque cessatio usque ad festum Epiphaniae exclusive, quamvis inclusive etiam, sed alia de causa, quia nempe dies Epiphaniae quodcumque festum excludit. Ergo infra Octavam Epiphaniae optime celebrari potest et debet festum cum Octava occurrens.

Privilegium autem, quo donatur Octava Epiphaniae, in eo consistit, quod dies festus et dies octava, omnia alia quaecumque festa excludunt, dies autem infra octavam sola duplicia primae classis occurrentia, haud vero translata admittit. Concludimus ergo cum cl. A Carpo dicentes: « Quamvis Octavae, quae non sunt in Breviario Romano, excludantur a die 17 Decembris usque ad Epiphaniam, huiusmodi tamen Rubrica ad Octavam eiusdem Epiphaniae sese minime extendit. Quapropter festa quaelibet Dedicationis, Titularis aut Patroni principalis (*et nunc addere, reformatis Rubricis, licet: et quodcumque aliud duplex primae classis etsi octava gaudeat*), quae infra Octavam Epiphaniae alicubi occurrunt, sua non carent octava. Caval. To. 2, c. 19, n. 8. Tum vero officium agitur de die infra Octavam Epiphaniae cum commemoratione diei infra Octavam particularem (*Calend. Perp. Adnotat. in festa Ian. Dies 6, n. VIII*) ». Quod autem de Octava dictum est Epiphaniae, praedicandum pariter ex identitate rationis de Octava Corporis Christi, si ad instar Epiphaniae privilegiata fuerit, satis abunde patet.

V. *Ex eod. loco. Super Credo in Missa de infra octavam Deiparae extra recitatum officium. Decretum d. d. 9*

Dec. 1895, de Missa in aliena Ecclesia, permittit in semiduplici vel inferiori ritu Missam votivam, de requie, de feria occurrente. Poterit ne etiam Missa dici de infra Octavam occurrentem, puta Imm. Conceptionis? Et si affirmative, quare in novissima Collectione Decretum insertum est praescribens, hanc Missam sine *Credo*, esse dicendam? Cum enim festiva sit, dicenda videtur ut in festo, proindeque cum *Credo*. Quid?

*Resp.* Occurrente infra aliquam Octavam communem festo semiduplici, officium erit de festo; et Missa, attento ritu illius, indubie esse potest de festo, de requie, de octava, de feria maiori occurrente, aut etiam votiva de alio Sancto: hoc exploratum apud omnes est. Missa de festo, cuius officium agitur, est festiva; de alio Sancto, cuius nullum fit officium, est votiva: reliquae, tacentes de Missa defunctorum, quae ad votivas referri potest, non sunt de festo quod agitur, saltem integre, sed nuncupantur de die; quia occurrunt, et de iis fit commemoratio in officio. Eiusmodi sunt Octava, infra quam nos esse supponitur, feria quae pariter occurrit et commemoranda quoque supponitur, uti etiam alius quicumque Sanctus ritus simplicis, qui supponi potest occurrens et commemorandus est. Si Missa dicatur de occurrente festo, de quo integrum agitur officium, nulla quaestio oritur, cum illa sit absolute festiva: si dicatur de requie, neque controversia ulla fit super illius ordinandae modo: si dicatur de Sancto extra omnem ordinem officii, res similiter liquet, cum sit plane votiva: si denique dicatur de feria occurrente, quod post recentiora Decreta certo licet, neque tunc exurgit ulla quaestio. Si vero dicatur de infra octavam Deiparae, perbella institui potest quaestio super *Credo* nec ne dicendo: ut de ea nobis proposita multas cl. Consulenti nostro referamus grates.



Sane : Missa de infra Octavam Deiparae, ut in casu, non est omnino extra ordinem officii, cum sit de die, vere occurrat, de eaque commemoratio fiat. Immo, nisi lex Rubricae praescriberet, de Sancto semiduplici faciendum esse officium, quia dies infra Octavam uti festi repetitionem considerat proindeque secundarios, de infra ipsam Octavam agendum foret, quia dignitas praevalet. Exemplum habeto infra Octavam Imm. Conceptionis, in qua occurrit S. Damasus in Calendario universalis semiduplex : dignitas festi Deiparae certe praevaleret, cum utrumque festum sit primum, fit tamen de S. Damaso ob rationem expositam. Nunc ergo, si Missa de infra Octavam celebretur, ea profecto votiva dicenda non erit, foret enim similis Missae de altero Sancto nullo pacto occurrente, quod aperte falsum est. At si non votiva, erit festiva : si autem festiva, celebranda esset ut in festo ; sed festum exigit *Gloria* et *Credo*. Et nos invictis, ni fallimur, argumentis alibi (*V. Ephem. an. 1891, pag. 689 et seq. Solutio quaest.*) demonstravimus, Missam de feria, de simplici, quando occurrant, non esse votivas, sed festivas; quare ergo idem non erit praedicandum de diebus infra Octavam? Ergo certa videtur illatio: Missa de infra Octavam Deiparae Imm., quamvis integro officio non respondeat, sed tantum commemorationi, cum sit de die, ferre debet *Gloria*, non solum, sed etiam *Credo*.

Hisce haud obstantibus, non credimus a praxi hucusque servata recedendum, ob sequentes rationes, quas adm. Rev. Consulenti benigne perpendendas exhibemus. Si Missa dicenda esset de infra Octavam Deiparae, de qua officium factum est, nemine contradicente, ea dicenda foret ut in festo seu cum *Gloria* et *Credo*: en Missa vere *festiva*. Si Missa dicenda esset de Sancto, semiduplici occurrente, de quo nulla ratione officium actum est, illa dicenda foret, nemine pariter adversante, sine *Gloria* et



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

quoniam de Sancto simplici occurrenti non possunt dici , nisi (*Missae*) votivae et privatae, tunc *in gratiam festivitatis currentis* dicentur cum *Gloria*. Ubi vides Sacrum Tribunal agnoscere has Missas et *votivas* et *festivas* simul. Quod autem de simplici praedicatur, applica ad diem infra Octavam, et explicatum manebit negotium. Haec pro praesenti, nisi forte aliter postea esse sentiendum S. R. Congregationi placuerit declarare.

---

## BREVIORA RESPONSA

---

I. *Pro Parisiis*. Duplex I vel II cl. translatum nullo pacto impedit Missam exequialem, praesente sive physice sive moraliter cadavere; quia cum non transferatur festum, sed tantum officium, eiusmodi duplex tali nequit solemnitate gaudere, quae capax sit Missam exequialem impediendi. Hoc tamen non potest applicari ad Anniversaria, quae ex iure impediuntur in omnibus duplicibus tam I, quam II classis.

II. *Pro Neapoli*. Novendialia in honorem Sanctorum, functiones stricte liturgicae non sunt, si abstrahas a Benedictione cum Venerabili, quacum terminantur. Leges non habemus peculiare, quibus illa dirigantur sed tantum generales, et rectum sensum liturgicum. Cum plures igitur cantantur hymni, liberum est aut post unumquemque, versum et Orationem canere, aut post omnes versum unum de ultimo hymno dicere, et omnes Orationes addere singulorum hymnorum proprias. Supponimus tamen duos hymnos vel tres ad summum canendos esse, secus tot ele-

vationes et genuflexiones fastidium, nisi risum, facile gignerent. Eos autem, qui hymnos plures primum, postea litanias, demum *Tantum Ergo*, et post hoc omnes Orationes canunt, probare non possumus, cum nimia videatur rerum confusio et perturbatio.

III. *Pro eod. loco.* Clerici, dum Episcopo manus lavant stantes sunt, non genuflexi antea tamen et postea genu flectunt, si Episcopus sit eorum Ordinarius: secus inclinant caput. Cardinali vero debetur genuflexio, prouti Ordinario, ab omnibus clericis, ratione altissimae dignitatis.

IV. *Pro eod. loco.* Quando Matutinum dividitur a Laudibus, Matutinum Nativitatis Domini exemplum dat quomodo agendum: dicitur nempe *Dominus vobiscum*, Oratio, et reliqua usque ad *Fidelium animae*, inclusive, et hoc satis est.

V. *Pro Montepessulano.* Cum fit officium votivum de SS. Eucharistia, vel de Passione, vel de Imm. Conceptione, vel de S. Ioseph, universi qui illud recitant, non possunt agere in Suffragiis commemorationem Sacrae Familiae, licet Titularis. Ratio est, quia nimis comprobaretur *bis in idem*, uti bene consideranti facile patet: vel secus oporteret omittere plures ex commemorationibus, quae inter suffragia habentur in Breviario, quod minus congruit.

VI. *Pro eod. loco.* Post Missam privatam, in qua alumni Seminarii sacra communione reficiuntur, quamvis hi cantent hymnos plures et psalmos aliasve devotas Laudes, preces a Leone XIII praescriptae non debent omitti. Quia dicta Missa, haud obstante cantu, ad privatas pertinet, in quibus eades preces iubentur.

VII. *Pro Zupanja in Slavonia.* Si in Proprio regni Ungariae mos est, quod et in Calendario notatur, in festo et per octavam S. Adalberti dicendi Symbolum in Missa, non videmus rationem illius omittendi. S. Adalbertus enim

est Patronus totius regni Ungariae , ergo ius habet ad Symbolum iuxta Rubricas.

VIII. *Pro eod. loco.* Festum Ss. Cyrilli et Methodii in omnibus Ecclesiis, etiam ubi recolitur uti patronale, dup. proinde l. cl. cum Octava, celebrandum est die 7<sup>ma</sup> Iulii, non die 5, quae ex plenitudine potestatis Ecclesiae ad nihilum pro Ss. Cyrillo e Methodio redacta est , et omnia iura diei natalitiae in quasi natalitiam translata fuerunt.

IX. *Pro oppido Vivario Segobricensi.* Antiphonae maiores O sacri Adventus, quando officium non fit de festo, sunt commemorationes, quae de more non praeintonantur, sed a schola cantorum concinuntur, magistro concertus incipiente.

X. *Pro eod. loco.* Stolae color in concionatore, ex Decreto 3157 (5381) ad XI, *respondeat officio diei* : in aliis vero functionibus, de quibus silet Rituale, et quae connexionem nullam habent cum officio diei, color albus melius congruit quam ceteri colores, eoque magis si dictae functiones cum expositione Sacramenti fiant, cuius color est albus de praecepto (*V. De Herdt Prax. Ritual. p. 1. n. 153*).

XI. *Pro eod. loco.* Formula publicationis Indulgentiae pro Cardinalibus habet notatam litteram N. pro agnominе pronuntiando : quae littera non prostat in formula Indulgentiae publicandae pro Episcopo ; ergo agnomen in illa dicitur, haud vero in ista.

XII. 1. *Pro Lingone.* 1. Decretum 1735 (3066) vetat Missam defunctorum, et responsum post illam ex consuetudine, in duplici : decreta vero 2981 (5146) et 2994 (5166) respiciunt responsum pro defunctis ante Missam de festo, pariter in duplici, quam permittunt : incohaerentiam non videmus.

2. Decretum 2872 (4985) ad Dub. II, vult praeferrī Vesperas integras de Dedicacione Vesperis Patroni. Decr.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



*pradellae* spatium, subter quo cadavera sepulta esse non debent iuxta recentissimam dispositionem (*V. Ephem. n. 12 an. 1898, pag. 699*).

8. Decretum **2244** (3903) ad 2, respicere non poterat diem II Aug. uti impeditam ab officio S. Alphonsi de Ligorio, quod satis recens relative est, unde bene die eadem perpetuo reponendum erat Officium S. Petri ad Vincula, die I dicti mensis perpetuo impeditum. Summa dubii in eo consistit, an celebrari debeat festum in die assignata, etsi haec occurrat in Dominica: responsio generalissima et affirmativa nulli discussioni est obnoxia.

9. Decretum **2616** (4583) ad 1. Missam lectam permittit feria V in Coena Domini, petita venia ab Ordinario, in paroeciis ruralibus, in quibus aliae functiones celebrari nequeunt: Decretum vero **2799** (4870) ad I eandem Missam generaliter prohibet, cum de praefatis paroeciis non agatur. Ergo utrumque perfecte conveniunt.



# SPECIMEN CALENDARIII UNIVERSALIS ECCLESIAE

**PRO ANNO DOMINI 1900**

*in quo PASCHA contingit die 15 Aprilis.*

### Tabella Temporaria.

Litera Dominicalis . . . . .	g.
Aureus Numerus . . . . .	1.
Epacta . . . . .	XXIX.
Litera Martyrologii . . . . .	N.
Indictio Romana . . . . .	XIII.
Cyclus Solaris . . . . .	5.
Dominicae post Epiphaniam . . . . .	5.
Dominicae post Pentecosten . . . . .	25.

### Festa Mobilia.

Septuagesima . . . . .	11 Febr.
Dies Cinerum . . . . .	28 Febr.
<b>Pascha Resurrectionis</b> . . . . .	15 Apr.
Rogationes, . . . . .	21, 22, 23 Maii.
<b>Ascensio Domini</b> . . . . .	24 Maii.
<b>Pentecostes</b> . . . . .	3 Iunii.
<b>Corpus Christi</b> . . . . .	14 Iunii.
Dominica 1. Adventus . . . . .	2 Dec.

### Quatuor Anni Tempora.

In vere . . . . .	7, 9, 10 Mart.
In aestate. . . . .	6, 8, 9 Iunii.
In autumnno . . . . .	19, 21, 22 Sept.
In hyeme . . . . .	19, 21, 22 Dec.

### NUPTIAE CELEBRARI POSSUNT

A die 7 Ianuarii ad diem 27 Februarii inclusive, et a die 23 Aprilis ad diem 1 Decembris pariter inclusive.

### IANUARIUS

- ✠ 1. F. 2. CIRCUMCISIONIS D. NI d. 2. cl.  
2. F. 3. Oct. Stephani d. c. octavar.

3. F. 4. Oct. Ioannis d. c. oct.  
4. F. 5. Oct. Innoc. d.  
5. F. 6. Vigil. Epiph. sem. c. Telesphori.  
✠ 6. S. Epiphaniae D. ni d. 1. cl. cum oct. privil.

### CRAS MANE APERIUNTUR

### NUPTIAE.

- ✠ 7. D. infra oct. 1. p. Epiph. sem. c. oct. — *Inc. Ep. I. ad Corinthios.*  
8. F. 2. De 2. die infra oct. sem.  
9. F. 3. De 3. die infra oct. sem.  
10. F. 4. De 4. die infra oct. sem.  
11. F. 5. De 5. die infra oct. sem. c. Hygini.  
12. F. 6. De 6. die infra oct. sem.  
13. S. Oct. Epiph. d.  
✠ 14. D. 2. p. Epiph. NOMINIS IESU, d. 2. cl. c. Dom. (ac Felicis in Laud. et Miss. priv.)  
15. F. 2. Pauli I. Frem. d. c. Mauri. — *Inc. Ep. II. ad Corinthios, ex Dom. praec.*  
16. F. 3. Marcelli I. sem. — *Resumuntur Suffragia.*  
17. F. 4. Antonii d.  
18. F. 5. Cathedrae Rom. d.



- m. c. Pauli Ap. ac Priscæ.*
19. F. 6. Canuti *sem. ad libit. c. Marii et Soc.*
20. S. Fabiani et Sebastiani *d.*
- ✠ 21. D. 3. p. Epiph. Agnetis *d. c. Dom. — Romæ et aliq. loc. S. Familiae d. m. c. Agnetis et Dom.*
22. F. 2. Vincentii et Anastasii *sem. (Romæ d.) — Inc. Ep. ad Galatas, ex Dom. præc.*
23. F. 3. Raymundi a Pennaf. *sem. c. Emerentianæ. — In Stat. Eccl. et Veneto. Desponsat. B. M. V. d. m. c. Ioseph ac Emerentianæ.*
24. F. 4. Timothei *d. — Inc. Ep. ad Ephesios.*
25. F. 5. Convers. Pauli *d. m. c. Petri Ap.*
26. F. 6. Polycarpi *d.*
27. S. Io. Chrysostomi *d.*
- ✠ 28. Dom. 4. p. Epiph. De ea *sem. c. Agnetis. — Inc. Ep. ad Philippenses.*
29. F. 2. Francisci Salesii *d.*
30. F. 3. Martinæ *sem. (Romæ d.) — Inc. Ep. ad Colossenses.*
31. F. 4. Petri Nolasco *d.*
- FEBRUARIUS.
1. F. 5. Ignatii *d. — Inc. Ep. I. ad Thessalonicenses.*
- ✠ 2. F. 6. PURIFICATIONIS B. M. V. *d. 2. cl.*
3. S. Hilarii (*f. 14 Ian*) *d. c. Blasii. — Inc. Ep. II. ad Thessalonicenses.*
- ✠ 4. Dom. 5. p. Epiph. Andreae Corsini *d. c. Dom. — Inc. Ep. I. ad Timotheum.*
5. F. 2. Agathæ *d.*
6. F. 3. Titi *d. (In Stat. Eccl. Hyacinthæ Mariscott. d.) c. Dorotheæ. — Inc. Ep. II. ad Timotheum.*
7. F. 4. Romualdi *d.*
8. F. 5. Ioannis de Matha *d. — Inc. Ep. ad Titum.*
9. F. 6. Cyrilli Alexandrini *d. (In Stat. Eccl. Titi ass. ex 6 hui. d.) c. Apolloniae.*
10. S. Scholasticae *d. — Inc. Ep. ad Philemonem.*
- ✠ 11. D. SEPTUAGESIMAE 2. *cl. sem. c. Sept. Fundatorum.*
12. F. 2. De ea — *vel* *Vot. Angel. — In Stat. Eccl. Cyrilli Alexandrini (ass. ex 9 hui.) d. — Extra Stat. Eccl. in loc. in quib. concess. est Off. Desponsat. Raymundi a Pennaf. (ass. ex 23 Ian.) sem.*
13. F. 3. De ea — *vel* *Vot. Apost. — In Stat. Eccl. Raymundi a Pennaf. (ass. ex 23 Ian.) sem. — aliq. loc. Orationis D. ni d. m. (c. Raymundi a Pennaf. in Stat. Eccl. tant.).*
14. F. 4. Valentini *simp. — vel* *Vot. Ioseph, c. Valentini.*
15. F. 5. Faustini et Iovitæ *simp. — vel* *Vot. Sacram. c. Faustini et Iovitæ.*
16. F. 6. De ea — *vel* *Vot. Passionis.*
17. S. De B. M. in Sabb. *simp. — vel* *Vot. Imm. Concept.*
- ✠ 18. D. SEXAGESIMAE 2. *cl. sem. c. Simeonis.*
19. F. 2. De ea — *vel* *Vot. Angel.*



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

24. S. De eo—*vel* Vot. Imm. Concept. — *aliqu. loc. (a) Gabrielis Archang. (f. 18 hui.) d. m.*
- ✠ 25. D. 4. QUADRAG. 2. cl. **Annuntiationis B. M. V. d. 1. cl. c. Dom.**
26. F. 2. De ea (R̄R̄. ex 1. Noct. Dom. praec.) — *vel* Vot. Angel. cum ll. 1. Noct. *De libro Exodi, ex Dom. praec.*
27. F. 3. Ioannis Damasce- ni *d.*
28. F. 4. Ioannis a Capi- strano *sem. ll. 1. Noct. De libro Exodi, ex Dom. praec. (ubi fer. 2. praec. non fuerunt lectae).*
29. F. 5. De ea — *vel* Vot. Sacram.
30. F. 6. De ea — *vel* Vot. Passionis. — *aliqu. loc. Pretiosiss. Sanguinis D. ni d. m.*
31. S. De eo — *vel* Vot. Imm. Concept.

## APRILIS

- ✠ 1. D. PASSIONIS 1. cl. *sem.* « Cessant. Suffragia et Off. vot. »
2. F. 2. Francisci a Paula *d.*
3. F. 3. De ea.
4. F. 4. Isidori *d.*
5. F. 5. Vincentii Ferreri *d.*
6. F. 6. VII. Dolorum B. M. V. *d. m.*
7. S. De eo.
- ✠ 8. D. PALMARUM 1. cl. *sem.*
9. F. 2. mai. hebd. De ea.
10. F. 3. mai. hebd. De ea
11. F. 4. mai. hebd. De ea.
12. F. 5. in COENA DOMINI *d. 1. cl.*
13. F. 6. in PARASCEVE *d. 1. cl.* (nihil de Hermenegildo).

14. SAB. SANCTUM *d. 1. cl.* (nihil de Iustino, Tiburtio et Soc.)
- ✠ 15. D. Pascha Resurrectionis *d. 1. cl. cum oct.*
- † 16. F. 2. DE EA *d. 1. cl.*
- † 17. F. 3. DE EA *d. 1. cl.* (nihil de Aniceto.)
18. F. 4. De ea *sem.*
19. F. 5. De ea *sem.*
20. F. 6. De ea *sem.*
21. S. De eo *sem.*
- ✠ 22. D. IN ALBIS 1. cl. De ea *d. c. Soteris et Caii.*

## CRAS MANE APERIUNTUR

## NUPTIAE.

23. F. 2. Georgii *sem.* — *Inc. lib. Act. Ap.* — « Suffr. de Cruce. »
24. F. 3. Fidelis a Sigma ringa *d.*
25. F. 4. MARCI *d. 2. cl.*
26. F. 5. Cleti et Marcellini *sem.* — *aliqu. loc. B. M. V. de Bono Consilio d. m.*
27. F. 6. Leonis I. (f. 11 hui.) *d.* — *aliqu. loc. Cleti et Marcellini (ass. ex 26 hui.) sem.*
28. S. Pauli a Cruce *d. c. Vitalis.*
- ✠ 29. D. 2. p. Pascha. Petri *d. c. Dom.*
30. F. 2. Catharinae Sen. *d. (Romae d. 2. cl.)*

## MAIUS

- † 1. F. 3. PHILIPPI ET IACOBI *d. 2. cl.*
2. F. 4. Athanasii *d.*
- † 3. F. 5. INVENTIO CRUCIS *d. 2. cl. c. Alexandri I. et Soc. in Laud. et Miss. priv.*
4. F. 6. Monicae *d.*
5. S. Pii V. *d.*
- ✠ 6. D. 3. p. Pascha. PATRO-

- CINII IOSEPH *d. 2. cl.*  
c. Dom.
7. F. 2. Stanislai *d.* — *Inc. lib. Apocal. ex Dom. praec.*
8. F. 3. Appar. Michaëlis Archang. *d. m.*
9. F. 4. Gregorii Nazianz. *d.*
10. F. 5. Antonini *d. c. Gordiani et Epimachi.*
11. F. 6. Ioannis ante P. L. (*f. 6 hui.*) *d. m. ll. 1. Noct. de Scr. occ.*
12. S. Nerei et Soc. *sem.*
- ✠ 13. D. 4. p. Pascha. De ea *sem.* — *Inc. Ep. Iacobi.*
14. F. 2. Anselmi (*f. 21 Apr.*) *d. (aliqu. loc. Leonis I. f. 11 Apr. d.) c. Bonifacii.*
15. F. 3. De ea — *vel* *Vot. Apost. (Romae. Vot. Petri et Pauli) — aliqu. loc. Anselmi (f. 21 Apr.) d.*
16. F. 4. Ubaldi *sem.* — *aliqu. loc. Ioannis Nepomuc. d.*
17. F. 5. Paschalis Baylon *d.*
18. F. 6. Venantii *d.*
19. S. Petri Caelestini *d. c. Pudentianae.*
- ✠ 20. D. 5. p. Pascha. De ea *sem. c. Bernardini Sen. — Inc. Ep. I. Petri.*
21. F. 2. ROGAT. De ea — *vel* *Vot. Angel. In 2. Noct. loco ant. Ascendit dic. ant. Immittet (In Italia. Felicis a Cantalicio sem. — aliqu. loc. extra Ital. Ubaldi ass. ex 16 hui. sem.) c. fer.*
22. F. 3. ROGAT. De ea — *vel* *Vot. Apost. (Romae Vot. Petri et Pauli) — aliqu. loc. in Ital. Ubaldi (ass. ex 16 hui.) sem.*
- (In Miss. de semidupli-  
ci 2. or. fer.)
23. F. 4. ROGAT. Vigil. Ascens. De ea — *vel* *Vot. Ioseph, c. Vigil. (In Miss. de Vigil. 2. or. ROGAT. — In Miss. de S. Ioseph 2. or. Vigil. 3. ROGAT).*
- ✠ 24. F. 5. Ascensio Domini *d. 1. cl. cum oct.*
25. F. 6. Gregorii VII. *d. c. oct. ac Urbani I. — Inc. Ep. II. Petri.*
26. S. Philippi Neri *d. c. oct. ac Eleutherii. — Romae* ✠ PHILIPPI NERI *d. 2. cl. c. Eleutherii in Laud. et Miss. priv.*
- ✠ 27. D. infra oct. De ea *sem. c. M. Magdal. de Pazzis, oct. ac Ioannis I. — In Italia. M. Magdal. de Pazzis d. c. Dom., oct. ac Ioannis I. — Inc. Ep. I. Ioannis.*
28. F. 2. Augustini Cantuar. *d. c. oct.*
29. F. 3. De oct. *sem.* — *In Stat. Eccl. B. M. V. Auxil. Christ (f. 24 hui.) d. m. c. oct.*
30. F. 4. De oct. *sem. c. Felicis I. — In Stat. Eccl. Ferdinandi III. sem. c. oct. ac Felicis I. — Inc. Ep. II. Ioannis.*
31. F. 5. Oct. Ascens. *d. c. Angelae Merici et Petronillae.*

## IUNIUS.

1. F. 6. De ea *sem.* — *Inc. Ep. III. Ioannis.*
2. S. Vigil. Pent. De ea *sem. c. (cum 9. l ex 2 una) Marcellini et Soc. in Laud. tant. — Inc. Ep.*

- Iudae.* « Cessant Octavae. ».
- ✠ 3. D. Pentecostes. *d. 1. cl. cum oct. privil.*
- † 4. F. 2. DE EA *d. 1. cl.* (nihil de Francisco Caracciolo)
- † 5. F. 3. DE EA *d. 1. cl.* (nihil de Bonifacio).
6. F. 4. QUAT. TEMP. De ea *sem. c.* Norberti.
7. F. 5. De ea *sem.*
8. F. 6. QUAT. TEMP. *sem.*
9. S. QUAT. TEMP. *sem. c.* Primi et Feliciani.

## INCIPIT PARS AESTIVA

## BREVIARIUM.

- ✠ 10. D. 1. p. Pent. 1. *cl.* TRINITATIS *d. 2. cl. c.* Dom. ac Margaritae.
11. F. 2. Barnabae *d. m.*
12. F. 3. Ioannis a S. Facundo *d. c.* Basilidis et Soc. — *Inc. lib. I. Reg. ex fer. 2. praec.*
13. F. 4. Antonii a Padua *d.*
- ✠ 14. F. 5. Corporis Christi *d. 1. cl. cum oct. privil. — aliq. loc. cum oct. privil. ut Epiph.*
15. F. 6. De oct. *sem. c.* (*sine l.*) Viti et Soc.
16. S. De oct. *sem.*
- ✠ 17. D. infra oct. 2. p. Pent. De ea *sem. c. oct.*
18. F. 2. De oct. *sem. c.* (*sine l.*) Marci et Marcelliani.
19. F. 3. Iulianae de Falconeriis *d. c. oct. ac Gervasii et Protasii (cum eor. 9. l.)*
20. F. 4. De oct. *sem. c.* (*sine l.*) Silverii.
21. F. 5. Oct. Corporis Christi *d. c. (sine l.) Aloisii.*
22. F. 6. Cordis Iesu *d. 1. cl.* (nihil de Paulino.)
23. S. Vigil. Basilii (*f. 14 hui.*) *d. c. Vigil.*
- ✠ 24. D. 3. p. Pent. Nativ. Ioannis Bapt. *d. 1. cl. cum oct. c. Dom.*
25. F. 2. Gulielmi *d. (Romae et aliq. loc. Galliani d.) c. oct.*
26. F. 3. Ioannis et Pauli *d. c. oct.*
27. F. 4. De oct. *sem.* — *Romae et aliq. loc. Gulielmi (ass. ex 25 hui.) d. c. oct.*
28. F. 5. Vigil. Leonis II. *sem. c. oct. et Vigil.*
- ✠ 29. F. 6. Petri et Pauli *d. 1. cl. cum oct. — aliq. loc. c. omn. App.*
30. S. Comm. Pauli *d. m. c. Petri Ap. ac oct. Vesp. de seq. com. oct. Ss. App. ant. Petr. Apost. etc. V. Constitues, or. Deus qui hodiern., diei oct. S. Ioannis Bapt. et Dom. (In Eccl. Urb. ubi cras fit de dupl. 1. cl. Vesp. de seq. com. diei oct. S. Ioann. Bapt., Dom. et oct. Ss. App. privilegiatae).*

## IULIUS

- ✠ 1. D. 4. p. Pent. PRETIOSISS. SANGUINIS D. NI *d. 2. cl. c. diei oct. Nativ. Ioannis et Dom. — Romae addit. com oct. Ss. App. (et ita die seq. ante com. simpl.)*
2. F. 2. VISITATIONIS B. M. V. *d. 2. cl. c. Processi et Martiniani.*
3. F. 3. De oct. *sem.*
4. F. 4. De oct. *sem.*



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



11. S. De oct. *sem.* c. Tiburtii et Susannae.
- ✠ 12. D. 10. p. Pent. 3. Aug. Clarae *d. c.* Dom. et oct.—*Inc. lib. Sapientiae.*
13. F. 2. De oct. *sem.* c. Hippolyti et Cassiani.
14. F. 3. Vigil. De oct. *sem.* c. Vigil. ac Eusebii. Miss. Vigil. c. oct. ac Eusebii.
- ✠ 15. F. 4. **Assumptionis B. M. V. *d. 1. cl. cum oct.***
16. F. 5. Hyacinthi *d. (aliq. loc. Rochi d.) c. 2 oct.*
17. F. 6. Oct. Laurentii *d. c. oct. Assumpt.*
18. S. De oct. *sem.* c. Agapiti — *aliq. loc. Hyacinthi (ass. ex 16 hui.) d. c. oct. et Agapiti.*
- ✠ 19. D. 11. p. Pent. 4. Aug. IOACHIM *d. 2. cl. c. Dom.*
20. F. 2. Bernardi *d. c. oct. — Inc. lib. Ecclesiastici, ex Dom. praec.*
21. F. 3. Io. Franc. Fremiot de Chantal. *d. c. oct.*
22. F. 4. Oct. Assumpt. *d. c. Timothei et Soc.*
23. F. 5. Vigil. Philippi Benitii *d. c. Vigil. (except. Roma).*
- † 24. F. 6. BARTHOLOMAEI *d. 2. cl. — Romae. Vigil. De ea — vel Vot. Passionis, c. Vigil.*
25. S. Ludovici *sem.* (in Gallia *d.*) — *Romae † BARTHOLOMAEI d. 2. cl.*
- ✠ 26. D. 12. p. Pent. 5. Aug. De ea *sem. c.* (Ludovici *Romae tant.* et) Zephyrini. — *aliq. loc. Purissimi Cordis B. M. V. d. m. c. Dom. (Ludovici Romae tant.) et Zephyrini.*

27. F. 2. Ioseph Calasactii *d.*
28. F. 3. Augustini *d. c. Hermetis.*
29. F. 4. Decollat. Ioannis Bapt. *d. m. c. Sabinae.*
30. F. 5. Rosae Limanae *d. c. Felicis et Adaucti.*
31. F. 6. Raymundi Nonnati *d.*

## SEPTEMBER

1. S. De B. M. in Sabb. *simp. (vel Vot. Imm. Concept.) c. Aegidii et Duodec. Fratrum.*

INCIPIT PARS AUTUMNALIS  
BREVIARII.

- ✠ 2. D. 13. p. Pent. 1. Sept. De ea *sem. c. Stephani Reg. — Inc. lib. Ioh.*
3. F. 2. De ea — *vel Vot. Angel.*
4. F. 3. De ea — *vel Vot. Apost. — In Stat. Eccl. Rosae a Viterbio d.*
5. F. 4. Laurentii Iustianiani *sem.*
6. F. 5. De ea — *vel Vot. Sacram.*
7. F. 6. De ea — *vel Vot. Passionis.*
- ✠ 8. S. NATIVITATIS B. M. V. *d. 2. cl. cum oct. c. Hadriani in Laud. et Miss. priv.*
- ✠ 9. D. 14. p. Pent. 2. Sept. Nominis B. M. V. *d. m. c. Dom. ac Gorgonii.*
10. F. 2. Nicolai a Tolentino *d. c. oct.*
11. F. 3. De oct. *sem. c. Proti et Hyacinthi.*
12. F. 4. De oct. *sem.*
13. F. 5. De oct. *sem.*
14. F. 6. Exaltat. Crucis *d. m. c. oct.*

15. S. Oct. Nativ. B. M. V. d. c. Nicomedis.
- ✠ 16. D. 15. p. Pent. 3. Sept. VII. Dolorum B. M. V. d. m. c. Dom., Cornelii et Cypriani ac Euphemiae et Soc.
17. F. 2. Impressio Stigmat. Francisci d.
18. F. 3. Iosephi a Cupertino d.
19. F. 4. QUAT. TEMP. Ianuarii et Soc. d. c. fer. — *Inc. lib. Tobiae*, ex Dom. praec.
20. F. 5. Vigil. Eustachii et Soc. d. c. Vigil.
- † 21. F. 6. QUAT. TEMP. MATTHAEI d. 2. cl. c. fer.
22. S. QUAT. TEMP. Thomae a Villanova d. c. fer. ac Mauriti et Soc.
- ✠ 23. Dom. 16. p. Pent. 4. Sept. De ea *sem.* c. Lini ac Theclae. — *Inc. lib. Iudith.*
24. F. 2. B. M. V. de Mercede d. m.
25. F. 3. De ea — *vel* *Vot.* Apost. (*Romae. Vot. Petri et Pauli.*)
26. F. 4. Cypriani et Iustinae *simp.* — *vel* *Vot.* Ioseph, c. Cypriani et Iustinae.
27. F. 5. Cosmae et Damiani *sem.* — *Inc. lib. Esther*, ex Dom. V. Sept.
28. F. 6. Wenceslai *sem.*
29. S. (*Romae* ✠) DEDIC. MICHAELIS ARCHANG. d. 2. cl.
- ✠ 30. D. 17. p. Pent. 1. Oct. Hieronymi d. c. Dom.

## OCTOBER.

1. F. 2. Remigii *sem.* ad libit. *vel simpl. de prae-*

- cepto* (in Gallia d.)—*Inc. lib. I. Machab.* ex Dom. praec.
2. F. 3. Angelorum Custodum d. m.
3. F. 4. De ea (RfRf. ex 1. Noct. Dom. praec). — *vel* *Vot.* Ioseph.
4. F. 5. Francisci d. m.
5. F. 6. Placidi et Soc. *simp.* — *vel* *Vot.* Passionis (*Romae. Gallae d.*) c. Placidi et Soc.
6. S. Brunonis d.
- ✠ 7. D. 18. p. Pent. 2. Oct. ROSARII B. M. V. d. 2. cl. c. Dom. (Marci ac Sergii et Soc. in Laud. et Miss. priv.)
8. F. 2. Birgittae d.
9. F. 3. Dionysii et Soc. *sem.*
10. F. 4. Francisci Borgias *sem.*
11. F. 5. De ea — *vel* *Vot.* Sacram.
12. F. 6. De ea — *vel* *Vot.* Passionis.
13. S. Eduardi *sem.*
- ✠ 14. D. 19. p. Pent. 3. Oct. Callisti I. d. c. Dom. — *aliq. loc.* Maternitatis B. M. V. d. m. c. Callisti I. et Dom.
15. F. 2. Teresiae d.
16. F. 3. De ea — *vel* *Vot.* Apost. (*Romae. Vot. Petri et Pauli.*)
17. F. 4. Hedwigis *sem.*
18. F. 5. LUCAE d. 2. cl.
19. F. 6. Petri de Alcant. d.
20. S. Ioannis Cantii d.
- ✠ 21. D. 20. p. Pent. 4. Oct. De ea *sem.* c. Hilarionis ac Ursulae et Soc.—*Inc. lib. II. Machab.* — *aliq. loc.* Puritatis B. M. V. d. m. c. Dom., Hilarionis ac Ursulae et Soc.
22. F. 2. De ea — *vel* *Vot.*



- Angel. — *aliq. loc. Inc. lib. II. Machab. ex Dom. praec.*
23. F. 3. De ea — *vel* *Vot. Apost.—Romae. Redemptoris d. m.*
24. F. 4. De ea — *vel* *Vot. Ioseph. — aliq. loc. Raphaëlis Archang. d. m.*
25. F. 5. Chrysanthi et Dariae *simp.* — *vel* *Vot. Sacram. c. Chrysanthi et Dariae.*
26. F. 6. Evaristi *simp.* — *vel* *Vot. Passionis, c. Evaristi.*
27. S. Vigil. De ea — *vel* *Vot. Imm. Concept. c. Vigil.*
- ✠ 28. D. 21. p. Pent. 5. Oct. SIMONIS ET IUDAE *d. 2. cl. c. Dom.*
29. F. 2. De ea (R̄R̄. fer. 2.) — *vel* *Vot. Angel. — Igitur Eleazarus, ex Dom. praec.*
30. F. 3. De ea (R̄R̄. fer. 3.) — *vel* *Vot. Apost. (Romae. Vot. Petri et Pauli) Mortuo itaque, ex fer. 2. praec.*
31. F. 4. Vigil. De ea, II. hom. (R̄R̄. fer. 4.) — *vel* *Vot. Ioseph, c. Vigil. — Antiochus autem, ex fer. 3. praec.*
- NOVEMBER
- ✠ 1. F. 5. **Omnium Sanctorum**, *d. 1. cl. cum oct.*
2. F. 6. De oct. *sem.* *Comm. omn. Defunct. d. — Antiochus autem, ex fer. 3. praec. (si fer. 4. praec. lect. non fuerit).*
3. S. De oct. *sem.*
- ✠ 4. D. 22. p. Pent. 1. Nov. Caroli *d. c. Dom., oct. ac*
- Vitalis et Agricolae. — *Inc. lib. Ezechielis.*
5. F. 2. De oct. *sem.*
6. F. 3. De oct. *sem.*
7. F. 4. De oct. *sem.*
8. F. 5. Oct. omnium Ss. *d. c. Quatuor Coronat.*
9. F. 6. Dedic. Basilic. Salvatoris *d. m. c. Theodori.*
10. S. Andreae Avellini *d. c. Triphonis et Soc. (Hoc anno omitt. Dom. 2. Nov.)*
- ✠ 11. D. 23. p. Pent. 3. Nov. Martini *d. c. Dom. et Mennae.—In Stat. Eccl. Patrocinii B. M. V. d. m. c. Martini, Dom. et Mennae.*
12. F. 2. Martini I. *sem.* — *Inc. lib. Danielis, ex Dom. praec.*
13. F. 3. Didaci *sem.* — *In Italia. Stanislai Kostka d.*
14. F. 4. Iosaphat *d.*
15. F. 5. Gertrudis *d.*
16. F. 6. De ea (R̄R̄. ex 1. Noct. Dom. 1. hui.) — *vel* *Vot. Passionis. — In Italia. Didaci (ass. ex 13 hui.) sem.*
17. S. Gregorii Thaum. *sem.* (Romae *d.*)
- ✠ 18. D. 24. p. Pent. 4. Nov. 6. p. Epiph. Dedic. Basilic. Petri et Pauli *d. m. c. Dom.*
19. F. 2. Elisabeth *d. c. Pontiani.—Inc. lib. Osee, ex Dom. praec.*
20. F. 3. Felicis de Valois *d. — Inc. Ioël.*
21. F. 4. Praesentationis B. M. V. *d. m.*
22. F. 5. Caeciliae *d.*
23. F. 6. Clementis I. *d. c. Felicitatis.*
24. S. Ioannis a Cruce *d. c.*



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

- |  |   |
|--|---|
| <p>c. Vigil.). Miss. Vigil.<br/>c. fer. — <i>O Clavis.</i></p> <p>† 21. F. 6. QUAT. TEMP. THOMAE d. 2. cl. — <i>O Oriens.</i></p> <p>22. S. QUAT. TEMP. De eo<br/>— <i>O Rex.</i></p> <p>✠ 23. D. 4. ADV. sem. — <i>O Emmanuel.</i></p> <p>24. F. 2. Vigil. Nativ. De<br/>ea simp. Ad Laud. et<br/>deinc. d.</p> <p>✠ 25. F. 3. Nativitatis D. N.<br/>I. C. d. 1. cl. cum oct.<br/>priv.</p> <p>† 26. F. 4. STEPHANI d. 2. cl.<br/>cum oct. c. oct. Nativ.</p> | <p>— <i>aliq. loc. c. omn. Mm.</i><br/>et oct. Nativ.</p> <p>† 27. F. 5. (Romae ✠) IOANNIS d. 2. cl. cum oct. c. octavar.</p> <p>† 28. F. 6. INNOCENTIUM d. 2. cl. cum oct. c. octavar.</p> <p>29. S. Thomae Cantuar. d. c. octavar.</p> <p>✠ 30. D. infra oct. Nativ. sem. c. octavar. — <i>Inc. Ep. ad Romanos.</i></p> <p>† 31. F. 2. Silvestri I. d. c. octavar. in Laud. et Miss.<br/><i>Hodie et Anno insequenti 1901<br/>litera Martyrologii erit k.</i></p> |
|--|---|

## SOLUTIO QUAESTIONIS

pro mense Maio 1899 propositae.

### PROPOSITIO.

Missa votiva, sive solemnitas sive privata, indulta infra aliquam hebdomadam extra Vigiliam privilegiatas, dici ne potest in Vigilia Epiphaniae?

### SOLUTIO.

Ut clare faciamus satis praelaudatae petitioni, tria dicemus: 1° Vigiliam Epiphaniae non inter privilegiatas esse computandam; 2° Vigiliam Epiphaniae excludere votivas privatas et non nisi solemnes pro re gravi admittere; 3° Vigiliam Epiphaniae, si agatur tamen de Missa votiva, indulta infra aliquam hebdomadam ad exclusionem tantum Vigiliarum privilegiatarum, non illam amplius reiicere, sive sit missa solemnitas sive sit privata, eo ipso quod sit vere indulta ut sic.

1. *Vigilia Epiphaniae non inter privilegiatas est computan-*

da, hoc patet ex genuina notione Vigiliae privilegiatae. Privilegiata illa dicitur quae, non attento eius ritu inferiori v. g. semiduplici, nihilominus praevalet super altero officio ritus superioris v. g. duplicis. Porro Vigilia Epiphaniae ritus semiduplicis, nedum praevaleat, cedit omni officio cuiuscumque superioris ritus, iuxta generalem regulam occurrentiarum. Ergo dici nequit ex hoc capite privilegiata, cum privilegium definiatur: *lex aliquid speciale concedens uni vel pluribus contra vel praeter ius commune* (1). Quod non verificatur in casu.

Differt tamen a quacumque Vigilia minori aut communi, quae cedit etiam omni semiduplici, cum Vigilia Epiphaniae celebretur, nonobstante eius occurrentia cum aliquo semiduplici; et merito igitur ob eius semiduplicem ritum, quo carent aliae Vigiliae ordinariae, vocatur maior. Sed vox « maior » et vox « privilegiata » (quod non satis attenderunt auctores) toto coelo distant. Verbi gratia, feriae maiores non idem significant ac feriae privilegiatae. Posteriores, ut feria IV Cinerum et tota hebdomada sancta, nulli festo cedunt etiam I cl.; aliae vero Quadragesimae et Adventus iuxta normam communem cedunt omni festo ritus superioris, etiam semiduplicis. Pariter Vigiliae maiores Nativitatis Domini et Pentecostes vere privilegiatae sunt, quia nulli festo cedunt etiam I cl.; at aliter dicendum est de Vigilia maiori Epiphaniae quae, licet eiusdem ritus ac Vigilia Pentecostes, cedit cuicumque officio ritus etiam duplicis minoris iuxta solitum occurrentiae.

Quapropter, severe loquendo, errarunt Rubricistae qui computant Vigiliam Epiphaniae inter privilegiatas, sicut non recte loquerentur qui ferias maiores cunctas haberent veluti privilegiatas. Omnes quidem privilegiatae, sunt *maiores*, sed non vice versa dici potest universas maiores *privilegiari*. Haec multum interest observatio, si quis decipi noluerit legendo v. g. *Compendium Sacrae Liturgiae* cl. Pourbaix, vel *Liturgiam* in Seminario Mechlinen. edoctam a cl. Van Der Stappen, et etiam

---

(1) Ferraris, art. I, n. 1; Suarez, *De Legibus*, lib. 8, cap. I, n. 8; Craisson, *Manuale iuris* Tom. I, n. 156.

*Praxim Sacra Liturg.* a cl. De Herdt, qui indistincte usurpant Vigiliam privilegiatam pro Vigilia maiori.

Constat quoque ex decretis S. R. C. Vigiliam, de quo in casu, non privilegiatam reputari debere: « Cum in Basilica Vaticana Urbis, festum S. Telesphori Papae Mart., quod cadit in Vigilia Epiphaniae Domini et celebratur sub ritu dupl., in praeteritum per longum temporis spatium translatum sit ad primam diem non impeditam, et officium factum sit de Vigilia Epiphaniae; dubitatum fuit a nonnullis ex Canonicis dicti Capituli, occasione novae impressionis Brev. Rom. ad usum Cleri Vaticani, an persistendum esset in dicta consuetudine transferendi dictum festum, vel potius servandae essent Rubr. gen. Breviarii Romani, *quibus non consideratur Vigilia Epiphaniae ex privilegiatis.* » Interrogata eadem Rituum Congregatio respondit: « Servandas esse Rubricas, et celebrandum festum S. Telesphori cum nona lectione Vigiliae Epiphaniae, quacumque consuetudine non obstante » (1). Unde liquet dictam Vigiliam non haberi tamquam privilegiatam, cum postponatur simplici duplici minori, iuxta normam generalem quae vult duplicia cedere semiduplicibus.

Si obiicias Sacram Congregationem de novo consultam, unanimi Eminentissimorum voto dixisse: « servandam esse consuetudinem dictae ecclesiae, non obstante decreto ultimo loco facto super eodem dubio ab eadem S. C. die 16 Sept. prox. praet. » (2), non idcirco credendum est Vigiliam nunc haberi ut privilegiatam; sed *visis iuribus hinc inde deductis*, ut legitur in ipso decreto, favor et gratia conceditur dictae Basilicae, quin lex mutetur. Ergo tenendum est Vigiliam Epiphaniae non inter privilegiatas esse numerandam.

Adde decretum 28 Sept. 1675, ubi inter privilegiatas designantur Vigiliae Nativitatis Domini et Pentecostes, non autem Epiphaniae (3), et nihil amplius erit desiderandum in hac parte.

(1) S. R. C. 16 Sept. 1678, n. 1491 (2658).

(2) S. R. C. 2 Dec, 1678, n. 1496 (2669).

(3) Rub. gen. Tit. 4, n. 8.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



Petri et S. Ioannis Laterani non fit de S. Telesphoro Papa et Mart. occurrente cum dicta Vigilia? Et S. R. C. respondendum censuit: *negative* (1). Haec autem responsio valet omnino pro missis votivis privatis, cum interpretetur textum Rubricae identice eundem, Titulo V, *de Missis defunctorum* dicente; « Missae privatae pro defunctis quocumque die dici possunt praeterquam in festi duplicibus et Dominicis diebus », et Titulo IV *de Missis votivis* dicente pariter: « in missis privatis dici possunt pro arbitrio sacerdotis, quocumque die non est duplex aut Dominica ». Imo Congregatio declarat in diebus dominicis, quibus equivalens est Vigilia Epiphaniae, per missam de die adimpleri mentem benefactorum et indulgentias obtineri, perinde ac si celebratae fuissent Missae defunctorum (2).

Sed decretum 10 Dec. 1718 omne tollit dubium. Quaerenti an in Vigilia Epiphaniae Missae votivae et defunctorum celebrari possunt, S. Congregatio dixit; *negative, et ita decrevit et servari mandavit* (3). Quod intelligendum est de missis etiam in cantu celebratis, ut resultat ex alio decreto 32 Dec. 1353 (4). Ergo Missae votivae privatae neque legi neque cantari possunt in Vigilia Epiphaniae, licet non privilegiata.

Quoad missas solemnes pro re gravi, certe permittuntur in praefata Vigilia, sicut permittuntur in Dominicis per annum. Expungitur quidem decretum 11 Mart. 1837, n. 4806 ad 1, quod illas admittebat pro Dominicis etiam 2 cl., imo decretum 27 Mart. 1776, n. 4393 ad 20, quod expresse licentiam concedebat pro Vigilia Epiphaniae; sed doctrina non mutatur. Ephemerides hoc expresse docent anno 1896 pag. 441; non aliter sentiunt Auctores et Kalendaria, et ideo res non indiget ampliori demonstratione, quae consignabitur coeterum in III Volum. decretorum.

3. *Si agitur, ut fert casus, de Missa votiva, sive privata sive solemni, indulta infra aliquam hebdomadam extra Vigilias*

(6) 27 April, 1697, n. 1978 ad 5 (8428).

(1) S. R. C. 15 Sept. 1714, n. 2228 (3878).

(2) N. 2256 (3918).

(3) N. 2427 ad 3 et 4 (4237).

*privilegiatas, certe illa dici potest in Vigilia Epiphaniae intra limites indulti.*

Habemus in testimonium aliquod Cadurcense decretum. Calendarista petebat an in ecclesiis, ubi ter in qualibet hebdomada locum habere valent Missae de Requie cum cantu, dum officia occurrunt ritus duplicis, exclusis tamen semper duplicibus I et II cl., festis de praecepto servandis, feriis, Vigiliis, et Octavis privilegiatis, iam virtute supradicti indulti decantari liceat Missas de Requie, quum ex Rubrica diebus 2, 3, 4, et 5 Ianuarii Missae de Requie celebrari nequeant? Congregatio respondit: *affirmative* (1), id est virtute indulti cantari possunt Missae de Requie in Vigilia Epiphaniae. Sed superius vidimus interpretationem Rubricae pro Missis defunctorum valere in casu pro Missis votivis, ergo Missae votivae infra aliquam hebdomadam indulta cum sola exclusione praefatorum, recitari quoque poterunt in Vigilia Epiphaniae. Quod ex iure ordinario pro Vigilia prae-laudata illicitum foret, hoc ex indulto fit licitum intra limites et ad mentem indulti: unde si missae cantandae sunt, hae tantum permittuntur, et si hoc non requiritur, etiam sine cantu permittuntur.

Vide aliunde decreta relate ad missam votivam SS. Cordis Iesu: « In iis ecclesiis et oratoriis, ubi feria VI, quae prima unoquoque in mense occurrit, peculiaria exercitia pietatis in honorem divini Cordis, approbante loci Ordinario, mane peragentur, B. Pater indulset ut hisce exercitiis addi valeat missa votiva de Sacro Corde Iesu, dummodo in illam diem non incidat aliquod festum Domini, aut duplex 1<sup>ae</sup> cl., vel feria, Vigilia, Octava ex privilegiatis, de caetero servatis Rubricis » (2). Deinde haec missa celebranda est cum Gloria, Credo, et unica Oratione ad instar votivae solemnis pro re gravi (3), (quia missa solemnis ista, est solum genus votivae quod semper permittitur, praeterquam in duplicibus I cl. vel privilegiatis feriis, Vigiliis, et

(1) S. R. C. 9 Maii 1857, n. 8049, dub. 2 (5241).

(2) S. R. C. 28 Iunii 1889.

(3) S. R. C. 20 Maii 1890, ad 1.



Octavis (1) sive sit lecta sive sit cantata (2). Quid exinde sequitur? Sequitur quod Missa SS. Cordis Iesu, diebus praefatis exceptis, legi vel cantari potest, quando mane fiunt in ecclesia celebrantis exercitia pietatis erga Cor Iesu ab Ordinario approbata, sed una tantum, si absque indulto iam missae votivae illa die prohiberentur.

His positis, quid in Vigilia Epiphaniae? Certe una legi vel cantari potest missa votiva SS. Cordis, quia die illa non excipitur; sed plures dici non possunt, quia essent extra Indultum et iam prohiberentur. Confer *Ephem. Liturg.* anno 1892. Quapropter sedulo attendendum erit indulto, ne aliquo modo quis illud transgrediatur.

A. FOURNERET

ex Acad. Liturg. Romana,  
Parochus loci vulgo dicti Lannes  
(dioecesis Lingonensis).

---

## QUAESTIO SOLVENDA

PRO MENSE IULIO 1899.

Alexius Canonicus et caeremoniarum magister Ecclesiae B. contra consuetudinem eiusdem Ecclesiae exigit: 1. ut in Missa solenni de requie acolythi e sacrario ad altare procedant manibus iunctis sine candelabris, quae cum cereis extinctis ponantur super abaco, accendendis ad *Agnus Dei*: 2. ut Subdiaconus, et non alius, incensum in thuribulum mittat pro Elevatione: 3. ut Celebrans, dicto *Placeat*, canere possit *Orationem super tumulum*, quae in Missali defunctorum prostat, et post eam Evangelium legere S. Ioannis, iuxta Rubricam. Quaeritur: 1. Quid Rubricae dicant vel erui ex iis possit,

---

(1) *Ephem. Liturg.* anno 1890, pag. 210.

(2) S. R. C. 20 Maii 1892 et 22 Iunii 1892 ad 2 *Meten.* 30 Aug. 1892 ad 1 in *Strigonien.*



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

# SUPER CALENDARIO

## STUDIUM

---

1. Calendarium a calendis, uti patet, eruitur, quia antiqui, uti plures etiam impraesentiarum, scribebant Kalendarium, initiali retenta littera Graecorum, a quibus ad nos dictum vocabulum venit: nunc tamen quasi latinum, ex usu, nomen redditum, iure Calendarium cum Latii initiali legitur. Verbum *kaleo* radix est termini, quae latine *voco* significat, et italice dicimus *chiamare*. « Priscis enim temporibus, ait Ferraris (*ad verb.* Kalendarium, *n.* 1), sacrificio a Rege et Pontifice celebrato, idem Pontifex, *kalato*, idest, vocato populo in capitolium, quot numero dies a kalendis ad Nonas superessent, pronunciabat, et quintanas quidem, quinquies dicto verbo *kalo*, septimanas, repetito septies, praedicabat; et hunc diem, qui ex his diebus, qui *kalarentur*, primus esset, placuit *kalendas* vocari ». Ab eiusmodi facto derivat Calendarium, cui non amplius veluti *vocationis* significatio tributa est, sed id quod in eventu accidit. Hinc Calendarium impraesenti idem est ac « quaedam dierum ac mensium ex quibus annus constat, omniumque, quae diebus ac mensibus adiuncta sunt, coordinatio (*Ferraris*, loc. cit.) ». Sed et hic nota, praefata adiuncta essentialem pro nobis Calendarii partem constituere: sunt autem indicatio feriarum et festivitatum, quae singulis diebus recolluntur, ut si ab hac indicatione abstraheres, vix Calendarii nomen haberes. Calendarium itaque est: Diarium indicans dies operibus servilibus addictos, iuxta legem hominibus impositam, et dies divino cultui destinatos, prout iisdem hominibus convenit, qui communem Creatorem agnoscunt. Hoc quidem pro

omnibus generatim, sive ad saecularem sive ad ecclesiasticum homines coetum pertineant. Verum cultus, qui Deo tribuendus est, vel directus esse potest vel indirectus: ille ipsum Deum respicit, iste vero Angelos et Sanctos qui habitant in caelis, quorum sanctitatem a Deo plus minusve participatam novimus. Hinc Calendarium in unoquoque die aliquod assignat officium, tamquam modum vel Deum, vel sanctos caelites honorandi. Equidem impraesenti parum vel nihil refert fidelibus, si hoc vel illud assignetur in Calendario officium, quod ecclesiastici tantum, vel publice vel private agunt; sed hoc gravissimum est incommodum, maximeque, ut videre erit, plorandum. Nihilominus et fideles plures, non solum in festis solemnioribus, quod commune est omnibus, sed etiam in multis aliis, infra annum, minoris ponderis, cum officio ecclesiasticorum participant, meliori, inquam, ratione qua possunt. Calendarium itaque, non solum ecclesiasticos respicit, sed et fideles omnes, cum sive populi de relativis adimplendis muneribus edoceantur, quae et opus servile spectant, et Deo caelitibusque laudem tribuendam. Neminem autem latet, per dicti muneris observantiam singulos propriam perfectionem, tam externam quam internam, tam civilem quam etiam religiosam, facilius attingere.

2. Hinc facile intelligitur quare Calendarii ordinatio curam vigilem sibi semper assumpserit Auctoritatis in orbe: adeo ut in tempora pluribus mutationibus, quae ad perfectiorem illud redegerunt formam, obnoxium fuerit. Primum, quod noscimus, Calendarium instituit Romulus, nostri quasi germen informe satisque rude. Incrementum aliquod postea accepit sub Numa Pompilio, quippe quod nisi naturali solis anno, lunari profecto accesserit, prouti Graecorum consuetudo ferebat. Quod nihilominus cum populorum necessitatibus facere satis vix posset, perturbationis enim et confusionis erat, Iulius Caesar nova illud perfectione donavit, quae ultima esse videbatur, Calendarium, Sosigenis

opera, naturali solis cursui, iuxta Aegyptiorum usum, conforme reddens. Sed vero hoc quoque, cum non tantum anno solari accederet, sed et illum praetergrederetur, in oppositum incidit excessum. Tandem veram sumpsit Calendarium perfectionem suam sub immortali Gregorio Pontifice XIII, quod proinde perpetuum nullius hactenus variationi subiectum fuit. Summus enim laudatus Pontifex, Clavio et Ciacconio adlaborantibus, minuta plura, quae unicuique anno deerant, neglectaque ante fuerant, computare necessarium censuit. Ex quo factum est, ut in hoc ultimo Calendario quodvis temporis incommodum vitatum fuerit pro insequentibus saeculis, et praecedentium saeculorum perturbationi per plures, quos in antecessum computavit, dies obviam ierit (1). Quanti autem huiusmodi Gregoriana Calendarii perfectio sit facienda, totus orbis praedicat, cum populi cuiusvis nationis, ipsique Protestantes, tardius licet, seu Germanici, seu Britanni, ambabus ulnis acceperint, Borussia (2) tantum excepta, haud ex alia profecto ratione, quam religionis odio. Gregorianum namque Calendarium ideo libenter nationes acceptarunt, quia perspicue noverunt computationis exactitudinem, quemadmodum et necessitatem ut annus communis, quantum fieri possit, solari responderet: quod in praelaudato Calendario adamussim obtinetur. Et revera maximum ex perfecta mox dicta computatione commodum sequitur, quod breviter perpendendum est. Semel statuto paschate in prima dominica lunae XIV proximior, quae accidit post absolutum veris aequinoctium, hoc est post diem

---

(1) Plura minuta a Iulio Caesare neglecta eo populos conduxerant, ut annus decem antea diebus inciperet, quam par erat: hinc Gregorius XIII statuit, ut unius anni computatio decem diebus retro abiret, sicque aequinoctium vernalis, quod in undecimum diem Mensis Martii incidebat, decem diebus suppressis, a die 21 inceptum fuit.

(2) Impraesenti haec quoque natio Calendarium Gregorianum adhibitura est ex iam condita Principis lege.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



e festis, quae diebus mensis affixa sunt, quaeque proinde *fixa* dicuntur. Fixa namque sunt quidem quod attinet dies mensis, sed mobilia, seu mutabilia sunt quod spectat hebdomadam, in qua eveniunt. Ita ex. gr. festum Ss. Philippi et Iacobi hoc anno 1899 feria II<sup>a</sup> hebdomadae IV<sup>ae</sup> post Pascha celebrabitur: anno sequenti 1900 occurret feria III<sup>a</sup> hebdomadae post Pascha secundae: item anno 1901 ulterius procedet, et recoletur feria IV<sup>a</sup> post Paschatis hebdomadam III<sup>am</sup> etc. etc. atque ita de reliquis. Hoc autem, quamvis sub aliquo respectu ordinatum videri possit, non potest quin uti incommodum habeatur, et sub alio respectu inordinatum. Illud, quia semper eodem die eiusdem mensis occurrunt, hoc vero quia nunc citius nunc serius dicta festa celebranda veniunt. Quamvis incommodum superius relatum maius appareat, cum profecto gratum dici nequeat, festa hac illac cum Pascha, nunc prius nunc postea, per 35 dierum spatio discursare.

d) Hinc graviorem complicationem perturbationemque derivantem nemo non videt; festa enim mobilia saepissime cum fixis coincidunt, quae diebus mensium adhaerent. Hoc inconveniens nullius erat momenti, cum Calendarium ultimam emendationem a Gregorio Pontifice XIII accepit, quia festa fixa pauciora erant. Sed successu temporis nimis increverunt, atque impraesenti adeo multiplicata manent, ut Calendarium universale parum absit, quod plenum fiat. Ex eo multiplicatae super praeminentiis controversiae, quae innumerabilia S. R. Cong. nis provocarunt decreta, nec interim habuere finem, Rubricarum emendationibus pluries dedere locum; et, quod magis refert, nec satis plorandum, translationum festorum indefinitus est numerus.

e) Diximus *quod magis refert*: gravissimum enim ex his translationibus oritur consecrarium, quod forte haud satis hucusque observatum est, ut ob oculos legentium nunc ponere necessarium duxerimus. Iam consuetudo satis prava invaluit,

ex qua functiones suas ecclesiastici persolvunt, et populus fidelis cum illis nil prorsus ut plurimum, rarius vix participat. Officia solemnia peraguntur in choris, Vesperarum et Matutini: ubi fideles? Horae celebrantur minores: ubi fideles? Ipsa solemnior Missa peragitur: ubi fideles? Aut *rari nantes* dicerentur *in gurgite vasto*, aut Ecclesia deserta. Si musicus fit cantus plures fideles assistunt, sed quis Canonicis Horis, propter eas, inquam, assistit? Missa privata auditur a fidelibus, Benedictioni cum Venerabili, aliisque pietatis exercitiis praesto sunt; sed divina officia pro populo christiano res velut extraneae evaserunt. Huiusmodi functiones clericorum propriae factae sunt, in iisque populus est omnino profanus. Heu nobis! In Ecclesiae incunabilis, et per plura saecula haud ita res erant, cum Invitatorii officii propositum, populus coadunandus erat. Aliter se res habebant, dum fideles cum cantu Missae plus minus participabant. Nonne mutatus color optimus? Nonne aurum diceres in scoriam versum? Sed eventum causa quaerenda. A veritate non credimus recedere si dicamus, ex causis hanc inter praecipuas fuisse, continuam festorum translationem: quae forte divini ipsius officii fastidium genuit, posita, a qua profecto abstrahi nequit, frigefacta caritate.

f) Ad Calendarium namque redeuntes, fideles adibant Ecclesiam aliquod festum in Calendario notatum celebraturi, et aliud clericos celebrantes audiebant. Calendarium notabat ex. gr. divum Antonium Conf., et clerici, ob accidentalem vel forte perpetuam translationem, officium de S. Lucia Virg. et Mart. agebant. In Calendario inscriptus erat S. Ioannes Chrysostomus Episc. et Doct., festum S. Marcelli Mart. recolebant clerici. De festo S. Barnabae Apost. cogitabat de more populus, agebatque clerus S. Athanasium. Quid mirum, si, pristino fideles fervore amisso, Ecclesiam pro divinis officiis frequentare desierint, clerumque in suis festis reliquerint, quorum amplius participes esse nequibant? Sed pro dolor! Christiani populi



praesentia quantum adiungit gaudii in divinis officiis celebrandis, tantum moeroris tristitiaeque addit absentia illius.

P. P. SCHOLASTICUS C. M.

*(Continuabitur).*

---

## APPENDIX

---

### MEDIOLANEN.

#### **Circa obligationem recitationis Officii defunctorum.**

##### *Eminentissimi Patres*

Cum, ex reverentia qua vos prosequor, Emi et Rmi Patres, nequeam pensum mihi commissum detrectare, ut morem geram iussioni vestrae, exponam humiliter quae in hac quaestione sane difficili mihi occurrerunt, emendanda profecto a sapientioribus et praesertim a vobis, PP. EE.

Status quaestionis est: Sacerdotes Ambrosiani tenentur in quadragesima unum Nocturnum, Laudes et Vesperas defunctorum recitare, in feriis per annum Laudes et Vesperas, non secus ac illi, qui utuntur ritu Romano, fere eadem tenentur obligatione in die Comm. omnium defunctorum.

Quaeritur: *utrum in hisce casibus possint satisfacere obligationi ex iustitia (propter acceptam eleemosynam) per eandem divini officii recitationem, ad quam tenentur ex kalendario seu eo quod sunt in sacris, ita ut unica officii divini recitatione satisfaciant obligationi praecepto Ecclesiae impositae et obligationi ex excepta eleemosyna susceptae.*



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

ciorum, officium, in eorundem suffragium, recitare. Obligatio huiusmodi nulla est, sive ex lege aut voluntate fundatorum, sive ex lege Ecclesiae. Et sane fundatores ne obligationem quidem recitandi officii imposuerunt. « Obligatio recitandi divinum Officium imposita est *solum ab Ecclesia* beneficiariis, ut cum aliis probat Suarez *De Relig. tr. 4, l. 4, c. 18*». Ita Lugo *Resp. Mor. l. 5. dub. 5 n. 11*. « Fundatores beneficiorum, ait Filliuccius, *tr. 23, n. 137*, non reperiuntur obligasse ad Horas canonicas. » S. Thomas *Quodl. 1, a. 13*, quaerit: « an habens duas ecclesias (duo beneficia) teneatur utriusque officium dicere ». Porro si obligatio recitandi Officii esset ex lege fundatorum, qui in suum suffragium iusserunt dici, posset saltem videri, habentem duo beneficia, bis in die debere Officium dicere. At S. Thomas, inter obiectiones, quas praemittit, ne memorat quidem hoc argumentum. Respondet autem negative; et perpendatur principium resolutionis: « Qui in aliqua ecclesia praebendam accepit, duobus obligatur, scilicet Deo, ut ei debitas laudes exsolvat pro suis beneficiis, et Ecclesiae, a qua accipit sumptus ». De fundatoribus dicitur nihil. Veteres profecto nonnulli, quos refert Azor. *Inst. mor.) l. 10 De horis canonicis c. 4*, censuerunt, beneficiarios teneri iure naturali preces horarias recitare, ut satisfaciant iis qui beneficiorum redditus reliquerunt. Verum hanc non esse obligationem ex iustitia propter legem fundatorum hoc pacto instituentium beneficia, vel ex eo patet quod iidem doctores sub disiunctiva loquantur, debere divinum Officium persolvere vel saltem aliquas preces recitare. Atque ita resolvit Azor. Obligatio scilicet est gratitudinis, cui pluribus modis poterit fieri satis, ut advertit etiam Suarez *l. c.*

Et re quidem vera, si obligatio oriretur ex voluntate fundatorum hoc pacto instituentium beneficia, Ecclesia non exemisset omittentes recitare primo semestri, ab obligatione restituendi fructus, ut cum aliis monet S. Alph. *l. 4, n. 145*. Atque ita Garzias *De beneficiis tom 1, p. 3, c. 1, n. 5*: « Ex Const. Lateranensi et Pii V (urgente restitutionem fructuum solum post primum semestre) infertur, beneficiarios non recitantes Officium, non teneri ad restitutionem ex iure naturali et divino, sed ex

iure positivo dicti Concilii et Const. Pii V, in poenam peccati impediende acquisitionem. » Ideoque subdit: » Et ita de iure antiquo ante Conc. Lateranense verior erat sententia (Laymann *l. 4, tr. 2, c. 5 vocat communioem*) beneficiatos non recitantes non teneri fructus restituere interim perceptos. »

Itaque non est, cur credamus, beneficiarios ex voluntate fundatorum debere recitare Officium in eorum suffragium. Sed lex eos ad id pensi obligans est lex Ecclesiae.

Quae tamen Ecclesiae lex obligat quidem beneficiarios ex motivo religionis, non autem ex motivo iustitiae, ut pro fundatoribus debitum solvant satisfactionis. Salmanticenses *De horis canonicis c. 2, n. 37*, aiunt: « Clericus beneficiatus, sive ordinatus sit in sacris sive non, solum ex religione tenetur ad horas canonicas; quia, supposito titulo beneficii, ex solo praecepto Ecclesiae: sub motivo religionis imposito, obligatur. » Et S. Alph. *l. c.*: « Ecclesia imponendo beneficoiario onus officii, imponit ex motivo religionis. » At motivum suffragandi fundatores beneficiorum, quod sit ratio legis, nullibi apparet nec ullus producit canon, quo haec voluntas Ecclesiae demonstretur. Sane non pauca privilegia noscimus concessa ab Ecclesia fundatoribus beneficiorum et patronis: at nemo illud memorat, ut Officium ab obtinentibus beneficium in eorum suffragium recitetur.

Quod autem generatim valet in ritu Romano quoad Officia vel ferialia vel de sanctis, puto valere et in ritu Ambrosiano quoad Officium defunctorum, nisi lex specialis obstet. Nam quae ratio discriminis? haec una videtur posse excogitari: quia nempe illud Officium dicitur in suffragium mortuorum et idcirco fundatoribus prodesse potest. Verum 1. etiam Officium vivorum prodesse potest defunctis, et nihilominus non est imposita obligatio illud dicendi pro fundatoribus: 2 Aliud est, quod Officium defunctorum valeat pro defunctis, iisque prout tale est, sit applicandum; aliud est quod applicetur aut applicari debeat huic vel illi determinatae personae, puta fundatori. Ex priore non sequitur alterum. Perinde scilicet erit ac in ritu Romano die 2 Nov. quo obligamur quidem recitare Officium defunctorum, quin

prohibeamur tamen fructum medium applicare cui volumus, quemadmodum et Missae.

At obstatne in ritu Ambrosiano lex aliqua specialis?

Resp. I. Consuetudo antiquitatis (ex historia concinnata a Cl. Ceriani) non demonstrat obligationem proprie dictam, universalem recitandi Officium defunctorum certis diebus, multo minus obligationem in beneficiariis illud applicandi pro fundatoribus.

2. S. Carolus, a cuius lege repetitur haec obligatio recitandi Officium defunctorum, nihil habet de suffragandis fundatoribus. Extant eius verba apud Bonacina, doctorem Mediolanensem, quae praecipunt Horas Canonicas recitari iuxta Breviarium Ambrosianum, quod tunc edebatur. At praeceptum de applicando Officio defunctorum fundatoribus nec Bonacina memorat, nec Cl. Ceriani.

3. Orationes (Oremus) in fine Officii (quod est argumentum alterius consultoris) non magis demonstrant, fructum medium Officii applicandum esse iis, de quibus fit mentio in Orationibus, quam Orationes in Missali Romano pro Missis quotidianis defunctorum probent applicandam esse Missam, quoad illum fructum medium, Pontificibus et Sacerdotibus. Haec spectant ad fructum generalem, quem intendit Ecclesia, cuius etiam nomine sacrificium offertur vel Officium dicatur.

Itaque etiam Ambrosianis applicatio Officii defunctorum libera relicta est. Non ergo ratio dubitandi, an beneficiarii duplici obligationi una recitatione satisfacere possint, oritur ex obligatione, quae nulla est, applicandi eam pro fundatoribus.

II. At ratio dubitandi esse potest, quia beneficiarius, eo quod talis, iam recitationem Horarum canonicarum debet ex iustitia; etsi enim motivum legis sit religio seu cultus Dei, beneficiario tamen fructus beneficii dantur sub pacto vel conditione, quod Horas canonicas recitet; ut idcirco peccet contra iustitiam non recitans et retinens fructus. Ita S. Alph. et est communis, saltem post decretum Pii V. Atqui ille, qui ex iustitia aliquid debet ratione officii sui, nequit pro eo aliud stipendium recipere. Ita Schmalzgr. *l. 5, t. 3, n. 95.* « Aliud est in parrocho vel be-



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



eo casu poterit celebrans accipere novum stipendium et *unica Missa satisfacere obligationi Beneficii seu Cappellae et item danti novum stipendium*. 13 Iul. 1630. Non opus esse ut illud *expresse caveatur*, sed satis esse praesumptionem ex rationabilibus coniecturis, ostendit Resolutio huius S. C. *in Casalen.* 20 Febr. huius anni. « Neque id adversatur decreto huius S. Cong. *Nuper* sub Urbano VIII, cuius haec est declaratio quaedam: « Sacerdotes, quibus diebus tenentur celebrare ratione beneficii, seu cappellae, legati aut salarii, si eleemosynas etiam pro aliis Missis celebrandis susceperint, non posse eadem Missa utrique obligationi satisfacere. » Nam, ut monet idem Lugo, « haec debent intelligi iuxta terminos ipsius decreti, scilicet quando ex utroque stipendio obligatur sacerdos ad applicandum sacrificium pro illis. » Respondet autem rationi quae in contrarium afferebatur, « quia nimirum cum stipendium Missae detur ad sustentationem sacerdotis, consequens est, ut si sacerdos accepit stipendium ab aliquo pro illa Missa (fructum nempe beneficii), non habeat ius accipiendi rursus stipendium ad sui sustentationem ab alio pro eadem Missa; cessat enim titulus sustentationis exigendae » Respondet Lugo, negans in casu proposito cappellani, utrumque esse stipendium: sed, abstractione facta ab eo casu speciali, quid prohibet pro una Missa duplex accipi stipendium, quando alter ex offerentibus gratum habet, ut et ab altero stipendium accipiatur pro eadem Missa eidem applicata? Perinde esset, ac si quis augere vellet stipendium quod alter dedit, non mutata intentione.

Quocirca si beneficiarius ratione quidem beneficii tenetur certis diebus Officium defunctorum recitare, ita tamen ut libera applicatio ei maneat, videtur posse stipem recipere propter assistentiam funeris et applicationem fructus eiusdem Officii facta defuncto. Saltem sententia contraria non est adeo certa, ut merito dubitare non liceat. Profecto his quaestionibus solvendis, praeter ius naturale, ex essentiis rerum collectum, se immiscet quoque ius positivum; ut proinde nosse oporteat quid in hac re Ecclesia velit aut permittat: verum, utrum Ecclesia clare significaverit voluntatem suam. videbimus paulo post, cum perpen-

demus argumenta alterius Consultoris. Reliquum esset ut expediremus argumentum ductum ex principio quodam, quod duplici obligationi nequeat fieri satis uno actu: at quia hoc argumentum occurrit etiam contra eos, qui solo titulo ordinationis tenentur Horas canonicas recitare, ad hos gradum facimus.

Itaque in his certe valet quod iam diximus, sola lege Ecclesiae ex motivo religionis teneri eos obligatione recitandi Horas canonicas sive vivorum sive mortuorum: applicationem fructus liberam ipsis relinqui: praeterea in ipsis non habet locum ratio dubitandi, de qua mox locuti sumus, ducta ex possessione benefici et, si quid valet instantia ex cappellano adducta, cui libera permissa est applicatio sacrificii, ea absque dubio vim omnem suam exerit in huiusmodi hominibus. Si qua est ergo difficultas ipsa ex eo erit, quod adsit duplex obligatio, cui uno actu fieri nequeat satis, vel vi iuris naturalis vel saltem positivi.

Iam vero certum est, quod non paucis in casibus potest uno actu fieri satis duplici aut multiplici obligationi: verum huius axiomatis intelligentia est parumper impedita; cum enim quaeritur, quandonam id locum habeat, regulam aliquam omnibus patentem, quae universalis sit, doctores non suppeditant. Sanchez in *Dealogum l. c. 14, n. 3* ait: quod uno actu vel pluribus actibus satisfiat pluribus praeceptis, id pendet ex intentione legislatoris. Atqui haec frequenter incerta est et ex coniecturis divinanda. Et quidem si idem sit motivum formale plurium praeceptorum eandem specie rem postulantium, facile convenit inter omnes, uno actu pluribus satisfieri praeceptis, ut si una audiatur Missa die dominica, in quam incidit aliud festum de praecepto. At si motivum sit diversum, quemadmodum in nostra hypothesis (motivum religionis ex lege Ecclesiae, motivum iustitiae ex stipe accepta), in doctrina Salmaticensium *De legibus c. 2, n. 150*: « Quando ex diverso motivo mandatum procedit, nisi constet de mente mandantis, regulariter deponit actum distinctum ab eo, quem praecedens (h. e. aliud) praeceptum exigebat; quia sic communiter intendunt mandantes novum opus imponere. Et ideo in dubio de intentione legislatoris, sentiendum est, velle



novum actum exigere; quia in dubiis iuxta communiter contingentia iudicandum est. » Qua in doctrina adverto duo. Alterum est, rationem allatam non videri satis efficacem; argumentum enim huc redit: ita accipienda est intentio mandantium, quia sic communiter intendunt mandantes; probas scilicet idem per idem. Alterum est, ut sumam quod dicitur, *nisi constet de mente mandantis*: atqui quando praecepta quidem recitatione Officii eaque absque ullo stipendio, relinquitur tamen recitanti libera applicatio fructus, satis constare videtur de mente mandantis, ut velit seu permittat uno actu fieri satis et obligationi a se impositae et alteri propter acceptam stipem. Quod manifestum est exemplo superius producto de celebratione Missae.

Et sane quid aliud lex postulat nisi ut eius voluntas fiat? si autem eam implendo, alia quoque lex impletur, id per se est ipsi indifferens. Fit enim quod praecipit: quod autem prohibet, est, ne aliquid fiat contra eius voluntatem, non, ne alia lex etiam impleatur, nisi certo constet, legem pro sui observatione actum a ceteris distinctum postulare. Atqui, attento iure naturali, quod odiosa restringi iubet, si uno actu perfecte utraque lex impleatur, praesumendum est, legislatorem acquiescere in tali observatione legis.

Iam vero lex praecipiens recitationem Officii ex motivo religionis perfecte impletur, etsi eadem recitatione, cuius libera manet applicatio, satisfiat obligationi ex iustitia propter stipendium; nam non minus exercet actum religionis qui stipem accipit, quam qui non accipit. Hic gratis impendendo opus, exercet forte actum caritatis; sed religio eadem est.

Obstatne ius positivum? qua interrogatione revocamur ad quandam quaestionem facti: scilicet Ecclesia imponens ex motivo religionis recitationem Officii mortuorum, probatne, ut illi obligationi fiat satis recitatione, qua stipendium accipitur, an non? Possem afferre exemplum ex ritu Romano; nam die 2 Novembris debent omnes sacerdotes Missam celebrare pro defunctis, non prohibentur tamen eandem applicare cui voluerint et stipendium pro ipsa accipere. Asseruntur tamen in contrarium decreta quaedam Congregationis Sacr. Rituum, quae aliam



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

brosiani ab onere Officii Defunctorum, quo speciatim tenentur, et sapiens providentia S. Pii V ad eos quoque extenderetur. Argumenta a cl. Consultore allata vim persuasivam mihi habere videntur: si qua autem difficultas occurrit in solvenda quaestione speculativa; ea seponitur, si S. Ordo practicam hanc conclusionem amplecti dignetur. Ad quam quidem iam quadantenus munivisse viam videtur concessio a S. Sede facta Clero Ambrosiano, pro hoc anno 1897; sic enim paulatim, sensim sine sensu, vetera antiquantur. Privilegium supplicante Card. Archiepiscopo, datum est die 23 Febr. 1897.

Obsequentissimus servus

DOMINICUS PALMIERI S. I.

RESP.

« Dilata et ad mentem ». Mens est ut Emsus Archiepiscopus Mediolanensis petat prorogationem dispensationis hac super re iam ad annum obtenta a S. Rituum Congregatione. (1).

---

(1) Haec prorogatio petita et obtenta est sub die 28 Febr. 1897.

---

IMPRIMATUR

P. Fr. Albertus Lepidi O. P.

S. P. A. Magister.

IMPRIMATUR

Franciscus Cassetta Patriarch. Antioch. Vicesgerens.

---

Proprietas Literaria.

---

Roma, Tip. F.lli Amoroso — Torretta Borghese 22-25.

**Praelectiones de Deo Uno**, quas ad modum commentarii in Summam theologicam divi Aquinatis habebat in collegio S. Anselmi de Urbe, **Laurentius Janssens** S. T. D. monachus Mare-dsolensis (Congr. Beur.) eiusdem collegii Rector, S. Ind. Cong. Consultor.

Tomus I (I - 9 . I XIII) — L. 7,50 (p. I - XXX, 526). — Romae (Typis Vaticanis) apud **Desclée, Lefebvre & Soc.**

A quo SS. D. N. Leo XIII, gloriose regnans disciplinas scholasticas ad mentem S. Thomae instaurandas fauste suscepit, non defuerunt theologi, qui *Summam* Aquinatis veluti tesseram suarum elucubrationum assumpserint. Inter quos Card. Satolli, Cl. P. Billot, Cl. Paquet prae aliis citare iuvat. At expectabatur dogmatum expositio, in qua ipse Angelici textus a tironibus manibus volvi supponeretur, ita ut non tantum doctrina, sed et ratio arguendi, modus dicendi, immo ipsa verba S. u. Doctoris illustrarentur ac plene possent perpendi.

Huiusmodi opus conficiendum aggressus est Cl. P. Laurentius Janssens, S. Th. D., Collegii Anselmiani Rector, S. Indicis Congregationis Consultor, vir apud suos et externos tum scientia theologica, tum eruditione mutiuga, tum arte dicendi iamdudum insignis. Cuius operis, per plures tractatus pluraque volumina protrahendi, primum tomum praelectionum *de Deo uno* in lucem editum laete nuntiamus; quem hac ipsa aestate tomus alter eiusdem molis secuturus promittitur.

Audiatur auctor methodum ipse suam in prooemio nitide exponens: « Praemisso, ac, si postulet via, discusso ordine quo Angelicus materias indagandas distribuit, indolem argumenti eiusque momentum sedulo, perpendimus; ita ut in hac parte, cui titulus *Status quaestionis*, essentia doctrinae nostrae ac veluti medulla passim Contineatur. Dein in altera parte, cui titulus *Ad Textum*, ipsam litteram explanandam aggredimur, ea quidem ratione ut vitia obiectionum uno veluti verbo tangantur, auctoritates in *Sed Contra est* allatae ponderentur, ac, data opportunitate, positiva eruditione ditentur; argumentatio autem *Corporis* attente pensetur atque cum aliorum interdum doctorum sententia Conferatur; quam argumentationem, si iuvat, schema nitido Conspectu ob oculos ponit. Connexae quaestiones, vel fusiores de mente unius alteriusve doctoris disputationes, ubi occurrant, articulis sive quaestionibus ad modum appendicis adnectuntur; nisi tanti ponderis digressio sit, ut sibi dissertationis specialis ambitum vindicet. Brevissima synopsis singularum quaestionum doctrinam Contrahit. Haec methodus nostra, a qua vix in decursu operis declinabitur ».

Quae promissa haud fallent lectorem. Penitus inspicienti apparebit qua perspicuitate Ingenii doctrina cuiusvis articuli, apud Angelicum non raro in Corpore et obiectionibus dispersa, usque ad ultimum punctum recolligatur et dein ordine lucido, gradatione logica in *Statu Quaestionis* explicetur, imo non raro dilatetur.

*Textus* non minori arte elucidatur: acumen istud ingenii, quo Angelicus Doctor non raro ordinat et distribuit argumenta, a Cl. Commentatore participatum esse schemata ista graphice doctrinam ante oculos ponentia, non difficulter probarent.

Ex Citatis Verbis, sicut ex alio loco prooemii, ubi mentem suam Auctor diserte exposuit, satis apparet non agi hic de exclusivo Aquinatis Commentario, sed de opere *Summae theologiae* utique superstructo, et non solum iuxta praesentis aetatis evolutionem, sed et iuxta antiquiorem traditionem monasticam undique excrecente. Quare hoc opus aptissimum iudicamus ut prae manibus habeatur, ubicumque studium litterae Aquinatis synthesisi sociatur universaliori.

Adde Cl. Auctorem, utpote Benedictinae Familiae sodalem, ex una parte acerrimas controversias circa Angelici mentem moveri solitas, extra lites degentem, declinare potius quam agitare; ex altera autem eruditioni tum patristicae, tum modernae libenter indulgere.

Inter digressiones quibus hic primus tomus, tredecim primas quaestiones *Summae* circumplectens, laudes sibi meretur, satis sit indicare Conspectum evolutionis scientiae theologiae, synthesim demonstrationis existentiae Dei; dissertationem dialectico rigore praecipuam de argumento Anselmiano; appendices de Ontologismo, de traditionalismo, de pantheismo, de dualismo, in quibus vitia latentia horum systematum plena in luce produntur; de aseitate positiva Dei, ubi strenue et acute disseritur de *Gottesbegriff* Cl. D. ris Schell, epilogum syntheticum de attributis divinis, etc., etc.; necnon plures inquisitiones in mentem S. Augustini et S. Bonaventurae, quos pari cultu cum Aquinate et Beccensi Cl. Auctor excolit.

Quae omnia stylo inveniuntur confecta simul scholastico ac eleganti, tum a ierunitate rudiori, tum a laboriosa concinnitate aequae alieno, ita ut legentis mentem, quin haereat, forma delectet.

Haec breviter dicta sufficiant, ut indoles pateat ac meritum huius operis, cui singularis typorum venustas non spernendum sane titulum superaddit, ut summo ubiubi favore accipiatur.

Typis Desclée Lefebvre & Soc. prodierunt :

---

**H. Grisar S. I.** — STORIA DI ROMA E DEI PAPI NEL MEDIO EVO. Traduzione dal Tedesco. Parte I: ROMA SUL FINIRE DEL MONDO ANTICO. — Tria Volumina in-8 magn. Pret. Libel. 20.

**H. Grisar S. I.** — ANALECTA ROMANA. Dissertazioni, Testi, Monumenti dell'arte, riguardanti principalmente la STORIA DI ROMA E DEI PAPI NEL MEDIO EVO. Vol. I, cum tabula cromolitographica, duabus tabulis phototypicis pluribusque incisionibus. Pret. Libell. 15.

Quatuor volumina simul, Libel. 30

Vulgatum est *primum volumen* : reliqua sub fine mensis Aprilis vulgabuntur.

---

*Catalogus cum speciminibus et pretio omnium editionum liturgicarum Societatis Sancti Ioannis Evangelistae ad rogantem mittetur. Venales autem prostant omnes publicationes in sequentibus sedibus, ubique sub ipsomet nomine Desclée, Lefebvre & Soc. : ROMA, via S. Chiara, 20-21 — PARIS, rue St-Sulpice, 30 — LILLE, rue de Metz, 41 — LYON, rue Victor Hugo, 5 — BRUXELLES, rue de la Montagne, 52 — GAND, rue aux Vaches, 16 — ANVERS, Kipdorp, 22 — TOURNAI, Avenue de Maire.*

ET APUD OMNES BIBLIOPOLAS

OMNIUM CATHOLICARUM EPHEMERIDUM SUBNOTATIO.

---

**Sul motivo primario della Incarnazione del Verbo**, ossia **Gesù Cristo predestinato di primo intento per fini indipendenti dalla caduta dell'uman genere e dal Decreto di Redenzione**. Opus maximi momenti, quatuor Voluminibus in IV constans, historicum, criticum, polemicum, in quo cl. auctor **Franciscus M. Risl** ex Ordine S. Ioannis de Deo, mira eruditione, parique scientia theologica, severiorique dialectica Patres, Doctores, aliosque eximios scriptores, praesertim antiquos, iure meritoque invocat, eorumque sentiendi rationem discutit, suamque thesim solidissimis invictisque argumentis demonstrat. A qua longe amplior in Christum eiusque Matrem gloria, in Angelorum coetum honor, in homines firmissima spes redundat, gratissimique erga peramantem Servatorem omnium animi sensus excitantur. Romae apud **Desclée Lefebvre & Soc.** — *Via di S. Chiara, 20-21.*



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



# Alfridus Mame & Filii

Sanctae Sedis et S. Rituum Congregat. Typographi

ROMA — VIA S. CHIARA 40-41 — ROMA



**Missale Romanum.** Editio novissima 1899. Hoc novum Missale ex decreto Sacrosancti Concilii Tridentini restitutum S. Pii V P. M. iussu editum, Clementis VIII, Urbani VIII et Leonis XIII auctoritate recognitum, revisionem praesefert R. P. D. Diom. Panici S. Rituum C. Secretarii. Accuratissima editio novis missis indulto apostolico concessis aucta, in-4 : (33 per 25).

Solutum . . . . .	Lib. 17 —
Religatum pelle et foliis coloratis . . . . .	» 28 —
Religatum pelle et foliis inauratis . . . . .	» 31 —
Religatum <i>sigrino</i> nigro et foliis inauratis . . . . .	» 34 —
Religatum <i>sigrino</i> superioris qualitatis, ornamentis et foliis inauratis . . . . .	» 45.50
Religatum <i>sigrino</i> rubro vel aliis coloribus, ornamentis et foliis inauratis . . . . .	» 46.50

[143]. **Missale Romanum** in-4 parvo (28 per 19) nigro et rubro colore impressum, a Sacra Rituum Congregatione adprobatum et typicis editionibus apprime concors.

Solutum . . . . .	Lib. 12.75
Religatum pelle et foliis coloratis . . . . .	» 18.50
Religatum pelle et foliis inauratis . . . . .	» 20.25
Religatum <i>sigrino</i> nigro superioris qualitatis, foliis inauratis . . . . .	» 25.75
Religatum <i>sigrino</i> nigro superioris qualitatis, ornamentis et foliis inauratis . . . . .	» 32.75
Religatum <i>sigrino</i> rubro vel aliis coloribus, ornamentis et foliis inauratis . . . . .	» 34 —

**Missae pro Defunctis e Missali Romano Excerptae.** Editio a Sacra Rituum Congregatione adprobata, in-4 (33 per 23).

Volumen religatum pelle . . . . .	Lib. 6 —
Religatum <i>sigrino</i> nigro et foliis inauratis. . . . .	» 10.50

[N. 88]. **Breviarium Romanum** recens editio in-12 (18 per 10) (4 vol.) impressa rubro et nigro colore in vera indica charta luteola, a Sacra Rituum Congregatione adprobata, typicis editionibus apprime concors, omniaque novissima officia continens.

Solutum . . . . .	Lib. 28.75
Religatum <i>sigrino</i> nigro et foliis inauratis. . . . .	» 47.25
Religatum <i>sigrino</i> nigro superioris qualitatis et foliis inauratis . . . . .	» 55.25
Religatum <i>sigrino</i> nigro, ornamentis et foliis inauratis . . . . .	» 53.75

DILECTO FILIO  
CHALCEDONIO MANCINI E CONGREGATIONE VINCENTIANA  
Romam

LEO PP. XIII

*Dilecte Fili, salutem et Apostolicam benedictionem.*

Diligentiam tuam, qua annos iam amplius decem rei liturgicae illustrandae das operam, novimus plane magnique facimus. Tanti enim refert ut quae Ecclesia de sacra Liturgia decernit probe cognoscantur et observentur, quanti ut sancta sancte tractentur et fidelium pietas sacrorum maiestate augeatur. Tuos igitur labores, quorum testes sunt *Ephemeridum liturgicarum* oblata volumina, laude Nostra exornamus optamusque ut homines sacri cleri tibi opere ac voluntate faveant. Ad dimus vero, benevolentiae Nostrae pignus Apostolicam benedictionem, quam tibi peramanter impertimus.

Datum Romae apud S. Petrum die X Maii MDCCCXCIX, Pontificatus nostri anno vicesimo secundo.

*Leo P. P. XIII.*





---

## S. RITUUM CONGREGATIO

---

### I.

#### URGELLÉN.

Magister Caeremoniarum Ecclesiae Cathedralis Urgellensis summopere desiderans ut in sacris functionibus omnia rite et admodum peragantur, de sui E.mi ac R.mi Domini Cardinalis Episcopi consensu atque mandato Sacrae Rituum Congregationi ea quae sequuntur humillime exposuit, nimirum:

Ex viginti consuetudine et speciali privilegio Dignitates et Canonici Cathedralis Ecclesiae Urgellensis, habent Presbyterum assistentem et quidem Beneficiatum, in omnibus Missis conventualibus, tam in duplicibus in quibus Canonici inserviunt pro Diacono et Subdiacono, quam in semiduplicibus et feriis in quibus munus Diaconi et Subdiaconi a Beneficiatis impletur. Hinc quaeritur:

I. Utrum in Missis non pontificalibus ministrari debeant ampullae a Subdiacono, sive Canonico, sive Beneficiato, licet adsit Presbyter assistens?



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

VII. An continuari possit immemorabilis consuetudo, qua post habitam concionem coram Pontifice in Throno assistente, Presbyter assistens se locat in plano cum palmatoria a sinistris Diaconi, dum hic confessionem cantat ex libro ?

Et Sacra eadem Congregatio, ad relationem subscripti Secretarii, exquisito voto Commissionis Liturgicae, omnibusque accurate perpensis, rescribendum censuit :

Ad I. *Affirmative.*

Ad II. *Quoad primam partem, semper procedant, in casu, unus post alium, et Presbyter assistens incedat ad sinistram Celebrantis.*

Quoad secundam partem, praedictus Presbyter assistat ad dexteram Celebrantis.

Ad III. *Affirmative, sed in scabello separato.*

Ad IV. *Affirmative.*

Ad V. *Negative.*

Ad VI. *Quoad primum affirmative; quoad secundum negative, sed a Celebrante, et dabit Diacono ; et Presbyter assistens Celebrantis, recipiat pacem a Presbytero assistente Episcopi : quoad tertium servetur Caeremoniale Episcoporum.*

Ad VII. *Negative.*

Atque ita rescripsit. Die 15 Aprilis 1899.

L. ✠ S.

L. M. Card. Parocchi.

D. Panici S. R. C. Secretarius.

## II.

## VICENTINA

Proposito dubio a R. P. Iosepho Preto Sacerdote Dioeceseos Vicentinae : « Utrum in re-  
ditu in Sacristiam, absolute ad tumulum ex-  
pleta, in officiis et Missis cum cantu pro uno  
vel pluribus defunctis die septima, trigesima et  
anniversaria aut etiam extra has dies celebratis,  
dici debeat : *Anima eius* vel *Animae eorum et ani-  
mae omnium Fidelium defunctorum per misericor-  
diam Dei requiescant in pace*; et antiphona *Si ini-  
quitates* cum psalmo *De profundis* et Oratione  
*Fidelium Deus?* Sacra Rituum Congregatio, ad  
relationem subscripti Secretarii, exquisito voto  
Commissionis Liturgicae, omnibusque rite per-  
pensis, respondendum censuit: *Affirmative* iuxta  
Rituale Romanum et Decreta in una *Brixien.* ad  
2, d. d. 28 Iulii 1832 et in altera *Florentina* d.  
d. 31 Augusti 1872.

Atque ita rescripsit, die 11 Martii 1899.

C. Card. MAZZELLA *S. R. C. Praef.*

L. ✠ S. Diomedes Panici *Secretarius.*

*Nota* — Duo suprarelata Decreta iam vulgata iterum  
heic vulgare iudicavimus, quod aliquid mutationis, licet acci-  
dentalis, contineant.

## QUAESTIONES ACADEMIAE LITURGICAE ROMANAE

**Circa « ADDENDA ET VARIANDA » in Rubricis**

### VI.

DE FESTIS ET OCTAVIS INTER SE CONCURRENTIBUS  
EORUMQUE PRAECEDENTIA.

Ambrosius et Carolus, Calendariorum redactores acriter inter se disputabant super praecedentia S. Damasi ritus semiduplicis, concurrentis cum sequenti die infra octavam Immaculatae Deiparae Conceptionis et vicissim. Ille namque quid nimis esse putabat maxime post admissum principium, secundum quod dies infra octavam et Octava naturae festi participes fiunt, praecedentiam tribui S. Damaso, spretis diebus infra octavam tanti festi Deiparae. Hic vero litterae Rubricarum inhaerens, ita nec aliter esse faciendum, idque optimo iure, sustinebat. Item intelligere Ambrosius non valet privilegium praecedentiae datum, non solum festis Domini et Deiparae, sed etiam omnium personarum, quas Rubricae (Tit. XI n. 7) nominant, cum novitatem sapiant : quod nihilominus omnino rationi consonum Carolus demonstrare contendit. Denique vix inter se conveniunt super intelligentia verborum illorum « ceteris paribus » et « ceteris non paribus », quae iisdem Rubricis recens mutatis addita fuerunt.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



(Tit. XI n. 4-6): « Semiduplici Festo, concurrenti cum sequenti alio semiduplici, cum Dominica, vel *cum die infra Octavam*, a Capitulo fit de sequenti et Commemoratio praecedentis, nisi aliter signetur..... Die infra Octavam concurrente..... cum semiduplici, a Capitulo fit de sequenti, cum Commemoratione Octavae ». Rubricae emendatae vero dicunt (Tit. XI n. 4-6) : «.... Semiduplici concurrente cum sequenti die infra Octavam, Vesperae erunt de illo, cum Commemoratione Octavae..... Die vero infra Octavam concurrente cum sequenti Semiduplici, Vesperae erunt de sequenti, cum Commemoratione Octavae ». Ex quo patet diem infra octavam et festum semiduplex concurrentia inter se, considerata esse tamquam duo officia eiusdem gradus, proindeque debere iuxta antiquas regulas habere *Vesperas a Capitulo*.

Postea distinctio facta est inter festa *primaria et secundaria*. Festa primaria ex Decretis 27 Augusti 1894 et 5 Februarii 1895 haec sunt : Domini Nostri Iesu Christi Nativitas, Epiphania, Circumcisio, Pascha Resurrectionis, Ascensio, Corpus Domini et Transfiguratio ; ac insuper festum SS.mae Trinitatis et Pentecostes. Festa S. Mariae Virginis, Conceptio, Annuntiatio, Assumptio, Purificatio, Visitatio et Dedicatio S. Mariae ad nives. Festa Angelorum, Nativitas S. Ioannis Baptistae, Festum omnium Sanctorum. Festa Titularis et Dedicacionis cuiusque Ecclesiae ; Patroni Civitatis vel loci, Provinciae vel Regni. Tandem dies natalitia aut quasi natalitia uniuscuiusque Sancti. Omnia alia festa secundaria sunt, inclusa etiam Dedicacione Ecclesiae Cathedralis cuiusque Dioecesis, extra ipsam Cathedralis ; exceptis tamen festis Dedicacionis Basilicarum Lateranensis, Vaticanae et Ostiensis, quae inter Primaria recensita sunt. Sancitum etiam fuit octavam naturam festivitatis sequi, et proinde si festum sit primarium, etiam eius octava erit primaria, alioquin secundaria.

Propterea in casu nostro ante Decretum die 11 Decembris, Calendarii Redactor in festo S. Damasi, quod infra octavam Conceptionis B. M. V. (quae est inter festa primaria) incidit, sic se gerere debuisset in Vesperis ordinandis ; videlicet die 10 Decembris : « *Vesperae a Capitulo de S. Damaso cum commemoratione Octavae* ». Die 11. Decembris: « *Vesperae a Capitulo de V. die infra octavam Conceptionis cum commemoratione S. Damasi...* ».

Hoc in casu ratio faveret Carolo, Calendarii Redactori, quia ageretur de duobus festis quae deberent in eorum concursu habere Vesperas a Capitulo. Sed post mutationes Rubricarum a Decreto supra citato illatas, notabilem invenimus differentiam inductam, videlicet: dum agitur de octavis, diem octavam tantum esse eiusdem naturae quam festum ; quando festum est primarium, dies octava est primaria, secus secundaria. Igitur si dies aliqua infra Octavam alicuius festi concurrat cum semiduplici vel primario vel secundario (videlicet in die natalis vel quasi natalitio, aut in translatione, inventione, repositione etc. alicuius Sancti) (*Decr. S. R. C. 21 Feb. 1896*), Vesperae erunt de semiduplici cum commemoratione Octavae. Et hoc ex hisce Rubricis patet: « *Semiduplici concurrente cum sequenti die infra Octavam, Vesperae erunt de illo, cum commemoratione Octavae. Die vero infra Octavam concurrente cum sequenti semiduplici Vesperae erunt de sequenti cum commemoratione Octavae (Tit. XI, n. 4 et 6).* » Et in casu nostro Calendarium sequenti modo ordinandum erat : Die 10 Dec. : « *Vesperae de S. Damaso cum commemoratione Octavae* ». Die 11 Dec.: « *Vesperae de eodem S. Pontifice cum commemoratione Octavae* ». Hoc in casu bene egisset Ambrosius in suam sententiam tuendam. Die octava concurrente cum duplici minori, Vesperae fiant a Capitulo, tam si duplex sit primarium et dies octava alicuius festi



primarii, quam si duplex sit secundarium et octava festi secundarii.

Die vero octava festi secundarii concurrente cum duplici minori primario, Vesperae fiunt de sequenti cum commemoratione Octavae.

II. Quid peculiariter animadvertendum circa duplicia maiora vel minora, concurrentia cum diebus octavis festorum Domini, Deiparae et Sanctorum, quos Rubricae nominant, sive ea primaria, sive secundaria sint ?

Duplex maius concurrens cum die octava praecedentia gaudet, exceptis diebus octavis festorum primariorum D.ni, quae videlicet sunt: Epiphania, Pascha, Ascensio, Corpus D.ni, Transfiguratio etc., cum festo Dedicationis propriae Ecclesiae et earum Ecclesiarum, quae supra notata sunt; Dedicatio enim Ecclesiae tamquam Domini festum considerata est. Duplicia maiora autem concurrentia cum diebus octavis B. M. V. et Sanctorum quae in Rubricis nominantur, semper praecedentiam obtinent. Duplicia minora concurrentia cum aliqua die octava, praecedentiam cedunt octavae, si haec sit alicuius festi primarii Domini, vel B, M. V., Angelorum, S. Ioannis Baptistae, S. Ioseph, et Ss. Apostolorum.

Quoad autem octavas festorum secundariorum animadvertendum est, an duplex sit primum vel secundarium.

Si primum, praecedentiam habet super octavam. Sin autem secundarium et concurrat cum octava secundaria earum festivitatum, quae superius notatae sunt, haec octava praecedentia gaudet ratione dignitatis personalis. Et hoc ex hisce Rubricis profluit (*Tit. XI, n.7*): *Die octava concurrente cum sequenti duplici minori etiam translato « ceteris paribus » fit de sequenti cum commemoratione octavae (exceptis diebus octavis Festorum primariorum Beatae Mariae Virginis, etiam par-*



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

Verba autem, *ceteris non paribus*, intelligenda sunt quando dies aliqua octava minus digna concurrat cum altera octava digniori, ratione ritus, classis, primariorum et dignitatis personalis, ut iam dictum est, *tum Vesperae integrae fiunt de illa, quae est dignior cum commemoratione alterius.*

Quod si dies octava concurrat cum duplici, *ceteris non paribus*, fit de digniori, uti supra. Excipiuntur vero dies octavi festorum Domini, Deiparae, Angelorum, uti et Sanctorum, quos Rubricae nominant; quia in his alternativa non datur, sed Vesperae sunt semper de die octava. Hoc est: concurrente octava die festi Domini, equidem primarii, cum duplici sive minori sive maiori, sive secundarii sive primarii, dies octava integras semper sibi Vesperas vindicat; concurrente vero die octava alicuius festi primarii, aut Deiparae, aut Angelorum, aut Sanctorum, de quibus Rubricae loquuntur, cum duplici minori sit istud secundarium, sit primarium illa semper integras habet Vesperas.

Si autem duplex esset primarium, dies vero octava alicuius festi secundarii, *Vesperae erunt de festo cum commemoratione octavae.*

---

## DUBIORUM LITURGICORUM SOLUTIO

---

I. *Ex Archidioecesi N. De occurso Dedicacionis et Tituli propriae Ecclesiae.* Occurrente Dedicacione Ecclesiae (Dom. III. Oct.) cum Titulo Ecclesiae, (16 Oct.) Dedicatio, praevalet. Potestne officium Tituli in diem Octavam transferri, si infra oct. nulla dies non impedita occurrat? Dom.

IV. oct. est dies octava Dedicationis et simul dies octava Tituli. Iuxta De Herdt Tom. II, 278, *Negative*. Sed Decreta n. 4242 et 5196 sunt expuncta; num n. 5904 ad IV adhuc valet? Mihi videtur officium Tituli esse transferendum post octavam in primam diem liberam sine octava. Nonne?

*Resp.* Quod primo affirmatur, indubium est. Titulo Dedicatio praevalet; ergo dictis duobus festis occurrentibus, de Dedicatione agendum est, et Titulus transferendus. At quo transferendus? En quod petitur: « Potestne officium Tituli in diem octavam transferri, si infra octavam nulla dies non sit impedita? » Sed reponimus: Quomodo hoc potest fieri, si non solum sunt impediti dies omnes infra octavam, sed ipsamet, et a fortiori, dies octava? Si festum Tituli infra octavam Dedicationis celebrari vetitum est, quomodo illud in die octava agere permissum erit? Non intelligitur. Quantum videmus confusio hic facta est ob plura Decreta, quae permittebant, ut officium, imo festum cum octava, die sua et etiam infra totam suam octavam impeditum, reponi posset in die octava, etsi ab alio festo impeditum. Haec Decreta expuncta omnia fuere, quia magna inter illa oriebatur perturbatio; sed vero per novum Decretum sartum tectumque fuit dictum privilegium. At in quo consistit hoc privilegium? Num in facultate celebrandi festum, die sua et infra totam octavam impeditum, in die octava alterius festi ritu aequalis, et potiori dignitate pollentis? Nequaquam profecto. Privilegium praefatum spectat facultatem celebrandi festum, praefato modo impeditum, in die sua octava, sed contra aliud festum sine octava, in eadem die octava occurrens. Patet ergo, privilegium istud non respicere casum propositum, in quo agitur de duobus festis eadem die occurrentibus, ex quibus alterum est fixum, alterum mobile, et utrumque gaudet octava; et, quod magis etiam interest, festum impediens

est impedito excellentius, hoc namque est festum Tituli, illud Dedicacionis. Sicut ergo Dedicatio impedit Titulum in die occursum, ita et impedit, tam infra octavam, quam in die octava: ut proinde festum Tituli transferri non possit, neque infra octavam, neque in die octava Dedicacionis.

Afferamus exemplum, in quo uti quis posset privilegio transferendi festum cum octava in die sua octava. Hodie est Dominica et occurrit festum mobile S. Michaelis Arch. pro mea Ecclesia dupl. 2 cl. cum octava, quod a festo fixo duplici 1. cl. sine octava impeditur, et etiam ob duplicia minora vel semiduplicia occurrentia impeditum manet per totam octavam. Iam nunc in Dominica sequenti, quae est dies octava dicti festi, occurrit aliud duplex minus, vel etiam maius, etc.

Hoc tantum in casu privilegio uti possem, agendo hac die Dominica de festo impedito; quia diem octavam pro die festo habeo, quod tanquam occurrens, perpenso privilegio, considero. Est ergo omnino alius, casus nobis propositus: ut aliud non remaneat, nisi agere de die octava Dedicacionis, et transferre in primam diem liberam post octavam festum Tituli, uti ipsi adm. Rev. Consulenti videtur.

*Ex eod. loco. De festo duplici maiori cum feriacione impedito et transferendo.* Pro aliquibus Dioecesibus regni Borussiae a. 1893 Breve Apostol. editum est « . . . . Praeterea Nostrae potestatis plenitudine, praesentium item vi, Feriam IV. paenultimae anni ecclesiastici hebdomadae in diem festum pro supradictis Dioecesibus evehimus, adiecta Christifidelibus tum sacro adstandi tum a servilibus operibus abstinendi obligatione. Tandem praecipimus, ut hac Fer. IV. festum Praesentationis B. M. V. e loco suo, nempe a 21 Nov. mensis die, in ipsam Fer. IV . . . transferatur.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



de festo ritus inferioris, etsi feriatiōne gaudeat. Non possumus afferre in confirmationem Decretum 4044 antiquae Collectionis (Tit. X, n. 5), quia expunctum, sed certiores lectores facimus, aliud pro eo esse in tertio novae Collectionis Volumine inserendum, idem principium servans: hoc est, rationem feriatiōnis in festo praelationem conferre, si agatur de festis ritu ceterisque paribus, haud vero si festum feriatiōne gaudens inferioris sit ritus. Atqui in casu festum Praesentationis est ritus inferioris; ergo praevalere non potest alteri superioris ritus. Non itaque de Praesentatione dupl. maiori, sed de duplici 2 classis agendum est.

Nunc de die octava, de qua quaeritur an sit ad ritum simplicem redigenda. At abunde ex Rubricis notum ponimus, inter duplex maius et octavam diem, hanc in occurso praelatione gaudere. Ergo idem quod superius, videlicet: si in feria IV paenultimaē anni hebdomadae cum festo Praesentationis occurrat aliqua dies octava, de hac agendum est, et festum Praesentationis non posse tali die celebrari. Rationem autem feriatiōnis etiam in casu vim non habere credimus, quia ritus diei octavae est quidem duplex minus, sed ex privilegio Rubricarum non cedit in occurso, ob incapacitatem translationis, duplici maiori. Ut autem superius diximus, nullam Rubricae exceptionem ponunt pro festis feriatiōnem habentibus adnexam; ergo nec nobis licebit talem exceptionem adstruere.

Ultimum remanet: an festum Praesentationis, impeditum dicta feria, restituendum sit diei suo pristino, hoc est 21 Novembris? At reponimus: ex Brevis Apostolico hoc certo constat, festum dictum e die sua fuisse amotum; sed impeditum, esse diei suo restituendum Breve non dicit. Amotio autem est perpetua, cumque per Breve sit statuta alia dies, licet mobilis, haec stabilitatem possidet maio-

rem, quam si per Episcopum, iuxta Rubricas, facta fuisset. Atqui, assignatione alicuius festi semel facta per Episcopum, festum diei suo pristino restitui nequit, nisi unico in casu, quod dies ille liber evaserit; ergo, a fortiori festum per Breve pontificium mutatum diei suo pristino restitui non poterit. Imo, uti iure credimus, restitui neque poterit, si dies illé liber evaserit; nam ratio amotionis, uti ex Brevi infertur, non fuit aliquod impedimentum, sed voluntas Superiorum, et devotio populi, cui et obligatio audiendi Sacrum, abstinendique ab operibus servilibus imposita fuit. Hinc quando praedicta feria IV. sit libera, in ea Praesentatio recolitur, quamvis etiam dies 21 Nov. non sit impedita. Iudicamus ergo, feriam praedictam, maxime feriacione et Brevi concessionis inspectis, esse in loco vere diem propriam festi Praesentationis, et diem 21 Nov. nihil amplius esse, ac sua iura in dictam feriam translata. Consequenter, festum, seu melius, officium ea in feria impeditum transferendum esse in aliam diem primam sequentem liberam iuxta Rubricas, non vero in 21 Nov. quae pro dicto festo iis in locis nihil est amplius, nisi ea sit eadem dies prima sequens libera.

Hinc conclusio finalis, quam certam credimus, festum Praesentationis occurrens vel cum alio festo, duplici II classis, vel cum die aliqua octava, fieri non potest, quod attinet officium, et transferendum est in primam sequentem diem liberam.

*Nota.* Festum Ss. Cyrilli et Methodii, etiam ubi dicti Sancti sunt Patromi, amplius non potest de iure celebrari die 5 Iulii; quia haec dies mutata est in septimam eiusdem mensis, cum illa sit dies natalitia pro universa Ecclesia S. Antonii Zaccaria. Diximus *de iure*, quia si privilegium expetatur, non dubitamus quin concedatur. Quid autem de Regularibus? Si dictum festum adhuc celebrabitur die 5



Iulii, conformare se debent? Iure inspecto, negative; at cum magna inde eveniat perturbatio, agitur enim de festo solemniore in loco, et cum feriatio, ut credimus, recolendo, ad quod et Regulares tenentur, prudentius fortasse est ut se conforment, donec habeatur Indultum.

III. *Ex Ariano in Apulia. De ritu festi titularis duplicis paroeciae unitae quae non est amplius.* Titius erat Parochus duarum Ecclesiarum, quae a tempore unitae fuerant, ex quibus altera in usum profanum conversa est, altera in simplex Oratorium Virginis perdolentis redacta. Illa dicata erat S. Ioanni Evangelistae, haec S. Silvestro Pontifici. Nunc Titius sacra peragit officia in Ecclesia, quae a saeculo circiter ad Monachos S. Benedicti pertinebat, et huic Sancto Abbati dicata est. Quaeritur: sub quo ritu praefatus Parochus celebrare debeat praedicta festa S. Ioannis. S. Silvestri et S. Benedicti?

*Resp.* Hic agitur de Parocho, qui talis est quidem nomine, titulo, honore, sed non veritate; quod prima Ecclesia in profanum usum conversa est, et altera in simplex Oratorium; neutra ergo amplius paroecia est, ut neque earum Parochus esse queat. Tertia Ecclesia ad eum non pertinet, nisi quia officia et functiones in ea peragit; sed nescimus, an illius vere sit Rector an non. Hinc prima quae institui debet quaestio, respicit ius dicta festa celebrandi, altera autem spectare ritum.

Primo igitur quaeramus, an Titius teneatur celebrare festum S. Ioannis Ev. tamquam titularis. Certum est, dirutae parochialis Ecclesiae Titulum amplius ab illius Rectore non esse recolendum, maxime si iura in aliam Ecclesiam translata fuerint (*Capuana 21 Iul. 1855, n. 3033, (5214) ad 1*). Ratio est, quia cum illa Ecclesia amplius non existat, neque amplius extare potest illius Parochus, et a fortiori eiusdem Ecclesiae Titulus, qui, destructa Ecclesia



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

Ecclesia peragat uti verus Rector a competenti auctoritate et canonice institutus, nec ne? In illa hypothese tenetur pariter absque dubio recolere S. Benedictum uti suae Ecclesiae Titulum: in ista vero, alius esset Rector, qui ad dictum Titulum honore liturgico recolendum teneretur, et Titius teneretur tantum celebrare Titulum Ecclesiae illius, cui est adscriptus.

His expositis, quaestio de ritu, sub quo tria praefata festa celebrare debet, evanescit, uti patet. Tam enim S. Ioannem Evangelistam, quam S. Silvestrum Pontificem recolet sub ritu, quo in Ecclesia universali recoluntur; et S. Benedictum ritu dup. 1. cl. cum octava celebrabit, si vel Parochus sit, vel verus Rector iuxta superius dicta, vel illum celebrabit, ut in Ecclesia universali, si non nisi illius simplex Cappellanus fuerit.

*Nota.* De alia parochiali Ecclesia, seu S. Simeonis, quae alteri nempe S. Eustachii unita fuit ab antiquiori aevo, et cuius nullum extat vestigium, idem dicas quod superius de Ecclesia in profanum usum conversa praedicavimus; cum ratio hic magis quam illic militet, quia neque moraliter neque physice illa amplius existat. Aliud enim est unio paroeciarum, et aliud unio titularium; hoc enim non sequitur illud, nisi constet Titulum Ecclesiae dirutae, ante demolitionum vel postea, tanquam Contitularem fuisse additum Ecclesiae parochiali nunc existenti. Hoc enim in casu S. Simeon sub ritu duplici 1. cl. cum octava esset a Parocho celebrandus, sicut S. Eustachius.

**IV. Ex Galliis. De praelatione commemorationis Officii concurrentis.** Quando, Sabbato, officium peragitur de die infra Octavam alicuius festi, et, die dominica, agendum est de festo alicuius Sancti, ritus *duplicis*, cum debita commemoratione Dominicae, quaeritur: Utra commemoratio prior habenda est in Vesperis: an octavae, utpote quae octava

(seu dies infra octavam) concurrat cum subsequente festo duplici, ideoque subiacet reformatae Rubricae (cui praeiverat Decretum generale 5 Februarii 1895) circa concurrentiam tit. IX, n. 11? an vero potius commemoratio Dominicae, ratione alicuius sublatentis causae?

Priori sententiae Kalendarium Romanum praesentis anni adhaeret, ad diem 3 Iunii (pro non utentibus extra..) in casu concurrentiae inter Octavam (diem infra octavam) SS.mi Sacramenti (Sabbato) atque festum S. Francisci Caracciolo. Statuit igitur: Vesp. de seq. com. oct., dom... etc.

Posteriori tamen sententiae adhaeret Kalendarista Dioeceseos N., quoad eundem prorsus casum, 3 Iunii sese habentem, ideoque statuit: Vesp. de seq. com., dom. 'oct... etc. Quanam de ratione sic habeat? me fugit. — Insuper alius Kalendarista dioeceseos X. pro anno 1896 (ideoque post evulgatum satisque notum compertumque Decretum generale 5 Februarii 1895), eandem posteriorem tenuit sententiam, pro concursu diei infra octavam S. Ioannis Baptistae (27 Iunii, Sabbato) cum festo *duplici* concessio S. Irenaei. Statuit proinde: Vesp. de seq. com. dom. et oct.

Propriam sententiam humiliter exponere liceat. — Priori sententiae omnino adhaerendum mihi videtur: hac enim et quidem sola, Rubrica reformata observatur; nec interpretatio invocanda, in eius gratiam, alicuius privilegii peculiaris, quo Octava SS.mi Sacramenti gauderet.

Rubrica reformata, seu praelaudatum Decretum generale 5 Februarii 1895, modo prorsus absoluto fert: « Ante caeteras commemorationes, illa semper agenda est de alio cuiuscumque ritus festo quod concurrat ». Porro quod dies infra octavam veluti festum habenda sit, nemo iam inficias iverit. Quamnam vero distinctionem seu quodnam privilegium Rubrica reformata statuit in gratiam Dominicae,

contra diem infra octavam? Nullam distinctionem seu nullum privilegium. — Insuper, adveniente casu concursus (Sabbato) inter festum semiduplex alicuius Sancti et festum subsequens ritus *duplicis*, uterque Kalendarista, de quibus supra, haud ambigunt commemorationem peragendam primo festi semiduplicis, et postea Dominicae. Nec ipsi ergo distinguant ubi lex non distinguit, et casuum agnoscant paritatem, ac proinde parem quoque facient solutionem.

Protuli vero: In Kalendaristae Romani solutione minime quaerendam interpretationem alicuius privilegii in gratiam Octavae SS.mi Sacramenti. — Nam privilegium, quod revera adest, alium casum respicit, ut facile patebit Rubricam integram n. 11 perlegenti. Respicit privilegium *ordinem* commemorationum, non vero *concurrentiam* officiorum; aliis verbis, dat praelationem memoriae Octavae SS.mi Sacramenti *postquam concurrentiae leges iam observatae fuerint, in recitatione officiorum concurrentium*. In nostro vero casu, prout exponitur, octava *qualiscumque* facienda praevaleret commemorationi Dominicae quia praefata octava *concurreret*.

*Resp.* Thesim satis probatam credimus ab ipso cl. Consulente, illiqui omni standum est, uti certe et vix discussioni obnoxiae. Calendarii autem Rom. redactor posuit in casu commemorationem diei infra octavam ante commemorationem Dominicae, quia id Rubrica Generalis Breviarii exigit, et studio, non casu, id egit. Consequenter praecedentia Dominicae ante diem infra octavam, uti habet Calendarium Dioeceseos N., est citra omne dubium aliena a veritate. Pro ampliori declaratione aliquid adiungimus. Principium, quod dirigere debet Calendariorum redactores, saltem impraesenti post reformatas Rubricas, hoc est: Commemorationes concurrentes aliis non concurrentibus



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



quae novam sufficiens, quae clarior esse non posset. Dicit enim : « Quando contingit fieri plures commemorationes, illae semper praeponantur, quae ad officium pertinent, cuiuscumque sit ritus (*Tit. IX. n. 11*) » Atqui, quando in Sabbato actum est de infra octavam, et in sequenti Dominica agendum est de duplici, Dominica necessario redigenda est ad ritum simplicem, neque de ea fieri potest officium, proindeque illius com. ad officium quod agitur pertinere non potest. Manet igitur, ut commemorationes ad officium pertinentes sint, et diei infra octavam, et duplicis sequentis : ex quibus duobus officiis illud per commemorationem absolvitur, istud vero habet initium. Ergo com. de infra octavam commemorationi Dominicae praeferenda est.

Nec minus certum est, quod ultimo tenet cl. Consulens, videlicet non esse quaerendam in Calendarii Romani redactore privilegium aliquod, quo sit usus, in praeferenda com. de infra octavam Dominicae, in gratiam festi Corporis Christi. Exploratum est enim, hoc festum eiusque octavam quibusdam vere gaudere privilegiis ; sed quod attinet commemorationem eius in Vesperis nullo peculiari privilegio pollere : ut Calendarii redactor in ea commemoratione praeferenda non nisi generale principium sit secutus, ex quo commemorationes pertinentes ad officium aliis praevalent, quae extra officium sunt. Optime itaque ratiocinatur et sentit cl. Consulens ; et redactor Calendarii Dioecesis N., si studio contrarium fecit, evidenter erravit.

*V. E Gadibus in Hispania. De quibusdam consuetudinibus in exequiis.* 1. Cum sepeliendum est cadaver alicuius canonici seu beneficiati huius Cathedralis existit consuetudo, vi cuius ille, qui officium facit, canonicus esse debet, et duae cruces praeferuntur in processione ; una

*processionalis* ecclesiae, altera quae dicitur *capitularis*; cum autem Rituale Romanum tit. 6, cap. 3 n.º 1. dicat: *clerico praeferente crucem*, quaeritur: utrum tolerari possit haec consuetudo. Et quatenus negative, quaeritur: quaenam praeferenda, utrum prima vel secunda, vel potius illa quae pertinet ad paroeciam sacrarii sanctae Cathedralis, aut illa quae pertinet ad paroeciam in qua supremum diem obiit defunctus.

*Resp.* Equidem, iure communi inspecto, officium facere super cadavere defuncti, in genere spectat ad Parochum ipsius defuncti, et crux erigenda est illa quae pertinet ad tumultantem Ecclesiam, uti constat ex pluribus Decretis seu antiquis, seu recentibus, et etiam ex Generali Decreto in tertio Collectionis Volumine inserendo, ut per illud ius antiquum confirmetur.

Decretum *Abellinen.* prae reliquis ad rem facit: « An Parochi, attenta consuetudine, elevare possint omnes propriam crucem, in funeribus ducendis, cum non accedit Capitulum Cathedralis: vel unica tantum crux, eaque Ecclesiae tumultantis, sit adhibenda? Responsum autem fuit: « Negative, ad primam partem: Affirmative, ad secundam (28 Apr. 1866, n. 3144 (5362) ad 1) ». Ius istud in novissima Collectione nullam passum est mutationem, quinimo per novum Generale Decretum ulterius sancitum est. Consequenter excludenda in casu crux processionalis quae nullum locum habere potest in funeribus, quae non processiones dicuntur sed associationes, ut sub hoc vocabulo non intelligantur. In processionibus autem plures cruces deferri optime possunt, non vero in funerum associationibus. Excludenda pariter videtur delatio crucis capitularis, quia Capitulum non habet ius suam crucem deferendi, quando saltem non intervenit, contra crucem Parochi, ad quem defunctus pertinuit et pertinet. Neque



obstat, defunctum esse Canonicum vel Beneficiatum; quia, etsi eiusmodi, suam habuit parochialem Ecclesiam, ad quam pertinuit et pertinet adhuc, vel eam quam elegerit cui Decreta ius tribuunt erigendi crucem. Decretum enim in *Senen.* n. 1368 (2442) declarat: « In Ecclesia... ubi sepelitur corpus defuncti, etiam Canonici Cathedralis Ecclesiae, ad Parochum ipsius Ecclesiae pertinere officium facere (9 Jun. 1668). » Ubi videre est praecedentiam, quae tribuitur quoad officium Parocho defuncti, ratione Ecclesiae tumultantis: ex quo aliud ius praecedentiae de erigenda cruce nullo negotio infertur. Eandem quoque praecedentiam Parocho defuncti Canonici vel Beneficiati Ecclesiae Cathedralis, proindeque tumultantis Ecclesiae, aliud Decretum in una *Sancti Severi* tribuit (n. 2441, 4262 ad 7 et 8).

Sed in casu viget consuetudo in oppositum, ut officium super cadavere Canonici vel Beneficiati alter ex Capitularibus faciat, consequenter ut etiam crux deferatur ipsius Capituli, cum deferre crucem quid minus sit, quam facere officium super cadavere. Aliunde cuinam potest competere ius erigendi crucem, nisi illi Ecclesiae, cuius Rector facere officium debet? Quid ergo iudicandum in casu? Id respondebimus, quod cl. De Herdt hac in re sentit pluribus auctoritatibus fretus. En textualia sua verba: « Quantum ad Canonicos (*a fortiori, ut patet, quod Beneficiatos attinet*), hac occasione superaddi potest, ius eisdem Viaticum et extremam unctionem administrandi eosque sepeliendi, pertinere ad parochum domicilii, nisi legitima adsit consuetudo, uti saltem est immemorabilis vel 40 annorum cum titulo, ut capitulum canonicis ultima sacramenta administret, eorumque funera peragat, qualis consuetudo in tota fere Gallia, ac etiam in Belgio viget (*Prax. Pontif. Tom. 3, n. 265*) ». In sui asserti autem confirma-



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

2.<sup>a</sup> Mortuaria vestimenta quibus iuduuntur cadavera sacerdotum, solent esse alba vel violacea; tolerari possunt ornamenta alba cum Rituale prescribat violacei coloris tit. 6. cap. 1 n. 11 parag. 2. ?

*Resp.* Rituale Romanum (*Loc. cit. in dubio*) haec habet: « Sacerdos..... super talarem vestem amictu, cingulo, manipulo, alba stola et casula, seu planeta violacea sit indutus ». Sed hoc fortasse pertinet ad ius antiquum, quando inter violaceum colorem et nigrum vix distinguebatur. Impraesent color violaceus pro Episcopo tantum reservatur iuxta Caeremoniale Ep. Lib. II, Cap. XXXVIII n. 10. Si quis tamen Sacerdotem violaceo colore indueret, attentis verbis Ritualis Romani, non auderemus redarguere. Eoque magis, quia etiam Martinuccius, satis recens, docet: « Sacerdotum cadavera induentur veste talari et paramentis violacei coloris (*Lib. IV. Cap. VIII. n. 4*) ». Sed color albus non est tolerandus, quia nullam significationem habet, nisi velis defunctum considerare vel uti infantem, vel uti Confessorem honoribus altaris dignum, sed hoc in casu expectanda erit canonizatio.

VI. *E Gallia. De quodam concursus casu.* Quomodo ordinandae sunt Vesperae S. Francisci Ass. dup. mai. concurrentes cum Vesp. S. Remigii, etiam dupl. mai. in Gallia? (festum S. Remigii hoc anno translatum in diem 5 Octob.)

Alii existimant Vesperas esse dimidiandas, et sic ratiocinantur: Iuxta tabellam concurrentiae reformatam, quando duo festa maiora concurrunt, fit a cap. de seq. in paritate dignitatis. Porro festa Ss. Francisci et Remigii sunt dignitate paria. Ergo.

Alii vero contendunt regulas occurrentiae et translationis servandas esse pro concurrentia, scilicet festum magis proprium praefendum esse, ceteris paribus, festo minus proprio. Atqui festum S. Remigii, — dupl. mai. *in*

*Gallia*, — est magis proprium. Ergo praeferendum est festo S. Francisci, — dupl. mai. pro universali Ecclesia, et proinde habet Vesperas, cum commem. tantum praecedentis.

Quid de hac re sentiunt Ephemerides Liturgicae?

*Resp.* Quamvis saepe leges occurrentiae applicari possint etiam ad concurrentiam, nihilo tamen minus cum utrasque leges describat Breviarium in relativis Rubricarum Titulis, his adhaerendum, ne oriantur confusiones et abusus. Sane si duas habeas occurrentia festa dignitate inaequalia, legem occursus ad concursum applicare potes, quia utraque est eadem. Ita, si duo festa sint inaequalis ritus, vel si alterum primarium alterum secundarium, idem se agere posse concedendum, eo quod in his quoque casibus leges occursus et concursus perfecte conveniunt. At lex quae spectat festum fixum contra mobile vel ad instar mobilis, et festum proprius prae minus proprio, haec inquam lex habetur in Titulo occurrentiae seu in Translatione festorum, sed de ea ne verbum quidem in Titulo de concurrentia. Legas et relegas hunc titulum, maxime in num. 2, et veritas luce meridiana fulgebit. Si ergo regulae occursus et concursus partim sunt eadem, sed non in totum, non est cur possit generale principium praedicari, leges occurrentiae etiam in concurrentia esse servandas, quandoque enim id verum est, quandoque falsum.

Et ratio sapiens in promptu est ad hanc dispositionem Rubricarum pro occurso et concursu diversam, ostendendam et demonstrandam. Nam, duobus occurrentibus festis, de iis simul agi non potest integrum officium: adeo ut alterum integrum illud habere necessario debeat, alterum vero aut simplex fiet, si possit, secus penitus omittendum, aut ad minus erit transferendum. Duobus ve-

ro festis concurrentibus, alium modum rubricae exhibent rem componendi. Etenim, si paria sint festa tam ritu, quam dignitate, Vesperae dividi possunt; et utrumque festum sua iura servat. In casibus ergo concurrentiae festum quod veluti simplex agitur, vel e Calendario pro eo anno deletur, vel transfertur, suorum iurium gravem plus minusve iacturam patitur; sed in casibus concurrentiae id non comprobatur, cum in paritate meriti, ut ita dicamus, aliquid iurium amittunt pariter unum et alterum seque invicem quodammodo compensant. En ratio, ob quam de fixo et mobili, de magis proprio prae minus proprio loquuntur leges occursum, legesque concursus tacent. Nam aequum iudicarunt Rubricae festum dignius seu ritu, seu qualitate primarii, seu personali excellentia, alteri praeferri minus digno sub iis respectibus, tam in occursum quam in concursu; quia hae dotes, quibus festum dignius est praeditum, maiori consideratione dignae sunt. Sed qualitas fixi prae mobili, et magis proprii prae minus proprio minoris sunt momenti; quia primae dotes, vel ritum tangunt, quo potiore, inutilis est quaevis de praecedentia quaestio: vel tangunt qualitatem primarii, vel personalem dignitatem, quae duo intrinsece afficiunt festum, uti facile perpendiculari patebit. At si duas alias consideres dotes, hoc est qualitatem fixi, et magis proprii, eae sunt prorsus extrinsecae ipsi festo, minorisque proinde gravitatis. Sapienter idcirco eas Rubricae considerandas censuerunt in occursum ex necessitate, non autem in concursu, in quo eadem necessitas deficit. Eapropter concludendum est, optime ratiocinari primos, haud bene alteros, sive Rubricis, sive allato liturgico momento inspectis. Ergo concurrentibus Sanctis Francisco Assisiensi et Remigio, ritu paribus cum nulla suppetat ratio intrinseca, neque dignitatis, de qua Rubrica concurrentiae, Vesperae dividendae sunt.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



tenoris : « Num qui Subdiaconatus Ordinem nondum recepit, Subdiaconi munere fungi valeat in Missa solemni ? » Responsio autem sic se habet : « Affirmative ; dummodo clericali saltem tonsura sit initiatus, manipulum non ferat, et vera urgeat necessitas (*Decr. 3832, Dubiorum Resolutio ad VIII.*)

II. *Pro Gadibus in Hispania.* Rubrica Ritualis (*Tit. VI. Cap. 1, n. 11 et 12*) loquitur tantum de indumentis, quibus debet corpus defuncti clerici supervestiri : eodem sensu loquuntur auctores, uti Martinucci, De Herdt aliique. Si autem aliquid in illius manibus ponendum dicant, hoc non nisi iuxta Rituale crux est vel crucifixus. Nescimus ergo quomodo liceat calicem in manibus Sacerdotum defunctorum ponere. Ceterum, Vasorum sacrorum, maxime calicis ad sacrosanctum altaris Sacrificium destinati, usus praefatus videtur omnino improprius, et improbandus, nisi forte specialis pro eodem usu calix haberetur, non tamen consecratus ; quo fortasse in casu tolerari consuetudo posset.

III. *Pro eod. loco.* Cadaver cuiuscumque defuncti, sive laici, sive clerici, cum ad Ecclesiam vel coemeterium deferatur, pedibus versus anteriorem partem deferendum est in feretro, cum modus iste sit naturalis omnibus hominibus, qui eadem ratione ambulant. Cum autem cadaver Sacerdotis ianuam ecclesiae pervenerit, mutari debet positio, ut pedibus retro ingrediatur, sicque deponatur, prouti Rituale praescribit. Quod ultimum fit ex privilegio dignitatis sacerdotalis, ait Barruffaldus, per quod fit etiam, ut dum ad altare celebrant (*Sacerdotes*) faciem vertant versus populum et terga altari, etiamsi in Tabernaculo claudatur Eucharistia, quos enim salutamus, eis faciem praesentamus. (*Gavant. Part. 2, t. 5, de Orat. Tit. XXXIV, § XVII, n. 148*). » Hoc autem dum cadaver offertur, comprobari non potest, uti patet.

IV: *Pro eod. loco.* Probari non potest consuetudo, ex qua Sacerdos officium faciens in associatione sequatur, loco praecedendi, feretrum. Rituale Romanum satis super hoc explicitum est. Ratio enim est, quia Parochus dignior est ceteris clericis associantibus funus, dignioremque locum obtinet ex iis, qui unum corpus efficiunt. Non ergo corpus istud per defunctum dividendum est, qui effertur ab aliis, et associatur, sed nec fert nec associat. Ex dicta consuetudine sequitur etiam, officium facientem inter laicos procedere, qui associationi assistunt, quod etiam minus congruit. Hinc non possumus quin concludamus: servetur Rituale Romanum, et consuetudo contraria alia consuetudine laudabili legique favente vincatur.

V. *Pro Rota Veronae.* Si die XIV Ian. faciendum sit de S. Petro Urseolo Conf., in Vesperis S. Pauli I Eremitae fiat com. praecedentis per propriam antiphonam *Hic vir despiciens mundum*, et postea S. Mauri per antiphonam *Euge, serve bone*, Versus *Os iusti* sumendo ex II Nocturno Conf. non Pont. Specialis enim Rubrica posita in I Vesperis S. Pauli Conf. est exceptio, quae firmat regulam generalem in contrarium, quae sequenda est in aliis occurrentibus casibus.

VI. *Pro eod. loco.* In officio defunctorum, diebus III, VII, XXX et anniversario, si unum dicatur Nocturnum, hoc relativae feriae respondere debet. Hic est sensus manifestus loci a cl. Consulente in Ephemeridibus citati, quamvis aliqua dicendi ratio minus clara contrarium docere videatur.

*Nota.* Nulla lex vetat, ut clerus a fidelibus expetitus de officio defunctorum, hoc recitare possit diebus permisis, ritu semiduplici et cum tribus nocturnis.

VII. *Pro Cauria in Hispania.* Quomodo se collocare debeat Celebrans in Missa solemni dum benedictionem im-



pertit Diacono Evangelium cantaturo, Rubrica non dicit. Certum tamen est, ipsum non debere terga vertere ad altare ut conversus ad populum benedictionem det Diacono. Nulla enim id Rubrica praescribit, nulla necessitas cogit, consequenter ratio reverentiae prohibet. Hinc modus magis conveniens est, ut Celebrans benedicat Diacono, tergis versis non ad altare, sed ad cornu Evangelii, dum Diaconus ante ipsum in suppedaneo stat genuflexus. Haec Urbis aliarumque observantiorum Ecclesiarum praxis.

VIII. *Pro eod. loco.* Nulla lex vetat ut Canonicorum Collegium transferre se possit ab altari choralis ad aliud, ut ex devotione recitet antiphonam B. M. Virginis, praecedente cruce et acolythis, quamvis non adsit paratus pluviali aut stola Capituli praeses: dummodo de cetero serventur Rubricae.

IX. *Pro eod. loco.* Usus thurificandi Sanctum aliquem extra Missam et Officium certe licet, uti fit in pluribus actibus sacris, quamvis extraliturgeticis, Novendialis, Tridui etc. An autem thurificari quoque possit ipsum altare modo ac forma in Missa et Officio adhiberi solitis, dubitamus; quia huiusmodi thurificatio, ritus videtur Missae proprius aut Officii. Nihilominus, eo in se spectato, prohibitus nulla lege est: ut si consuetudine saltem roboretur, permittendus potius videatur, quam prohibendus.

X. *Pro eod. loco.* Responsorium pro defunctis, consequenter et absolutio, independenter a Missa, certe haberi potest, id permittente Decreto in *Lamacen.*, quod antiquum est quidem et expunctum, quia reformatum est; sed reformatio, uti apparebit in III Collectionis Volumine, respicit modum, non substantiam. Sed duo in casu difficultatem ingerunt: 1 Absolutionem abrumpere Horas Canonicas: 2. nullum adesse Sacerdotem stola indutum. Primum non videtur admittendum, quia supercitatam De-



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

modi infelices cantores, sicut ipsi Deum in liturgicis modulationibus indigne habent. Hoc satis.

XIV. *Pro Wladislavia*. Altaria, quorum sepulcrorum opercula fracta sunt, uti execrata habenda (*Vivarien* 2876 (4990) 23 Sept. 1844). Quae vero opercula nullam passa sunt iacturam, sed coemento ex vetustate consumpto vel sua vi destituto, facile moveri possunt, consecrata manent, cum nulla lex positiva declaret illa execrata esse. Necesse est tamen, ut novo coemento, quin tamen amoveantur, opportune et solide firmentur; sed nulla specialis pro hoc caeremonia adhibenda videtur.

XV. *Pro Ariano in Apulia*. Aliud est Cappa violacea et aliud est vestis talaris eiusdem coloris: ut qui illam obtinuerint, non possint nec debeant istam induere. Limites privilegi praetergredi non licet.

XVI. *Pro eodem loco*. Biretum et pileolum omnes chorales adhibere licite possunt, sive sint Canonici, sine Beneficiati, sive clerici, nulla vetante lege.

XVII. *Pro eod. loco*. Sacerdos tertii Ordinis S. Francisci, qui ter in hebdomada gaudet altari privilegiato, si fiat Parochus Ecclesiae, in qua Associatio erecta est Sacrae Familiae, manifesto gaudere nequit novo privilegio utendi per tres alias vices in hebdomada eodem altari privilegiato. Ratio simplicissima est conditio appositae, scilicet ut eiusmodi dicto gaudeat privilegio, si ex alio titulo iam non illo fruatur. Atqui... ergo...

XVIII. *Pro eod. loco*. In festo Titularis Ecclesiae semper ibidem dici potest ac debet *Credo* in Missa, a quo cumque dictum festum celebretur: a fortiori autem ratione concursus populi, qui tamen debet esse notabilis fidelium et non solitus accessus ad Ecclesiam, cum sola haec ratio dictum Symbolum in Missa permitteret. Nihil autem interest, si dicta Ecclesia Regularium fuerit, aut nunc ad

Confraternitatem pertineat, neque si dies sit cum feriatioe aut non. Ita etiam ratione Reliquiae insignis iure additur *Credo* in Missa.

XIX. *Pro Pekino.* In locis ubi feriatio non agitur diebus festis, sed eorum solemnitas ad Dominicam sequentem transfertur, Missa de requie praesente vel physice vel moraliter cadavere, non est amplius vetita, uti ante, in ipsis diebus festis, sed tantum in diebus, quibus illorum solemnitas agitur. A fortiori autem id fiet, si non solum solemnitas, sed ipsum festum cum officio in sequentem Dominicam transferatur.

XX. *Pro eod. loco.* Vidua pagana ad fidem conversa potest citra ullam controversiam recipere benedictionem nuptiarum, utique intra Missam, si novas nuptias cum viro catholico inierit. Quid enim probat transactum tempus? Nihil, absolute nihil. Impraesenti per fidem vere christiana est; ergo uti reliquae mulieres christianae et ipsa poterit dicta benedictione donari. Certo falluntur, qui oppositam sentiunt.

XX. *Pro Archidioecesi Chicagiensi.* Occurrentibus festis Fugae Domini, et Spineae Coronae, quorum illud est fixum, hoc mobile, recte istud omittitur, secluso privilegio, et illud celebratur, id praedicante Rubrica (*Tit. X, n. 6*).



---

# SUPER CALENDARIO

## STUDIUM

---

### EMENDATIO.

In ultimo praet. numero ad pag. 334 mendum irrepsit in linea 8.<sup>va</sup> quod corrigere lectores velint oramus: verbum **deerant** mutetur in **supererant**.

---

*(Vid. contin. n. 5, p. 332)*

4. Facile inde coniciet certam, quae elucet, veritatem, Calendarium scilicet haud amplius posse scopum, ad quem ordinatum est, attingere. Ut enim seu populi, seu clerici diarium haberent, illud adinventum est confectumque; sed, eius complicatione ac varietate attendita, vix a pluribus e clericis dignoscitur, populorum autem pleraque, nisi integra pars, quid sit illud penitus ignorat. Cum nihilominus, ut superius innuimus, plurimi intersit illius cognitio, ut sua populus adimpleat circa Deum munera, suaque negotia, labores, itinera ac reliqua ad optatum perducatur exitum. Calendarium proinde quod, uti diarium, adeo simplex, quo nullum magis, ac duraturum, simulque omnibus notum esse conveniret, scientiam fateri cogere abstrusam, abditam, veluti ad algebram pertinentem, mentibusque cultis tantummodo accessu facilem, ceteris vero fere penitus imperviam.

Neque hoc novum dicas, ac si aetate solum nostra praefata detecta fuerint incommoda, cum transactis temporibus summi quoque viri id agnoverint, ut ad Calendarium meliori forma donandum admovere manum peroptaverint. Sane, Gre-



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



5. Quidquid imperfecti habetur in Calendario praesenti, ex eo praecipue oritur, quod anno communi dies unus, bissextili autem duo supersint, qui extra hebdomadas maneant, quippe qui hebdomadam aliam, septem constantem diebus, formare non valent. Duae namque et quinquaginta hebdomadae totum constituunt annum : qui nihilominus cum tercentis sexaginta quinque aut sex diebus confletur, peracta quinquaginta duarum hebdomadam enumeratione, diem unum, si communis, duos si bissextilis, residuos evidenter dabit. Hinc, si ex hypothesisi a Dominica annus incipiat, necessario ultimus illius dies Sabbatum esse nequit, ut iterum alter a Dominica initium habeat; sed Dominica erit anni terminus, incipietque proinde a feria secunda annus subsequens. Dies ergo una, quae in anno communi quinquaginta duabus hebdomadibus superest, inordinationis totius est ratio, hoc est perpetuae instabilitatis Dominicarum, feriarumque in Calendario, ex qua in unoquoque anno mutationi fiunt obnoxiae. Ex uno hoc ergo die motus dierum perpetuus omniumque dierum inordinatio : num autem aequum dici poterit, ut pro uno die, quae tercentesima sexagesimaquinta pars est totius, integer annus tantum iacturae damnique patiatur ? Nonne melius centies foret diem istam nisi ab enumeratione, quod fieri nec potest, nec debet, a denominatione saltem remove, quae in ordine hebdomadae illi contingeret ? Postremus ergo dies anni posset, non Dominica nuncupari, sed alio nomine, quod in ordine hebdomadam minime contineatur. Quid ni ? Dies ultima mensis ultimi totius anni, seu Decembris, nonne suo iam nomine, satisque notabili, gaudet ? Discriminetur ergo ab omnibus reliquis singulisque diebus anni, nihilque magis congruum reperies, credimus. Et sane, terminus est finisque anni ; et sicut enumeratione continetur in anno, cuius pars est, ut ceteri dies, ita, si diversum illi nomen tribuas, ratione etiam nominis in anno continebitur morituro, dum tamen partem non consti-

tuet anni nascituri, ad quem non pertinet. Sit ergo dies ultimus anni, pro anno sequenti, tamquam non esset, quod primam attinet hebdomadam, itereturque nomen illius ut primus anni dies, ac si non fuisset : sicque in singulis annis, uno deleto die, hebdomadas quinquaginta duas, nec plus nec minus, tibi reperire necesse est.

Hoc quidem pro communi, sed pro bissextili anno eadem redibit sentiendi agendique ratio ; quippe qui haud uno tantum, sed duobus diebus excedit. Quid tamen interest? Delesti ultimum, satisque rationabiliter, diem, ita vero ut et illum in anno computaveris; eodem te igitur modo geres pro hoc altera die. Quid ni? Si primum licuit, quare non licebit alterum, ne in eandem inordinationem confusionemque offendas? Quemadmodum itaque diem anni ultimum sine peculiari hebdomadis nomine reliquisti, ita et pro initio anni, seu pro die primo in bissextili anno te geres ; et poteris, ut in communi anno, ita in hoc bissextili, duas et quinquaginta hebdomadas, ullo sine excessu, perfacile computare. (1) At nullum ne id afferet incommodum? Nullum profecto, nullum. Quin imo animadvertas velim,

(1) Hucusque dicta exemplo explicemus. Praesentis anni 1899 dies ultima est Dominica ; sed quinquaginta duae hebdomadae desinunt die 30 Decembris, nempe Sabbato, quia annus incoepit die Dominica. Ut iterum annus sequens 1900 eodem die incipiat eodemque desinat ac praecedens, necesse est ut dies ultima anni 1899 haud nominetur neque in praecedenti neque in sequenti hebdomada. Vocetur, si lubet, Dominica ista, dies ultimus anni 1899, vel dies intercalaris. Atque ita nulla habebitur varietas in sequenti anno 1900, quia Dominica sequens primus erit anni dies. Dies intercalaris, erit dies libera quae tamen pars est anni praeteriti, sed nullam varietatem inducet in sequenti. Idem dicatur de anno bissextili. Duo dies qui supersunt, vocentur nomine quo placet ; non computentur tamen in diebus qui hebdomadam efformant. Atque ita nulla varietas habebitur in anno, nempe omnes anni eodem die incipient, eodemque die desinent.



huiusmodi agendi rationem, haud oppositam esse, sed conformiorem nimis astronomicae computationi. Etenim, incipiente bissextili anno, nos cum anno civili, ante solarem, decem et octo horis praeimus, quod fatentur periti; uno ergo die sublato, sex horis tantum retro manebimus, quae nihilominus in anni decursu compensabuntur. Nonne id satis abunde melius, solarique anno conformius apparet, cui, nemine contradicente, annum civilem fas est conformem reddere? En itaque principium, quod basim constituit, certam facilemque, ad defectus perturbationis vitandos in Calendario Gregoriano, illudque perfectiori, ni fallimur, forma ditandum.

(*Contin.*).

P. P. SCHOLASTICUS  
C. M.

---

# ALLELUIA

---

## SPECIMEN

### **Biblicum, historicum, Liturgicum.**

Ecclesiae Patres, ac praecipue Augustinus, (1) illud Evangelii secundum Ioannem commentans, quod de titulo Crucis Christi, hebraice, graece ac latine conscripto, verba facit, in Ecclesiae universalitate mysticam student invenire rationem huiusce rei, quam Evangelistes enarrat.

Omnes Gentes fas erat complecteretur Ecclesia; hinc titulus Crucis, per quam redimendus erat orbis, tribus erat ex-

---

(1) S. Aug., Enarr. in psalm. 58.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

monumenta liturgica tradunt, seu *Maranatha*, quae tamen haud invaluit, ut, paucis exceptis casibus, fere obsoleta manserit (1).

Hebraica vero vox frequentius occurrens est *Alleluia*; et quae absque ulla variatione in universis Liturgiis immutata permansit, creberrimique usus in ritibus. Evasit, si ita loqui fas sit, quaedam vocis species sacramentalis ad laudandum Deum. « Illud advertendum, scribit E. mus Bona, multo maiorem vim apud Hebraeos habere hanc vocem *alleluia*, quam apud Latinos *Laudate Deum*: hoc est enim exhortantis vel excitantis ad Deo laudes reddendas; et *alleluia* vim potius habet interiectionis, quam verbi, vehementem sonat affectum acclamantis prae gaudio et ex laude Dei exultantis, atque in iubilum vocemque laetitiae erumpentis (2) ». In dubium fortasse vocari poterit, an eiusmodi animadversio cl. scriptoris accuratior habenda sit; verum rei summa spectata, scopum attigit, praesertim, si usum eiusdem in ritibus inspiciamus, quin vocis etimologicae vi exclusive adhaereamus.

Sane, hebraica *alleluia* forma est **Hālēlu-Iah** quam LXX in *Ἀλληλούια* verterunt. Iam nunc **Hallelu** imperativum est plurale verbi **Hillēl** quod est in forma Piēl, nempe *intensiva*. Iure merito proinde E. mus Bona ait, vocem *alleluia* maiori pollere vi in hebraica primigena — « maiorem vim habere » — quam in Latii sermonis forma *Laudate Deum*. Hinc et veritati consonat quod adiungit: « vehementem sonat affectum acclamantis prae gaudio et ex laude Dei exultantis, atque in iubilum vocemque laetitiae erumpentis ».

Frequentius occurrit ut vocis usus in ritibus, maxime in

---

(1) Qui huiusce cuperet ampliolem declarationem vocis, legat, si lubet, commentaria **Miasī** in *Doctrina duodecim Apostolorum etc.* Roma 1891, Cap. X, pag. 130.

(2) De divin. Psalm., c. XVI, § 7, n. 7.

psalmis. Quinimmo ex ea frequentia specialis psalmodum (1) excogitatus est ordo, quos divus Augustinus nuncupavit *alleluaticos*.

Pro certo habetur, ex psalmis duas amplas liturgicas Laudes fuisse efformatas, quas hebraicus populus in quibusdam memoria dignioribus rerum adiunctis adhibere consuevit, et Hallel nuncupavit: quas inter se distinguens, alteri nomen dedit Hallel aegyptiani seu communis, alteri autem Hallel grandis. Prima psalmos 112-117, iuxta Vulgatae enumerationem, continebat, altera vero psalmos 120-136. Hoc rarissime, illud decem et octo diebus, atque una tantum anni nocte canebatur. Decem et octo dies erant! a) dies Sacrificii paschalis: b) dies festus Pentecostes: c) octo, seu Tabernaculorum, seu Templi Dedicationis, festi dies. Nox vero, qua Hallel istud canebatur, Coenae paschalis erat: idque in omnibus singulis familiis, quae praefatum ritum agebant (2). Sequens habebatur in cantu norma: Dum agnus paschalis ex gr. offerebatur, sub fine canticum Levitae intonabant, Offerentes sequebantur vel simpliciter reponebant. Singulos primos versus iterabat populus, dum ad alios versus respondebant: *alleluia*. Ita, ex gr. disponitur a praecitato Edersheim.

Levitae incipiebant: *Hallelu Jah*.

Populus ingeminabat: *Hallelu Jah*.

Levitae: *Laudate (Hallelu) pueri Dominum* (3).

---

(1) Vid. Hebräisches Wörterbuch zum Alten Testamente, bearbeitet von Siegfried und Stade alla voce **Hālāl**.

(2) Vid. Edersheim, The Temple, its Ministry and services as they were at the time of Jesus Christ, chapter XI, pag. 191 et seq. Baethgen, Die Psalmen übersetzt und erklärt, Psl. 113, pag. 349 qui auctor amandat ad Buxtorf, Lexicon Chald., pag. 612 seq. ubi de discrimine agitur inter commune et grande Hallel.

(3) Vulgata legit: *Laudate pueri Dominum*, sed textus primigenus habet: *Laudate pueri Domini*.

Populus : *Hallelu Jah.*

Levitae : *Laudate (Hallelu) nomen Jahve.*

Populus : *Hallelu Jah.*

Psalmo 112 absoluto, alterum 113 canebant sequenti ratione :

Levitae : *In exitu Israël de Aegypto.*

Populus : *In exitu Israël de Aegypto.*

Levitae : *Domus Iacob de populo barbaro (1).*

Populus : *Hallelu Jah; atque ita deinceps , donec , cum*

(1) *De populo barbaro, vel de populo linguae alienigenae.* Vox hebraica **Lo'oz** vertitur per **βαρβάρων** a **LXX**, et *barbaro* in Vulgata legitur. **Aquila** vertit **έτερογλώσσον**. Revera vox praefata duplici significationi se facile praebet, hoc est *silvatico* et *balbutienti*.

Veterum mos fuit blaeses considerare populos a se diversos, seu, verius, tamquam proprio sermone destitutos. Quinimo Slavorum gens vicinos populos Germanos absolute appellavit *mutos (niemex)*. Si Straboni adhibenda sit fides, **βαρβαρος** esset veluti onomatopeia ad gentis alienigenae exprimendum sonum ; hinc ad gentem extraneam significandam transiit. **Curtius** propinquas censet Latii voces *balbus* et *balbutiens*. Idem praedicandum quidam censet de Sanscrito *varvaras* seu *barbaras* : at **Curtius** id dubitat, cum potius videatur conceptum exprimere *crispati*. Aegyptii, Herodoto teste, simile habuere nomen ut cunctos populos a se diversos significarent : **βαρβαρους πάντας οι Αιγύπτιοι καλέουσι τούς μή σφίσι δημογλώσσους** (II, 158). Similiter aetate nostra Sinenses. Ipsimet Romani se dicebant *barbaros*, quoad sermo ac litterae graecae in romanam naturam transierant. Eadem ratione de se scribit Plautus : « Marcus vortit *barbare* (Prolog. *Asin.*), et alio sub respectu de suo scribens exilio ait Ovidius : « *Barbarus* ego sum quia non intelligor ulli (Trist. V, 10, 37), » Successu vero temporis nomen istud genti solum Teutonicae tributum est. Scriptores nihilominus Constantinopolitani ad finem usque perstiterunt in huius nominis appellatione tribuenda Romanis.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



ci. Agitur itaque, non de totis exequiis, sed de simplici Absolutione, hinc quaeritur :

1. Coemeteriis constitutis, quousque Parochus tenetur associare cadaver ?

2. Cum de simplici Absolutione agatur, potest ne unicuique ex Parochis obligatio iure imponi dictam Ecclesiam neutram exclusive pro hac Absolutione adeundi ? Agitur enim de pluribus dicendis precibus in ea Ecclesia, quod antea summam in exitu ab urbe fiebant.

3. Ubi id fieri nequeat, potest ne quivis ex Parochis ad arbitrium suum praefatam Absolutionem impertire in sua paroecia, aut in alia Ecclesia, quaecumque sit, vel in aliquo Otorio publico, aut semipublico, modo intra paroeciae limites habeatur ?

4. Post hanc Absolutionem, tenetur ne Parochus iterum aspergere cadaver extra urbem, e qua recedit, permittens interim ut cadaver usque ad coemeterium deferatur sine cruce et Sacerdote, quamquam per plusquam tertiam itineris partem ?

5. Potest ne continuari consuetudo recitandi officium defunctorum in domo defuncti, sive in Ecclesia, in quam deferendum est cadaver, Missa pro eo dicenda sit, sive Absolutio tantum facienda ?

6. Pro paroecia intelligenda venit simpliciter et exclusive Ecclesia parochialis, an quaecumque alia Ecclesia intelligi potest, uti in num. 3 ?

### RESPONSA.

Ad 1. Parochus, re in se inspecta, tenetur associare cadaver defuncti usque ad coemeterium, in quo tumulandum est. Pia enim mater Ecclesia filios suos numquam derelinquit sine ministrorum suorum auxilio. Hinc Sacerdos hominem neonatum baptizat, adolescentem confirmat, postea purificat, nutrit, maturum omnimode auxiliatur, infirmum visitat, solatur, morientem assistit, confortatur defunctum, piis precibus expiare satagit, nec dimittit donec loco sacro deposuerit. Eiusmodi

autem Sacerdos est ille, quem pastorem ovium Ecclesia constituit, et ad quem oves pertinent: ut eas curet, protegat, defendat, muniat, vivas defunctasque custodiat.

Diximus tamen, *re in se inspecta*. Cum enim rerum locorumque adiuncta impedire possint, quominus ea omnia Parochus per se adimpleat, alius qui aliquid ex iis praestet, saepe Sacerdos eligitur. Quod attinet casum nostrum, cum, sive ratione longioris itineris, nec quandoque facilis, sive ratione laborum, quos sustinere Parochus debet, sive munerum adimplendorum, quae ipsi sunt concredita, satis est notum, defunctorum cadavera per electum et peculiariter destinatum Cappellanum ut plurimum ad coemeterium deferri. Ita in Urbe, ita in pluribus Italiae civitatibus pagisque, et fortasse etiam exteris iam consuetudo agendi invaluit, postquam lex civilis, et profecto *per se* satis laude digna, constituit ut coemeteria extra loca habitata, ad competentem distantiam, construerentur. Sit ergo Parochus, sit Cappellanus, qui cadaver ad coemeterium deducat, nihil interest; sed permittere ut illud deferatur sine cruce ac sine Sacerdote, res est, quae nobis nec profecto laudanda nec omnino probanda videtur. Adeo ut, conveniendum sit, cadaver associandum esse usque ad coemeterium, sive per Parochum, sive per aliquem Cappellanum. In illo enim, praeterea, aliquid agendum est a Sacerdote, uti ex Rituali Romano constat. Ita benedicendum sepulcrum si non est benedictum, uti in via antiphona dicenda est *In paradisum*, canticum *Benedictus* cum relativa quoque antiphona, versus et Oratio *Fac, quaesumus, Domine*, et reliqua dicenda, uti in Rituali Romano. Ergo etiam lex supponit Sacerdotem comitari cadaver ad sepulcrum. Denique ipsa municipia satis nos edocent aequitatem nostrae sentiendi rationis; nemo enim nescit, coemeteriis constitutis, illud aliquem ubique locorum Cappellanum stipendio devincire, ut cadavera ad coemeterium comitetur. Quid hoc significet, apprime perpendendum est, ne aliter ab agendi modo societatis civilis Sacerdotalis coetus se gerat: quod profecto admirationem scandalumque saperet.

Ad 2. Affirmative respondemus. Preces enim, quae Abso-



lutionem constituunt, iuxta Rituale Romanum faciendae sunt intra, non extra Ecclesiam. Codex enim dictus, sicut determinat preces dicendas in domo defuncti, uti Antiphonam *Si iniquitates* et psalmum *De profundis*, quae dicenda sunt in via, atque antiphonam *Exultabunt* et psalmum *Miserere*, ita pariter quae in Ecclesia sunt dicendae, inter quas habetur oratio *Non intres, Libera me, Domine*, cum reliquis sequentibus. Cum ergo Rituale Romanum iam sit in loco observandum, non est cur competens auctoritas nequeat obligationem dictae Absolutionis in ea Ecclesia peragendae imponere. Nec satis videtur facere allata in oppositum ratio, quod nempe iam summatim ante fiebat; quia nec in Ecclesia locum habebat, nec uti in Rituali Romano prostat. Cum ergo formulae liturgicae uti prostant sint legendae, et Absolutio in Ecclesia sit agenda iuxta Rituale, quod est observandum, non videmus rationem dubitandi, num praefata obligatio imponi queat unicuique ex Parochis. Addas velim rationem uniformitatis, quae tantopere confert ad aedificationem fidelium.

Ad 3. Absolute loquendo, credimus responderi affirmative posse, dummodo tamen Ecclesia vel Oratorium publicum dependeat a relativo Parocho, vel saltem, dummodo Rector Ecclesiae aut Oratorii audiatur, suumque praebet assensum. Etenim Absolutionem in una fieri vel in altera Ecclesia, *per se* parum interest, modo tamen in Ecclesia fiat. Diximus nihilominus *absolute loquendo*; nescimus enim utrum aliqua peculiaris gravisque ratio Episcopum movere potuerit ad hanc prae alia Ecclesiam pro dicta Absolutione designandam. Quo in casu consultius esse censemus, et uniuscuiusque parochi munus in illa, non in alia Ecclesia functionem persolvere, sicque superiori voluntati obsequium praestare.

Ad 4. Rituale de hac aspersione penitus silet; unum enim supponit Sacerdotem, seu Parochum officia omnia peragentem super cadavere defuncti a domo ad Ecclesiam et, ab hac ad sepulturam usque. Cum nihilominus casus plures accidissent, uti accidunt impraesenti, ut aliqua Parochus Ecclesiae tumultantis officia debeat super eodem cadavere persolvere, hinc



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

domum, sed Ecclesiam. Quid ergo? Sequenti modo solvimus nodulum. Si unus vel alter officium velit in domo recitare, private, extraliturgetice, ex devotione, defuncti parentibus assentientibus, et recitari ex penuria cleri in Ecclesia nequeat, transeat. At si plures sint Sacerdotes, puta quatuor vel plures, etsi clerici, si defuncti parentes in Ecclesia magis officium optarent quam in domo recitari, publice nempe et liturgice, idque fieri facile posset, profecto non videmus quomodo privata recitatio domi approbari queat. Namque Rituale Romanum, quod observandum in loco statutum est, non loquitur de recitatione in domo, sed in Ecclesia, ubi deferendus est defunctus. Insuper, generaliter loquendo, vix supponi potest, recitationem in domo rite posse fieri, ut in Ecclesia; sive quia confusio in illa fere semper oriatur, parentes, amici et noti accedant, exeant, redeant, nec saepe desint lamentationes, luctus, ploratus, clamores: sive etiam quia subsidia ad mentes sensusque in Deum elevata coniunctaque cum eo habenda, certe non in domo peculiariter defuncti, sed in Ecclesia optime obtineri queunt. Hinc, nisi conditiones superius dictae comprobentur, officium defunctorum non in domo recitandum est, sed in Ecclesia; idque, sive in eadem Ecclesia Absolutio tantum fieri debeat, sive, et a fortiori, Missa in ea celebranda sit.

Ad 6. Paroecia in casu, Ecclesia parochialis est, quae pro illa tantum intelligenda, haud alia, quaecumque sit. Ratio est, quia defunctus pertinet ad illum Sacerdotem, qui ei dum viveret Sacramenta administravit; est autem Parochus. Cumque Sacramentorum locus de iure sit Ecclesia, et pro unoquoque fidelium Ecclesia sua propria sit parochialis, manifestum fit pro paroecia, in casu, hanc solam et non aliam intelligi posse. Nihilominus animadvertendum est, hoc esse iure statutum, quia iura Parochorum laedi nec possunt nec debent; si ergo Parochus ipse aliam selegerit sibi bene visam, vel magis aptam Ecclesiam, quae supra (n. 3) diximus tamen in mente habitis, nil prohibet, quominus alia Ecclesia uti parochialis censi possit.

---

Si vero haud obstantibus expositis, aliqua iam fuerit consuetudo laudabilis invecata, memores sint Parochi, eam esse servandam, prouti Rituale Romanum iubet (*Tit. VI, cap. I n. 1*). Hinc concludimus cum cl. De Hert (*Pars 6, n. 240*): « Consuetudinem existentem Rituali conformem nemini abrogare licet: consuetudinem non existentem contra Rubricas Ritualis pro exequiis praescriptas, per se etiam inducere non licet: existentem autem consuetudinem, temporis tractu roboratam, licet exequialibus Rubricis non omnino conformem, abrogare saepius non oportet, neque expedit. Hoc bene notandum est neoparochis, qui circa exequias aliqua mutando pluribus quandoque sese exponunt difficultatibus. Abusus si qui sint, semper emendandi sunt; si autem timeatur, ne ex immutatione facienda, offensio aut scandalum in populo oriatur, prudenter admodum procedendum est, et satius saepe est aliquid tolerare, quam movere turbas, quae non sine magno detrimento Religionis ex bona etiam causa excitantur ».

---

## SOLUTIO QUAESTIONIS

pro mense Maio 1899 propositae.

---

### PROPOSITIO.

In quadam Ecclesia Capitulari consuetudo viget, ex qua in die Nativitatis Domini Archipresbyter celebrans solemniorem Missam, intonato *Gloria in excelsis Deo*, relinquit Altare, et cum suis ministris et clero pergit in Sacrarium. ubi, accepto divini Infantis simulacro in manibus, circuit processionaliter, illud ostendens populo, totam ecclesiam, et reversus ad Altare, sacrum simulacrum in illius loco principe collocat, ac tandem cum ministris prosequitur hymnum angelicum.

Quid de iusmodi consuetudine iudicandum vel in toto vel in parte, aut quomodo emendanda, si oporteat?

### SOLUTIO.

a) Duo certe sunt, *per se*, independenter a ratione temporis Missae, licita, Processio nempe a Sacratio ad Altare, et in loco Altaris principe collocatio Imaginis divini Infantis.

1<sup>o</sup> *Processio*. — Peragitur enim quotannis die 25 Decembris in bethlehemite ecclesia Nativitatis Processio cum pompa et celebritate maxima, ut legere est apud Auctores, et haec consuetudo non solum durat ab immemorabili, sed nutrit et fovet pietatem erga Deum, redundat in gloriam Christi, turba in ecclesiam undique affluente, cereis innumeris comitantibus, et canticis reverenter et honorifice per ecclesiam resonantibus. Interrogans P. Gèramb (1) « La nuit de Noël, les chrétiens de Bethléem vont en procession à la Sainte Crèche; ils sont précédés par le Père gardien des Franciscains, qui porte l'Enfant Jésus dans ses bras, suivi des autres religieux et prêtres, ainsi que des pèlerins qui tous tiennent un flambeau à la main etc. ».

Romae pariter quotannis fit processio eiusdem generis in Archibasilica Liberiana, ubi honoratur solemnissime Sanctum Praesepe, inibi custoditum. « Les fragments de cette sainte relique, inquit Mgr Mislin (2), et les restes des langes qui ont servi au divin Enfant dans son dénuement de Bethléem, sont conservés dans un berceau d'argent, au haut duquel on a représenté l'enfant Jésus couché sur un lit de paille d'or. Ce reliquaire est porté processionnellement dans la nuit de Noël par les chanoines de l'insigne Basilique, au milieu des torches que tiennent les évêques assistant au trône pontifical, et entouré des cardinaux, des prélats, des princes, des ambassadeurs, et des fideles accourus pour vénérer ces précieuses reliques etc... ». Hoc spe-

---

(1) Pèlerinage à Jérusalem, cité par le P. Chambeau, *Mois de Marie*, Tom. 1, cap. 8, note 4.

(2) Les Saints Lieux par Mgr Mislin, Tom. 3, chap. 82.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



Sacrario ad Altare, prosequitur tantum hymnum Angelicum post eius collocationem in loco Altaris principe.

*Primo*: hoc dannatur ex Rubrica Missalis (1), quae exigit intonatum *Gloria excelsis Deo*, statim continuari; et proinde vetat a fortiori tam longam suspensionem, quam exigeret Processio de qua in casu. En verba textualia; « Cum vero (celebrans) intonat hymnum *Gloria in excelsis Deo*, Diaconus et Subdiaconus, unus post alium, stant a tergo celebrantis; postea ascendunt ad Altare, et hinc inde, Diaconus a dexteris, Subdiaconus a sinistris, cum celebrante hymnum submissa voce prosequuntur usque ad finem ». Unde aperte liquet continuationem non ullam pati moram.

*Secundo*: ubi aliqua conceditur interruptio facienda durante Missa, semper haec cernitur inter duas preces, post unam completam, et ante alteram inchoatam, nunquam vero prece hac vel illa per aliquam functionem alienam abrupta voluntarie, ut postea, functione adimpleta, oratio ad eundem locum reassumatur terminanda.

Lege Rubricam pro concione agenda: « Si autem sit praedicandum, Concionator, finito Evangelio, praedicet; et sermone sive concione expleta, dicatur *Credo*; vel si non sit dicendum, cantetur offertorium » (2).

Vide quando fit benedictio nuptialis. Nonne post *Pater* et ante *Libera nos*? Nonne post *Benedicamus Domino* vel *Ite Missa est*, et ante *Placeat*? (3).

Percurre Rubricam Pontificalis pro collatione Ordinum, et easdem dispositiones invenies. Non aliter quoque statuitur a Congregatione pro brevibus sermonibus qui habentur occasione Communionis qui *fervorini* nuncupantur (4); et cl. Academia Liturgica eandem veritatem demonstrat in anno 1886 pro emissionem

(1) Tit. IV, n. 7.

(2) Tit. VI, n. 6.

(3) Rubr. spec. Missae pro sponsis.

(4) N. 5188 ad 24.

votorum a Monialibus ante Communionem, et adducit in testimonium decretum 12 Sept. 1857 ad 19 (1).

Mens igitur Rubricarum est ut aliqua oratio non interrumpatur per aliquam functionem alienam, sed antea agenda sit usque ad finem, antequam celebrans ad aliud divertat. Quapropter Processio, qualis proponitur, cum Rubricis nullo modo stare valet.

*Tertio*: nullus est Liturgista, qui hanc recognoscat interruptionem angelici hymni. Permittunt quidem Doctores *excipi* solemniorem Processionem infra Missam, silent vero relate ad Processionem *inchoandam* intra Missam, et nunquam caeterum supponunt precem aliquam suspendi ad illam faciendam. Confer S. Liguori, Ballerini, De Herdt.

Quin imo Martinucci hoc docet expresse prohibitum, dicens in nota: « Illud est vitium quod abrumpitur Missa, et cantus etiam ipsius Evangelii, ut modis quibusdam perquam curiosis et absurdis, quos supervacaneum est referre, exponatur (Imago divini Pueri) ad venerationem, et osculanda fidelibus detur » (2). Unde conclusio certa est, videlicet prohiberi intonare *Gloria in excelsis*, et prosegui illud solum, interiecta processione insigni, circa quam versamur.

c). Quomodo igitur sananda est consuetudo, de qua in casu, si alicubi existat, ut finaliter evadat licita?

Audi superius citatum Caeremoniarum Apostolicarum nobilem magistrum: « Si mos erit exponendi super Altare imaginem divini Infantis, exponetur antequam aperiuntur fores ecclesiae, et priusquam incipiatur Matutinum; ac si exposita erit in Altari maiori, tempore thurificationis adolebitur a Celebrante post Crucem triplici ductu, ut prorsus incensatur Crux cum Imagine Crucifixi » (3).

Explicans deinde quomodo Imaginem Iesu Pueri *ante Matutinum* in Altari exponendam (si fieri soleat) quadret, idem cl.

(1) Ephem. Liturg. ann. 1857, pag. 521.

(2) Manuale Sacrarum Caeremoniarum, lib. 2, cap. 14, n. 8.

(3) Martinucci, loc. cit.



Rubricista instat in nota : « Habet id rationem cum officio divino, in cuius invitatorio cantatur : *Christus natus est nobis, venite adoremus*. Non possumus respectivos ecclesiarum praesides non admonere de novitatibus ac ritibus peregrinis in huius sanctissimae noctis functionem invectis apud plures ecclesias etiam regulariter directas, relate ad processionem quae fit cum Imagine divini Pueri » (1). Caveant igitur et vigilant !

Si autem cum venia inclyti Martinucci velis meam audire sententiam, severius addo, *dubitative* solum affirmando, (2), non incongruam fortasse processionem esse, si fieret ante Matutinum vel etiam ad *Te Deum*. Quid enim legitur in Rituali : « Processiones prius fieri debent, deinde Missa solemniter celebrari » (3). En regula generalis; et ideo non satis intelligitur quomodo Doct. Martinucci non plus affirmet convenientiam processionis huius ante Matutinum, paulo ante melius assertam, praesertim quod inibi non deficit sensus liturgicus.

Item mirum est quod haesitet pro processione inchoanda ad *Te Deum*, cum Rituale id commendet pro Processionibus in Translatione sacrarum reliquiarum (quod applicandum est pro Imaginibus sacris) hymnum *Te Deum* etc. (4), et nulla est aliunde perversio ritus.

Quibus omnibus attente perpensis, arbitramur consuetudinem

---

(1) Ibid.

(2) Non possumus, quin cl. Solutoris modestiam commendemus; sed necessarium iudicamus addere sequentem animadversionem. Missa abrupti non potest ex arbitraria functione atque adeo illi extranea, ut nullam cum eadem dicat relationem, qualis est processio in casu. Pontificale Romanum, et Decreta cum Missam abrupti vel iubent, vel permittunt, satis dicunt, quo id tempore fieri debeat, et qua de causa. Moralis scientiae doctores nullam aliam permittunt abruptionem Missae, nisi ex gravissima causa. Quo ergo iure dicta abruptio, ob praefatam processionem, fieri possit, prorsus non videmus: ut proinde, si processio cum divino Infante fieri velit, ea sit omnino agenda vel ante, vel post, non autem intra Missam.

DIRECTIO

(3) Tit. IX, cap. I, n. 7.

(4) Tit. IX, cap. 14.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

di inaestimabilem Indulgentiarum thesaurum , qui pie, sancte et incorrupte est administrandus, sui muneris esse duxit haec foliola ad examen revocare, et siquidem repertum est in illis promulgari indulgentias falsas, apocryphas et omnino indiscretas, haud cunctandum existimavit quin praefata foliola prohiberentur, et in eisdem assertae Indulgentiae declararentur apocryphae et falsae.

Quare E.mi Patres in generalibus Comitiis ad Vaticanum sub die 5 Maii 1898 coadunati , omnibus mature perpensis , unanimi suffragio rescripserunt : *praefata foliola ad hanc Sacram Congregationem delata fore omnino proscribenda, eisque adnexas, uti dicitatur, Indulgentias apocryphis et falsis esse accensendas.*

De quibus dein facta relatione SS.mo D.no Nostro Leonis Pp. XIII in audientia habita die 26 Maii 1898 ab infra-scripto Cardinali Praefecto , Sanctitas Sua E.morum Patrum sententiam approbavit et confirmavit , mandavitque expediri generale Decretum quo infra inserta foliola , vel si quae existunt alia ab his parum discrepantia etiamsi diversis edita typis, proscriberentur, et Indulgentiae in eisdem relatae omnino uti falsae et apocryphae damnarentur (a).

### FOLIOLUM I.

#### LITANIE DELLA B. VERGINE ADDOLORATA (1)

Composte dal Sommo Pontefice Pio VII il quale accordò indulgenza plenaria nei venerdì dell'anno a chi contrito le reciterà col *Credo*, colla *Salve Regina* e con tre *Ave* al Cuore addolorato di Maria SS.ma.

---

(a) Ob defectum spatii ponimus tantum initium et finem cuiusque folioli. Ponimus etiam versionem latinam pro nescientibus linguam qua scripta sunt dicta foliola,

(1) **Versio latina.** *Litaniae B. Virginis perdolentis*, a Summo Pontifice Pio VII compositae, qui plenariam indulgentiam concessit, iis qui, corde contrito, singulis Feriis VI illas recitaverint, additis, *Credo*, *Salve Regina*, atque 3 *Ave Maria*, in honorem Cordis B. Mariae perdolentis.

*Incipiunt* : Kyrie eleison..... Sancta Maria , Mater crucifixa etc.

*Sequuntur nonnulli versiculi, qui incipiunt* : Respice super nos....

*Desinunt vero verbis* : Oremus. Interveniatur pro nobis..... Per te, Jesu Christe, Salvator mundi , qui cum Patre et Spiritu Sancto vivis et regnas in saecula saeculorum. Amen.

#### ORAZIONE A MARIA SS. ADDOLORATA (2)

Dai Sommi Pontefici arricchita dell' indulgenza plenaria lucrabile ogni venerdì dell' anno da quei fedeli che confessati e comunicati la reciteranno divotamente.

*Incipit* : Ave Maria doloribus plena....

*Desinit* : nunc et in hora mortis nostrae. Amen.

*Con approvazione Ecclesiastica* (3)

Torino, 1865 — Tip. dell'Oratorio di S. Francesco di Sales.

#### FOLIOLUM II.

#### LA CORONA DI SPINE (4).

*Incipit* : (5). La corona di Spine spiega la vita, passione e morte di N. S. G. C. ....

*Desinit* (6) : Queste corone sono spedite e benedette dai PP. Crociferi del Belgio e autorizzati dal S. P. Leone XIII. —

(2) *Oratio* in honorem B. Mariae Virginis perdolentis, a Summis Pontificibus plenaria indulgentia ditata, quae lucratur singulis feriis VI ab iis fidelibus, qui, confessione ac communione peracta, illam devote recitaverint.

(3) Cum approbatione ecclesiastica. — Augustae Taurinorum, 1865 — Typis Oratorii S. Francisci Salesii.

(4) *Corona spinea.*

(5) Spinea corona vitam, passionem ac mortem D. N. Iesu Christi explicat.

(6) Coronae istae mittuntur ac benedictione donantur a PP. Cruciferis e Belgio, a SS.mo D. N. Leone Pp. XIII auctoritatem habentibus. Illi qui orationem hanc devote recitaverint 500 dies indulgentiae lucrabuntur, insuper et animam a poenis purgatorii eripient. — Romae — Ex Typographia Pontificia, 1894.

Chi reciterà divotamente quest' orazione acquisterà 500 giorni d' indulgenza oltre avere liberato un'anima dal purgatorio.

Roma — Tipografia Pontificia, 1894.

### FOLIOLUM III.

#### RIVELAZIONE (7)

Fatta a S. Bernardo Abbate di Chiaravalle dell'incognita e dolorosa piaga della Spalla di Nostro Signore Gesù Cristo da lui sofferta nel portar la sua pesante Croce.

*Incipit* (8): Domandando una volta S. Bernardo a Nostro Signore nell'orazione . . .

*Desinit* (9): Eugenio III.... ha concesso..... tre mila anni d'Indulgenza.

*Sequitur etiam* :

#### ORAZIONE DA DIRSI ALLA PIAGA DELLA SPALLA DI NOSTRO SIGNORE (10).

*Incipit* (11): Dilettissimo Signore Gesù Cristo, mansuetissimo Agnello di Dio . . .

*Desinit vero* (12): Sono pregati di un'*Ave Maria* per chi dispensa *gratis* il presente foglio.

Roma — Tipografia della Pace di F. Cuggiani.

(*Vide Decr. Auth. num. 18*).

(7) *Revelatio* super ignoto atque doloroso vulnere humeri D. N. Iesu Christi, quod ipse passus in gravi Cruce gestanda, S. Bernardo Claravallensi abbati facta.

(8) Cum die quadam S. Bernardus in oratione Dominum nostrum rogaret...

(9) Eugenius III P. M. tria millia annorum indulgentiae concessit.

(10) Oratio dicenda ad vulnus humeri Domini nostri Iesu Christi.

(11) Dilectissime Domine Iesu Christe, Agnus Dei mitissime.

(12) Qui hanc orationem dixerint, exorantur ut dicant etiam *Ave Maria*, pro illo qui *gratis* praesens foliolum distribuit. — Romae, Tip. a Pace Philippi Cuggiani.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



## FOLIOLUM VI

JÉSUS DE NAZARETH, ROI DES JUIFS, RÉDEMPTEUR  
SOUFFRANT, AYEZ PITIÉ DE NOUS (19).

Extrait de la vie du bienheureux frère Innocent à Clusa, frère Minime Recollet, singulier en vertus et en miracles, décédé à Rome le 15 décembre 1631.

*Incipit* (20): Dans sa vie (premièrement imprimée en italien) dédiée au Pape Innocent XI, trouvons-nous cette histoire singulière : ....

*Desinit* :

*Ex Fremac. Ord. F. M. R.*

*Imprimi poterit.* F. BONAVENT. VAN DEN DYCKE,  
*Minister provinciae.*

*Imprimi poterit. Actum Antwerp. 22 Nov. 1714.*

J. L. DE CARVAIAL L. C.

*Sequitur* (21): Nous trouvons dans des anciens ouvrages romains que le pape Georges III, a accordé d'après les instances de la Reine d'Angleterre, et à tous ceux qui réciteront la prière suivante après l'élévation du Corps de Notre Seigneur pendant la Messe, devant le très saint Sacrement de l'Autel, ou bien devant un Crucifix, autant d'années d'indulgence que notre Seigneur Jésus Christ avait de plaies à son corps, qui étaient au nombre de 5676 : ainsi trouvons-nous dans les Révélations.

---

(19) Iesu Nazarene, Rex Iudaeorum, Redemptor condolens, miserere nobis ! — Ex historia B. Innocentis a Clusa, Ordinis Minorum Recollectorum, virtutis et miraculis clari, qui obiit Romae die 15 decembris anni 1631.

(20) In eius vita (italice primo scripta) Summo Pontifici Innocentio XI dicata, hanc singularem narrationem legimus.

(21) In antiquis libris romanis legimus, Pontificem Georgium (?) III rogatu Angliae Reginae, iis omnibus qui sequentem orationem recitaverint post elevationem Corporis D. N. in missa ante SS. Sacramentum, vel ante ipsius imaginem cruci fixam, concessisse tot annos indulgentiae, quot erant plagae in corpore Salvatoris, quae iuxta revelationes erant 5676.

*Incipit* (22): Prière. — O très aimable Seigneur Jésus Christ, Fils du Dieu vivant, je vous prie par l'ardent amour avec lequel vous avez aimé le genre humain . . . .

*Desinit* (23): pour satisfaire ainsi conjointement avec lui pour vos péchés à la justice de sa Maiesté blessée.

*Sequitur etiam* (24):

PENSEZ-Y DONC BIEN.

Avec crainte et espoir travaillez à votre salut, dit saint Paul, Phil. 2. c.

*Desinit vero* (25): Que le Saint-Esprit soulage et remplisse les âmes des fidèles. Ainsi soit-il.

Bruxelles. Typ. J. Crols-Pirmez, rue de Flandre 106.

(*Vide Decr. Auth. n. 18*).

FOLIOLUM VII

ORAZIONE AL SALVATORE DEL MONDO (26).

*Incipit* (27): Signor mio Gesù Cristo Padre dolcissimo per amor di quel gaudio, che ebbe la vostra diletta Madre quando le appariste in quella sacratissima notte di Pasqua.....

*Desinit* (28): I sommi Pontefici Bonifazio VIII e Benedetto IX, concedono ottantamila anni d'indulgenze a chi reci-

(22) Oratio. Dulcissime Domine Iesu Christe Fili Dei vivi, rogo Te propter fervidum amorem, quo genus humanum prosecutus es.

(23) Ut ita simul cum Illo (Iesu) faciatis satis peccatis vestris quae illum iniuria affecerunt.

(24) Penitius considerate: Cum metu et tremore etc. (ad Philip. c. 2, v. 12).

(25) Spiritus Sanctus sublevet atque impleat fidelium animas, amen. Bruxellis, Typis etc.

(26) Oratio ad mundi Salvatorem.

(27) Domine mi Iesu Christe, pater dulcissime, propter amorem gaudii, quo dilecta Mater tua affecta fuit quando Ei in sacratissima nocte Paschatis apparuisti.

(28) Summi pontifices Bonifatius VIII et Benedictus IX octo millia annorum indulgentiae, iis qui dictam orationem recitaverint, concesserunt, uti legitur in marmorea inscriptione, in Ecclesia Lateranensi asservata.



terà la suddetta Orazione, come si vede in S. Giovanni Laterano di Roma in un marmo.

*Sequitur etiam* (29):

ORAZIONE DI S. GREGORIO PAPA,  
CHE SI TROVA IN LETTERE D'ORO SCRITTA  
IN S. GIOVANNI IN ROMA.

S. Bonifazio Papa concede a chi confessato e comunicato la dirà, la remissione di tutti i peccati e ogni volta che la dirà 80 mila anni e 40 quarantene, e chi la dirà 30 giorni continui avanti l'immagine di M. V., otterrà qualunque grazia, e chi la dirà vita durante ogni giorno otterrà la grazia di morire fedelmente.

ORAZIONE

*Incipit*: Stabat Virgo iuxta Crucem. Videns pati veram lucem....

*Desinit vero*: Virgo mater et ancilla. Vidit et obbrobria. Amen.

*Sequitur* (30):

ORAZIONE ALLA S. CROCE, DA DIRSI ANCHE  
IN SOLLIEVO DELLE ANIME SANTE DEL PURGATORIO

*Incipit* (31): Io vi adoro Croce preziosa...

*Desinit* (32): Eugenio III, ad istanza di S. Bernardo,

---

(29) Oratio S. Gregorii Papae, quae, litteris aureis inscripta, Romae in ecclesia S. Ioannis invenitur. S. Bonifatius Papa, iis qui, confessione ac communione refectioni, dictam orationem recitaverint, concessit remissionem omnium peccatorum, et qui pro unaquaque vice illam dixerint, octoginta millia annorum et 40 quarantenar.; illi vero qui, absque interruptione, per 30 dies illam dixerint ante B. Mariae V. imaginem, quamlibet gratiam obtinebunt; illi autem qui quotidie usque ad mortem, gratiam bene moriendi obtinebunt.

(30) Oratio ad SS. Crucem, quae etiam dici potest in animarum purgatorii solatium.

(31) Adoro Te, Crux pretiosa.

(32) Eugenius III, S. Bernardi rogatu, 3 millia annorum indulgentiae concessit,



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

*Incipit* (38): Copia di una lettera di orazione ritrovata nel Santo Sepolcro di N. S. G. C. in Gerusalemme, conservata in una cassa d'argento da S. Santità, e dagli Imperatori ed Imperatrici cristiani....

*Desinit* (39): Quelli che copieranno questa divozione e la leggeranno, oppure la faranno leggere, giammai periranno e saranno liberi da tutte le tentazioni.

Fiorenzuola d'Arda 1893. Tip. Pennaroli.

### FOLIOLUM IX

Proscribitur etiam foliolum quoddam ex charta vel etiam ex lino confectum et diversis linguis exaratum, quod « Breve S. Antonii Patavini » appellatur, hisce ultimis temporibus late diffusum, in quo, post relatam oratiunculam ex Breviario Romano desumptam « Ecce Crucem ✠ Domini, fugite partes adversae. Vicit Leo de tribu Juda, Radix David, Alleluia ! Alleluia ! », haec leguntur:

ŷ. Sancte Antoni, magne Taumaturge (alibi: Daemonum effugator), ora pro nobis.

ꝛj. Ut digni efficiamur promissionibus Christi.

Oremus.

Ecclesiam tuam, Deus, Beati Antonii confessoris tui commemoratio votiva laetificet ut spiritualibus semper muniatur auxiliis et gaudiis perfrui mereatur aeternis. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

Firma tamen manente indulgentia centum dierum semel in die lucranda, concessa per Rescriptum huius S. Congregationis diei 21 Maii 1892 Christifidelibus recitantibus tantum antiphonam uti sequitur:

---

(38) Exemplar cuiusdam orationis epistolae, in sepulcro D. N. I. C. inventum, a Summo Pontifice atque ab Imperatoribus et Imperatricibus christianis in argentea arca asservatum.

(39) Illi qui precem hanc apud se scripto exaratam habebunt, vel illam legent aut etiam legere facient, nunquam peribunt, et ab omnibus tentationibus liberi erunt.

« Ecce Crucem Domini fugite partes adversae; vicit Leo de tribu Iuda, radix David. Alleluia ».

## X.

Demum proscribitur libellus cui titulus « Corona del Signore, sua origine, significazione ed indulgenze, ed alcuni metodi di recitarla con divozione e spirituale profitto. — *Faenza 1871, Ditta tipografica Pietro Conti (40)* » eo quod contineat plures apocryphas Indulgentias, nimirum pro Oratione « *Deus qui nobis in Sancta Sindone etc.* » et pro alia: *Dio ti salvi Santissima Maria, Madre di Dio, Regina del Cielo ecc.* » iam damnatas per Decretum « *Delatae saepius* » anni 1678 (n. 18); nec non pro sequentibus quae nunc reprobantur:

Innocenzo VIII concessa indulgentia Plenaria a chi recita la seguente (41):

*Incipit*: Il Ciel ti salvi o Vergine Sovrana.....

*Desinit* (42): Nel ciel la più sublime. Così sia.

*Sequitur etiam* (43): Clemente XIV concede l'indulgentia Plenaria a chi reciterà l'orazione seguente al Glorioso Patriarca S. Benedetto che ha rivelato alla Magna Badessa S. Geltrude di assistere nell' ora della morte, per opporsi potentemente agli assalti del nemico infernale, chi divotamente l'avrà ogni giorno ossequiato colla seguente:

(40) Domini corona, eius origo, significatio et indulgentiae, necnon nunnulae methodi ad illam cum devotione et fructu recitandam. — Faventiae 1871, Societas Tip. Petri Conti.

(41) Innocentius VIII plenariam Indulgentiam concessit, iis qui sequentem recitaverint orationem: Salvete Virgo Regina.

(42) In caelo sublimior. Amen.

(43) Clemens XIV indulgentiam plenariam concedit iis qui sequentem orationem ad S. Benedictum recitaverint, qui abatissae S. Gertrudi revelavit, in hora mortis praesto esse contra insidias diaboli, iis qui devote quotidie illum honoraverint recitando sequentem Orationem: S. Benedicte, pater mi dulcissime, rogo te ob dignitatem illam.

## PREGHIERA

S. Benedetto, mio caro Padre, vi prego per quella dignità . . . .

*Desinit vero:* Concede quaesumus nobis, ut cuius memoriam recolimus, eius in obitu nostro beata praesentia ab hostium muniamur insidiis. Per Christum etc.

Chi non sa leggere, potrà dire tre *Pater* ed *Ave* con l'intenzione predetta (44).

---

Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Datum Romae ex Secretaria eiusdem Sacrae Congregationis die 26 Maii 1898.

Fr. HIERONYMUS M. CARD. GOTTI, *Praefectus*.

L. ✠ S.

† ANTONIUS Archiep. Antinoen. *Secretarius*.

## E SUPREMA S. OFFICII CONGREGATIONE

## I.

Beatissimo Padre,

Il Vescovo N. N., prostrato ai piedi della S. V., rispettosamente espone quanto appresso:

Con decreto di Fer. IV 30 Gennaio 1867, confermato dall'altro di Fer. III loco IV 25 Maggio 1897 il S. Ufficio dichiarò: « Quoties agatur de matrimonio inter unam partem catholicam et alteram quae a fide ita defecit, ut alicui falsae religioni vel sectae sese adscripserit, requirendam esse consuetam et necessariam dispensationem cum solitis ac notis praescriptionibus et clausulis. Quod si agatur de matrimonio inter unam partem catholicam et alteram, quae fidem abiecit, at nulli falsae religioni vel haereticae sectae sese adscripsit, quando parochus nullo modo potest huiusmodi matrimonium impedire (ad quod totis viribus incumbere tenetur) et pruden-

---

(44) Qui artis legendi ignari sunt, 3 *Pater* et *Ave* iuxta praedictam intentionem recitare poterint.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



Posto ciò, chiede umilmente se la levatrice, quando prevede che il battesimo abbia a differirsi considerevolmente possa amministrarlo subito in acqua al neonato, benchè questi trovisi in buone condizioni di salute, anche ad insaputa di un o di entrambi i genitori tenendone solo avvisato il parroco? — Che ecc.

*Feria IV die 11 Ianuarii 1899*

In Congregatione Generali S. R. et U. Inquisitionis habita ab EE.mis et RR.mis DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Generalibus Inquisitoribus, proposito suprascripto dubio, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EE.mi et RK.mi Patres respondendum mandarunt:

*Urgendum ut Baptismus quam citius ministretur: tunc vero permitti poterit ut obstetrix illum conferat, quando periculum positive timeatur ne puer dilationis tempore sit moriturus.*

Feria vero VI, die 13 eiusdem mensis et anni, in solita audientia R. P. D. Adessori S. O. impertita, facta de his omnibus SS.mo D. N. Leoni Div. Prov. Pp. XIII relatione, SS.mus resolutionem EE.morum Patrum adprobavit.

I. Can. MANCINI S. N. et U. Inquis. Notarius.

---

IMPRIMATUR

P. Fr. Albertus Lepidi O. P.

S. P. A. Magister.

IMPRIMATUR

Franciscus Cassetta Patriarch. Antioch. Vicegerens.

---

Proprietas Literaria.

---

G.B. Agnolucci, gerente responsabile

---

Roma, Tip. F.lli Amoroso — Torretta Borghese 22-25.

Typis **Desclée Lefebvre & Soc.** prodierunt :

---

**Breviarium Romanum, 4 vol. in-16** ( $16 \times 9 \frac{1}{2}$ ) e vera charta sinensi, solidiori, ac ne leviter quidem pellucida. Nihilo tamen minus unumquodque Volumen mille ac centum constans paginis, crassitudine 18 ad 20 millimetra non excedit; imo seligatum tercentorum vim grammatum ponderis est. Scriptura tamen satis ampla visuque pulchra, ac studio sic impressa, ut minori quoad fieri potuit spatio concludatur. **Editio iuxta novissimas variationes et emendationes.** (1899) Venumdatur: solutum, Libell. 24; religatum (iuxta catalogum) n. 6, Libell. 38: n. 14, Libell. 42: n. 17, Libell. 56.

**Missale Romanum in-8** ( $24 \frac{1}{2} \times 15 \frac{1}{2}$ ). Hanc editionem commendat pariter characteres nisidi ac perpulchri, harmonica partium dispositio, gratg varietas, illustrationes elegantiores, levior charta, simulque solida etc. pro Cappellis privatis peculiariter concinnata est. (1899). Venumdatur: solut. Libell. 10: religat. (iuxta catalogum) n. 7, Lib. 16,50: n. 8, Lib. 18,50: n. 14, Lib. 21: n. 16, Lib. 27: n. 22, Lib. 46, 90.

**Horae diurnae Breviarii Romani ex Decreto SS. Concilii Tridentini restituti, S. Pii V Pont. Max. iussu editi, Clementis VIII, Urbani VIII, et Leonis XIII, auctoritate recogniti. Editio iuxta novissimas variationes et emendationes.** (1899) Solut. Lib. 5 — *Zigrino* religatum, foliis inauratis, Lib. 8,25.

**Breviarium Romanum, 4 vol. in-12** ( $17 \frac{1}{2} \times 10 \frac{1}{2}$ ). Editio valde utilis illis Sacerdotibus qui aliquo defectu in visu laborant; characteribus enim valde amplis impressa est, quin eius crassitudo incommodum afferat. Solutum: Lib. 28: *zigrino* religatum, foliis inauratis: Lib. 48.



Typis Desclée, Lefebvre & Soc. in lucem prodiit :

# Novum Missale Romanum

in-4 (33 × 23)

RUBEIS LIMITIBUS AC TRIBUS IMAGINIBUS *cromolitographicis*  
EXORNATUM

**Editio Romana**, caractere rubro et nigro absoluta, a S. Rituum Congregatione approbata, Academiae et Ephemeridum Liturgicarum cura et studio.—Solutum Lib. 20; religatum, uti aiunt, *in pegamoide*, cum impressionibus aliisque ornamentis (solidissima et elegans religatura) Lib. 28.50. *bazana* religatum, foliis flavi coloris, Lib. 30; foliis inauratis Lib. 34. — De laudibus huius novae editionis plura a nobis dicenda essent; sed cum aliquis nobis dici posset: laus ista tua interest, nos silebimus. Loquantur tamen pro nobis ferè omnes commentarii sive italici sive exteri, qui maximis laudibus editionem hanc prosecuti sunt; loquatur pro nobis ipsa S. Rituum Congregatio, quae speciali approbatione editionem hanc donavit. Illam referimus:

« Nova haec Missalis Romani editio, accuratissime redacta, editioni typicae et novissimis Rubricis et Decretis Sacrorum Rituum Congregationis plane conformis reperta est

In fidem etc.

Ex eadem Secretaria  
hac die 6 Martiis 1880

DIOMEDES PANICOLA

*S.R.C. Secretarius*



**Vox Urbis.** Has praeclarissimas Consociatis nostris Ephemerides enixe commendamus, quas viri undecumque spectatissimi nuper instituerunt Romae, ut Latii praestantissima lingua quam et liturgicam esse Ecclesiasticorum latet neminem reviviscat. Litteras et bonas artes scite commentantur. Bis in mense prodeunt. Consociationis annuae praesolvendum pretium: Libel. 10 : pro Italia : extra Italiam, 15 : M. 12 : Sch. 12 : Doll. 3 : Rubl. 6 : Flor. 7 1/2.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

Typis Desclée, Lefebvre & Soc. in lucem prodiit:

# Novum Missale Romanum

in-4 (33 × 23)

RUBEIS LIMITIBUS AC TRIBUS IMAGINIBUS *cromolitographicis*  
EXORNATUM

**EDITIO Romana**, caractere rubro et nigro absoluta, a S. Rituum Congregatione approbata, Academiae et Epemeridum Liturgicarum cura et studio.—Solutum Lib. 20; religatum, uti aiunt, *in pegamoide*, cum impressionibus aliisque ornamentis (solidissima et elegans religatura) Lib. 28.50; *bazana* religatum, foliis flavi coloris, Lib. 30; foliis inauratis, Lib. 34. — De laudibus huius novae editionis plura a nobis dicenda essent; sed cum nobis obiici posset: laus ista tua interest, nos silebimus. Loquantur tamen pro nobis fere omnia commentaria sive italica sive extera, quae maximis laudibus editionem hanc prosecuti sunt; loquatur pro nobis ipsa S. Rituum Congregatio, quae speciali adprobatione editionem hanc donavit. Illam referimus:

« Nova haec Missalis Romani editio, **accuratissime redacta**, editioni typicae et novissimis Rubricis et Decretis Sacrorum Rituum Congregationis plane conformis reperta est.

In fidem etc.

Ex eadem Secretaria.  
hac die 6 Martii 1899.



DIOMEDES PANICI

S. R. C. Secretarius

**Vox Urbis.** Has præclarissimas Consociatis nostris Epemerides enixe commendamus, quas viri undecumque spectatissimi nuper instituerunt Romae, ut Latii præstantissima lingua, quam et liturgicam esse Ecclesiasticorum latet neminem, reviviscat. Litteras et bonas artes scite commentantur. Bis in mense prodeunt. Consociationis annuae præsolvendum pretium: Libel. 10 pro Italia: extra Italiam, 15: M. 12: Sch. 12: Doll. 3: Rubl. 6: Flor. 7 1/2.

## S. RITUUM CONGREGATIO

---

### I.

#### ROMANA

Hodiernus Parochus Ecclesiae S. Catharinae a Rota de Urbe a Sacra Rituum Congregatione sequentis dubii solutionem humillime flagitavit, nimirum: An festum fixum prae mobili et magis proprium prae minus proprio, quae duo festa in concurrentia, ceteris paribus, praecedentia pollent iuxta Rubricas generales Breviarii Tit. X, n. 6, eadem gaudeant praecedentia etiam in concurrentia?

Et Sacra Rituum Congregatio, referente subscripto Secretario, audito etiam voto Commissionis Liturgicae, omnibusque accurate expensis, respondendum censuit:

*Negative.*

Atque ita rescripsit die 19 Maii 1899.

L. ✠ S.

C. Card. MAZZELLA, *Praef.*

D. PANICI, *Secret.*

### II.

#### CAURIEN

R. D. Vincentius Cosme, Sacerdos et Caeremoniarum Magister Ecclesiae Cathedralis Cau-

rien. de consensu sui Rmi. Ordinarii sequentium dubiorum solutionem a Sacra Rituum Congregatione humillime expostulavit, nimirum:

In Ecclesia Cathedrali Caurien. viget consuetudo persolvendi vespervas a Canonicis, cum cantu, etiam in duplicibus minoribus, semiduplicibus, simplicibus et feriis; quam consuetudinem, iuxta Decretum in *Derthonen.* d. d. 22 Maii 1841, ipsi servare tenentur; sed cum in praedictis vesperis Celebrans est paratus, altare thurificatur et per statutum speciale eiusdem Ecclesiae assistunt duo Beneficiati pluvialibus parati. Quaeritur:

I. An in vesperis ita persolvendis servandum sit Caeremoniale Episcoporum?

II. An attenta consuetudine, Celebrans possit manere in habitu choralis usque ad Capitulum, et tunc tantum assumere pluviale?

III. An praedicti pluvialistae assistere debeant Celebranti thurificationem altaris facienti?

IV. An si faciendae sunt commemorationes, persolvendae sint cum cantu propter uniformitatem?

Et Sacra eadem Congregatio ad relationem subscripti Secretarii, audito etiam voto Commissionis Liturgicae, omnibusque perpensis, rescribendum censuit:

Ad I. *Affirmative.*

Ad II. *Negative.*

Ad III. et IV. *Affirmative.*

Atque ita rescripsit die 19 Maii 1899.

C. Card. MAZZELLA *S. R. C. Praef.*

L. ☩ S. Diomedes Panici *Secretarius.*



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



in coemeterium omnes docent deferendum esse pedibus versus ulterius, si laicus fuerit defunctus; sin autem clericus, non omnes conveniunt. Aliqui auctores docent in hoc postremo casu cadaver esse deferendum pedibus retro, et huic opinioni favet praxis, in aliquibus locis servata, deferendi clericorum cadavera capite versus ulterius. Etiam textus Ritualis congruere videtur huic sententiae dum asserit: « presbyteri vero habeant caput versus altare: » tit. 6. cap. 1. n. 17. Quaeritur ergo, utrum tenenda sit haec sententia et praxis?

IV. In Rituali tit. 6. cap. 3. n. 1. legitur: « parrocho praecedente feretrum »: hoc non obstante, in civitate Gaditana viget consuetudo qua defunctus, si e clero cathedrali sit, defertur praecedens eum, qui officium sepulturae peragit, id est in medio eorum qui assistunt processioni. Estne toleranda haec consuetudo?

V. Quum Rituale dicat tit. 6. cap. 4. n. 4. « lectiones leguntur » tolerari potest consuetudo eas decantandi, praecipue vero si ita fiat a musicorum coetu, prout fit in Cathedrali Ecclesia Gaditana quoad primam et secundam lectionem?

Et sacra eadem Congregatio, referente subscripto Secretario, exquisito etiam voto Commissionis Liturgicae, attentis expositis, respondendum censuit:

Ad I. quod primam quaestionem: *Negative*; et quoad alteram: *Cruce Capitularis* quae est etiam *Cruce Ecclesiae Cathedralis*.

Ad II. *Affirmative*, dummodo calix adhibeatur qui Missae non inserviat.

Ad III. *Negative*, et cadaver cuiuscumque defuncti pedibus ulterius per viam deferatur: in Ecclesia autem quoad Sacerdotes servetur Rituale Romanum.

Ad IV. *Servetur Rituale Romanum.*

Ad V. *Affirmative.*

Atque ita rescripsit die 8 Iunii 1899.

C. Card. MAZZELLA S. R. C. Praef.

L. ✠ S.

D. Panici *Secretarius.*

IV,

#### GADITANA.

R. mus D. nus Iosephus Maria Rancés et Villaneuva Episcopus Gaditanus, Sacrae Rituum Congregationi, ea quae sequuntur pro opportuna declaratione reverenter exposuit, nimirum: Perantiqua est in civitate Gaditana Ecclesia, cui titulus Sanctae Crucis, quae dimidio decimertii saeculi a catholico sapientissimoque rege Alphonso X, fundata, ad annum usque millesimum octingentesimum trigesimum octavum Cathedralis simul et parochialis fuit, quo quidem tempore ad hodiernum et munificentissimum templum praedicto anno consecratum Capitulum translatum est, hoc tamen modo ut, licet antiquum templum septuaginta circiter passibus a novo distet, tamen ex tunc temporis tanquam



huius Sacrarium habitum fuerit, ad quod idem Capitulum quotannis processionaliter convenire consuevit, tum in Sabbato Sancto tum in Vigilia Pentecostes, impertiendi ergo benedictionem fontis baptismali. Anno autem millesimo octingentesimo septuagesimo sexto Antistes Gaditanus Fr. Felix Maria de Arriete et Slano, utriusque Ecclesiae bono valde interesse iudicans illas omnino disgregare, reapse eas seiunxit, variasque, quas maxime existimavit opportunas, tum Capitulo tum parochis conditiones imponens, praedictam consuetudinem fontem benedicendi baptismalem in Sabbato Sancto et Vigilia Pentecostes a Capitulo non modo non improbavit, quin potius tanquam laudabilem prosequendam statuit, prout usque nunc reipsa factum est.

Hinc R. mus Orator postulat :

« Utrum, attentis circumstantiis supra expositis, talis consuetudo benedicendi fontem baptismalem a Capitulo servari possit? »

Et sacra eadem congregatio, referente subscripto Secretario, omnibus in casu expensis, respondendum censuit: *Affirmative*, dummodo utriusque Ecclesiae unicus sit fons baptismalis.

Atque ita rescripsit. Die 8 Iunii 1899.

C. Card. MAZZELLA S. R. C. Praef.

L. ✠ S.

D. Panici *Secretarius*.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

thronum cedere possunt, ita Praesules Cardinales aliarum Dioecesium decet ut suum thronum non nisi aliis eadem Cardinalitia dignitate ornatis cedant. Die 9 Maii 1899.

Facta postmodum de his Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papae XIII, per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatione, Sanctitas sua Rescriptum Sacrae ipsius Congregationis ratum habuit et confirmavit, die 12 Iunii, eodem anno.

C. Card. MAZZELLA *Praef.*

L. ✠ S.

D. Panici *Secret.*

## VI.

### DECRETUM.

Instantibus aliquibus Parochis, Sacrorum Rituum Congregationi sequens dubium propositum fuit: « An pro paupere defuncto cuius familia impar est solvendi expensas Missae exequialis cum cantu, haec Missa legi possit sub iisdem clausulis et conditionibus, quibus praefata Missa cum cantu conceditur. Et Sacra Eadem Congregatio, exquisito voto Commissionis Liturgicae, omnibusque rite expensis, rescribendum censuit: *Affirmative*, seu permitti posse in casu Missam exequialem lectam, loco Missae cum cantu, dummodo in dominicis aliisque festis de praecepto non omittatur Missa officio diei currentis respondens. Die 9 Maii 1899.

Quibus omnibus Sanctissimo Domino Nostro Leoni Papae XIII per infrascriptum Cardinalem Sacrae Rituum Congregationi Praefectum relatis. Sanctitas Sua Rescriptum Sacrae ipsius Congregationis ratum habuit et confirmavit. Die 12 Iunii, eodem anno.

C. Card. MAZZELLA *Praef.*

I. ✠ S.

D. Panici *Secret.*

---

# ALLELUIA

---

## SPECIMEN

### **Biblicum, historicum, Liturgicum.**

(*Cont. vid. n. 6. pag. 395*)

Quamvis, si severius loquamur, extra provinciam nostram sit paschalis coenae minuta descriptio, nihilo tamen minus, ut ratio canendi *Hallel*, in his solemnioribus rerum adiunctis, melius intelligatur, non possumus quin obiter (1) illam in-

---

(1) Qui de hoc argumento accuratius edoceri desiderat, quemcumque consulere poterit tractatum archaeologiae hebraicae, superiusque citatum Edersheim, tam in opere cuius mentionem fecimus, *The Temple etc.* quam in alio, *The life and times of Jesus the Messiah* 2<sup>nd</sup> Vol. atque etiam scriptores plures *Vitae Christi*, cuius variae editiones abundant aetate nostra. Neque obliviscendus cl. Bickell, qui super hoc argumento disseruit in *Zeitschrift für katol. Theolog.* 1880, pag. 90-112, sub titulo: *Messe und Pascha*, dein separatim cusa, de quo censorio specimine nescio an iure nomi-

nuamus. Hoc enim velut actum transitus, si ita loqui fas sit, a iudaico ad christianum ritum constituit.

Christi aetate ritus paschalis coenae celebrandae pluribus iam mutationibus obnoxia fuerat; cum severis determinatisque praescriptionibus legis, successu temporis, addita quoque esset traditio. Ita, vini usus haud erat lege notatus, qui nihilominus, iuxta traditionem, severius praescriptus erat. In Talmud Ierosolymitano (1) minutiores leguntur ea de re praescriptiones, et in moralis scientiae quaestionibus, quas Rabini exhibent, omnes reperiuntur solutae difficultates, quae suboriri in usu poterant. Ipsi quoque pauperiores fas erat, quatuor saltem vini calices sibi providerent, etsi stipem emendicare, vel propriam vestem, imo et seipsos pro pignore debuissent tradere. In eo quaterni numeri ratio fusius etiam explicatur. Vinum rubri coloris esse oportebat, et aquae semper immixtum (2). Herbae insuper amarae habebant locum, quae bis in coena sumebantur: primum in aqua sale respersa, inde in quadam intingebantur embammatis specie, ex palmulis, uvis passis, aceto etc. instructa. Tria illo in ritu erant necessario exponenda, ex Gamalielis sententia (8): 1° Agnus paschalis: 2° panis azymus: 3° herbae amarae.

Initio hinc coenae adventante, paterfamilias aut conventus

---

natus Edersheim scribere valeat: « Though of course, most widely differing from what is an attempt to trace an analogy between the Ritual of the Romish mass and the Paschal Liturgy etc. (*Life and times ecc.* 2<sup>nd</sup> Vol. pag. 511, not. 1) ». Item in recentioribus Commentariis super evangelis, quantum satis erit ut aliquam sibi quis ideam de re efformet, nullo negotio reperies. Legas, ex. gr. Knabenbauer, Schanz et maxime Commentaria in *Matthaeum* Van Steenkiste.

(1) Pes. X, 1.

(2) Pes. X, 3.

(3) Pes. X, 15.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



igitur ei: *Halleluiah* ». Hic prima concinebatur pars *Hallel*, quam iuxta superius exposita constituebant psalmi 112 et 113 nostrae Vulgatae, usque ad verba: « Non nobis, Domine, etc. ». Hanc autem partem pauciora gratiarum actionis verba concludebant: « Benedictus es tu Jahve Deus noster, Rex orbis terrarum, qui ab Aegypto redemisti nos et Patres nostros ». Duo praefati psalmi, uti ex argumento quod tractant manifestum fit, aptiores esse non poterant. Sane, Dei magnitudo in primo recolitur, qui et nobis mirum in modum indulget, et eo usque descendit, ut egenorum suscipiat curam, qui lutulentes sunt, sterilique in solitudine ploranti laetitiam affert. Post explicationem herbarum a patrefamilias peractam, quibus Aegypti amaritudines significabantur, quid dicto hymno opportunius? Item quid magis altero hymno accommodatum, post agni paschalis azymique panis expositionem, qui discessus populi ab Aegypto memoriam agit, discessum, inquam, cui ipsamet favet natura, quae exultans describitur?

Interea convivae alterum hauriebant calicem: manus ritu, quem supra innuimus, abluebant; alterum ex panibus azymis frangebant, Deoque agebant gratias: postea amaras herbas et panem, quae prius in *Charoseth* hac vice intingebant, inter praesentes distribuebant. Postremo comedebant paschalem agnum; atque hac ratione finis imponebatur coenae, usque dum locum habuit sacrificium paschale, adeo ut agni paschalis esu absolveretur coena.

Postquam vero paschale sacrificium defecerat, Hebraei panis azymi parte actum explebant (1). Lotis manibus, *tertium* miscebant calicem, atque esu absoluto gratiarum actionem persolvebant. Tertium inde bibebant calicem, super eo specialem pronunciantes benedictionem. Ea propter scripta Rabino- rum illum appellant « calicem benedictionis » eadem ratione

---

(1) Nuncupatur *Aphikomen*, et aequo asseri iure potest, eam nostro *dessert* respondere.

qua Paulus eucharisticum calicem τὸ ποτήριον τῆς εὐλογίας nominat (*I. Corinth. X. 16.*): quem ritum vel maximae gravitatis iudicabant, uti ex tractatu talmudico *Beracoth* fas est arguere (51, 1). Quarto cum calice caeremonia perficiebatur, canebaturque altera pars *Hallel*, quae ex psalmis 115, 116, 117 et 118, ut superius vidimus, constituebatur.

(Continuab.)

PROF. IGNATIUS SALVATORI.



## QUAESTIONES ACADEMIAE LITURGICAE ROMANAE

**Circa** « ADDENDA ET VARIANDA » **in Rubricis.**

### VII.

#### De Hymnorum coniunctione.

Cum alicubi die 10 Februarii fiat de S. Scholastica Virg. sub ritu dup. maiori, sub eodemque ritu recolatur aliud festum die 12 eiusdem mensis, Ss. Fundatores die 11 sub ritu dup. min. recolendi, tam primis quam secundis Vesperis perpetuo carent. Hinc vehemens quaestio inter Alexandrum et Franciscum Rubricarum peritos. Primus enim defendit, iuxta reformatas Rubricas hymnum Vesperarum esse cum hymno Matutini coniungendum ad ipsum Matutinum. Alter vero id negat, cum praesumi nequeat intentio Ecclesiae, ut adeo prolixus hymnus, uti accideret si duo praefati essent coniungendi, quotannis recitetur,



esset enim contra consuetum morem. Insuper quando hymnus in primis Vesperis S. Ioannis Cantii cum altero de Laudibus est coniungendus, semper inter eosdem quaestio oritur super illius doxologia: an videlicet illa adhibenda sit, quae ad primum, an altera quae ad secundum hymnum pertinet. Cum autem inter se convenire non valeant, ad quemdam Caeremoniarum apostolicarum magistrum dederunt Epistolam, *sciscitantes*;

1. *Quid de hymnorum antiquitate in officiis liturgicis, et quinam eorum usus in utraque seu latina seu graeca Ecclesia?*

2. *Quid recens mutatae Rubricae praescribant super hymnorum coniunctione, quidque super eorum conclusione in casu coniunctionis?*

3. *Pro quo ex duobus disceptantibus ratio pugnet?*

## SOLUTIO.

**Ex Dissertatione Rev. Dom. Ioannis Antonietti Pont. Seminarii Pii alumni, habita in Ecclesia Presbyterorum Missionis prope Curiam Innocentianam, die 8 Mart. 1899; acta Epitome per R. mum Dom. Carolum Respighi ex Apostolicarum Caeremoniarum Magistris.**

I. Quid de hymnorum antiquitate in officiis liturgicis, et quinam eorum usus in utraque seu latina seu graeca Ecclesia?

Hymnus concentus est ad honorem divinitatis institutus (S. Aug. *Psal.* 72, *Psal.* 148; Beda: *Laus Dei metricè scripta*). Is una cum creatura rationali initio mundi ortus est.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

ac gutturales cantus, arabico more, convertuntur: iam Graecia in barbarorum potestate fere est: Bizantium Turcae minitantur: parum adhuc, lyrica variis sermonibus ac remotissimis a Bizantio nationibus peragratu-  
tura, suam formam prorsus amittet.

Interea latina Ecclesia iam antea novam poesim adoptaverat: atque ei, suae fidei spiritum infundens, ad nobiles sanctosque fines direxit. Hilarius autem exsul primigenios latino sermone hymnos cecinit; quamvis sua Pictaviensis Ecclesia in Liturgiam non recepisset.

Mediolani Ambrosius populum orthodoxiae nicenae cantum docet: qui sacra Nativitatis Domini nocte in Mediolanensi Basilica resonat: et hinc per totam Italiam, Galliamque simul propagatur. Ambrosius igitur, iure, latini hymni pater nuncupatus est, Dimetro iambico, quo S. Episcopus utebatur, suum nomen merito coniungitur (hic versus etiam Ambrosianus appellatur), atque Gelasius I P. M. non paucos sectatores habuit in ambrosianis carminibus scribendis; donec saeculi decimi secundi initio istorum collectio facta est.

Officium vero hos hymnos minime complectebatur, cum S. Benedictus, Basilii spiritu afflatus, eos in regulam, quomadmodum nostris etiam temporibus videre fas est, collegit. Iam antea Agathense Concilium (*Labbe*, IV, 1388) ad Matutinum nec non ad Vesperas recitari iusserat; eosque S. Cesarius ac S. Aurelianus (*P. L. LXVII, 1110. Cf. Boll. act. Sanct. Ed. Palmé II, p. 173*) in regulam recepere.

Quosque autem hymnos Concilium, Tournonibus habitum, libenter accepit, pro liturgica traditione Bracarense Patres reiecerunt; hi vero inane adversati sunt, cum nondum saeculo transacto, plenissime Concilio Toletano triumphum adepti sint.

Saeculo IX hymnarium statutum est: constat ex ambrosianis carminibus, quorum auctores ante saeculum sextum florere: dimetrus vero iambus nu-

merum tantummodo syllabarum plerumque observat; quin hiatum vel quantitatem sedulo prospiciat.

Politiori quidem forma indutus a Carolingis hymnus est. Prudentius enim atque Sedulius suas vires ad magis magisque exornandum impenderunt. Fortunatus etiam brevissimus, Episcopus Pictavii, iambicis ambrosianis conflatum *Vexilla* hymnario coniunxit, simul cum cantu triumphali romano: « *Pange, lingua, gloriosi praelium certaminis* ». Interea classici numeri, nondum antea experti, eduntur. Re quidem vera Paulus Diaconus S. Ioannis Baptistae nativitatem, safficis numeris, ac Virginis assumptionem alcaicis concelebrat.

Rabanus Maurus autem, ni fallor, asclepiadeis D. N. I. C. ascensionem glorificat. His temporibus procul dubio plerique referendi auctores sunt, qui his numeris hymnos metiti sunt. Nec mirum quod ad eandem tempestatem rudes (quamquam nobiles) dedicationis hymni (*Urbs beata Ierusalem, dicta pacis visio*), ac Apostolorum Petri et Pauli festivitatis (*Aurea luce et decore roseo*) pertineant: quamvis non desint qui (sine ulla auctoritate) Elpidi, Boetii uxori, tribuant.

Hoc usque ad saeculum IX monachorum opus. Quid interea Ecclesia? Quae nobis historia documenta tradidit, iudicium certe proferre non sinunt. Hoc certe evidens est: quod Amalarius, Micrologus, Ordines romani authentici Benedicti ac Cencii, nullum hymnum commemorant. Immo potius saeculo XII S. Petri antiphonarium non de alio nisi de duobus, ad Completorium ac Tertiam hymnis, mentionem facit.

Sed horum auctorum sermo est de officio, quo romanus Clerus utebatur, an de aliquo ad quamdam Basilicam peculiarem spectante? Atque hymnorum deficientia in qua collectione sufficiens argumentum est, ut hos non existere argui possit?

Haud facile est indubium responsum dare: atque

adeo magis, quod tempore, de quo quaestio est, romanae basilicae ex magna parte a monachis officiantur: qui absque dubio hymnarium et possidebant et hymnos certissime colebant. Illud enim evidentissimum est, quod saeculo XII hymnarium iam ad quamdam celsitudinem pervenerat, ex qua nemo revocabit.

Postea ad hymnodiam meliorem reddendam opera data est.

Saeculo XV, cum humanistae maiori alacritate ad classica studia se dederunt, *iuxta veram metri et latinitatis normam* novos hymnos excogitare experti sunt. Ferrerius quidem carmina tum ex metri regulis, tum ex idiomatis legibus, expolita edidit: sed a vera liturgica traditione prorsus aliena. Gloriam tamen, quam inde ipse sperabat, Urbis memorabilis depopulatio perdidit.

Nova ab Urbano VIII instauratio coepta est, sed aliis principiis informata: in pristinum nempe revocare veram lectionem, si haec forte correctior esset; carmina ad grammaticae prosodiaeque praecepta, quantum fieri possit, informare: secus, iterum componere, quin tamen illorum conceptus immutetur.

Hoc opus diligenter a quatuor Societatis Iesu patribus absolutum est: qui sunt P. Strada, P. Galluzzi, P. Sarbiewski ac P. Petrucci.

Quem fructum ex his emendationibus Ecclesia collegit? Magnum, si PP. Iusto, Arevolo, ac Raynaud eiusdem Societatis credamus. Nullum vero, si plerisque censoribus fidem tribuamus. Iuxta enim horum sententiam (*Chevalier, op. cit. p. XLIX, et seqq.*) reformatores vetustatis christianae operam manifeste deturparunt, cum metricae legis praecepta nullo pacto cognoscerent. Praeterea iidem (iudicio *Pimaut, op. cit. c. III pag. 80-92*) sensum mysticum sub literali involutum posthabuerunt; ita ut facile de eis dici possit « *accessit latinitas, recessit pietas* ».



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



Hoc in casu quae proprius aptatur, eligatur, aut ultima absolute, si neutra definiri nequeat: aptior enim praesumitur ad conclusionem, tum quia sic ipse ordo, tum quia commoditas requirere videatur.

III. Pro quo ex duobus disceptantibus ratio pugnet?

Evidens Rubrica: « hymni Vesperarum coniunguntur cum hymno Matutini sub unica conclusione ». Non video quomodo captiose argumentari possit.

Quomodo tamen argui potest, Ecclesiam praecipere ut hymnus tam longus quotannis recitetur? Sic dissidentes.

Sed in primis dico, haud raro occurrit ut hymni fines ordinarios praetergrediantur: ut, exempli gratia, in officiis recentioribus. Secundo autem notissimum est cum ad Matutinum commemoratio occurrat cuiusdam Sancti, de quo lectiones propriae habeantur: tres prolixas historicas lectiones recitandas, et hoc facile occurrit in festis Sanctorum recentissime approbatis. Attamen hoc in casu, nulla ne Ecclesiae intentio est?

Unde autem haec intentio praesumitur? Num Rubricae tegunt eam, loco declarandi?

Quocumque igitur aspiciam, non video cur SS. Fundatorum hymni coniungi in casu nostro non debeant.

Quoad vero conclusionem hymnorum, una coniunctorum in festo S. Ioannis Cantii, postremam recitandam esse censeo, tum quia prior, tum quia ordinem sequitur.

Sic itaque, meo iudicio, duorum Caeremoniarum magistrorum epistolae respondendum esse videtur.



## DUBIORUM LITURGICORUM SOLUTIO



I. *Parisiis*. De concursu inter octavam diem Dedicationis Ecclesiae propriae, et Ss. Apostolorum Petri et Pauli. Die 18 Nov. occurrit dies octava Dedicationis Ecclesiae propriae, et die seq. 19 est Dedicationis Basilicarum Ss. Apostolorum Petri et Pauli: quomodo Vesperae ordinandae?

*Resp.* Prudens ratio dubitandi, quam et notat adm. Rev. Consulens, est, quia Rubrica dicit: « Concurrente vero (*die octava*) cum sequenti duplici maiori.... fit de sequenti cum commemoratione octavae: excepta die octava Epiphaniae.... *aliisque festis primariis Domini*, in quibus de sequenti fit tantum commemoratio ». At in casu nostro habemus festum sequens, quod etiam Domini est atque primarium iuxta Catalogum festorum. Sed réponimus, id nihil officere observantiae perfectae iam relatae Rubricae. Lex enim generalis fert, ut dies octava concurrens cum sequenti duplici maiori, huic integras cedat Vesperas. Haec autem generalis lex hanc exceptionem habet pro octavis festorum Domini, quae primaria sunt, ut Vesperas non cedant sequenti duplici maiori, sed sibi integras vindicent, cum sola commemoratione sequentis: quod profecto privilegium esse, nemo non videt. Quid ergo interest, si festum sequens, quod dup. maius est, sit etiam Domini et primarium? Num privilegium Rubrica limitat pro solis diebus octavis festorum primariorum Domini, quae concurrunt cum aliis sequentibus duplicibus maioribus, quae non sunt eiusdem Domini? Non credimus, cum generalissimum sit, proindeque sequens duplex maius, sive ad Sanctos, sive ad Deiparam, sive ad ipsum Dominum pertineat,



vi sua non destituitur. Praeterea dictum privilegium afficit tantum festa Domini, quae octava gaudent, haud alia eiusdem Domini festa, quae octava non gaudent. Nul- lum ergo peculiare privilegium possidet Dedicatio Basili- carum Ss. Apostolorum Petri et Pauli, quamvis sit festum Domini et primarium, quia duplex maius tantummodo est. Non ergo ratio suppetit ex qua diei octavae festi primarii Domini privilegiati praeferri debeat in concursu. Remanet proinde ut etiam Dedicatio Basilicarum Ss. Petri et Pauli, duplex maius primarium ad Dominum pertinens, recensenden- dum sit in eodem ordine aliorum duplicium maiorum, de quibus Rubrica iubet, sola gaudere commemoratione, quan- do concurrunt in suis primis Vesperis cum secundis ali- cuius diei octavae festorum Domini primariorum, octavam habentium. Hinc, concurrentibus secundis Vesperis diei octavae Dedicacionis Ecclesiae propriae cum primis Dedi- cacionis Basilicarum Ss. Petri et Pauli, Vesperae sequenti ratione ordinandae erunt: In secundis Vesperis com. se- quentis. Ita, ut alibi diximus (*V. n. 5 vertentis anni, pag. 170, Dub. V.*), salvo meliori iudicio.

II. *Ex Austria. De Rubrica super occursum festi Sep- tem Dolorum non integre applicanda in concursu.* Rubri- ca Breviarii circa festum Septem Dolorum, mense Septem- bri celebrandum, dicit: dictum festum impeditum *ob oc- cursum alterius festi* dup. I vel. II cl. alicuius diei octa- vae vel duplicis maioris *primarii, vel potioris dignitatis, transferendum esse in proximio- rem sequentem Dominicam simili modo non impeditam.* Id ne quoque servandum in concursu ?

*Resp.* Sub distinctione : Id servandum in concursu, quando Rubrica concurrentiae convenit cum Rubrica oc- currentiae, *concedo*: quando utraque Rubrica non convenit, *nego*. Leges occurrentiae et concurrentiae in pluribus con- veniunt, sed nequaquam in omnibus ut alibi exposuimus.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

festo Sept. Dolorum eiusdem, non esse praeferendam, sed integras Vesperas esse de sequenti sine com. praecedentis. Quia hic habetur concursus inter duo festa, ex quibus dies octava Deiparae ad festum primum pertinet quidem, at non gaudet privilegio praelationis contra dup. mai. quamvis secundarium, sed tantum contra dup. minus iuxta Rubricas, sive secundarium sive primum.

III. *E Derthona. De commemoratione praecedentis S. Pauli die 30 Iunii, concurrentis cum Pretiosissimo Sanguine.* S. R. Cong. in Urgellen. 20. Apr. 1888 ad Dub. IV. « An in 2 Vesp. Commemorationis S. Pauli Ap. in concurrentia cum Officio Pretiosissimi Sanguinis D. N. I. C. fieri debeat Commemoratio Ss. Petri et Pauli, per Antiph. communem *Petrus Apostolus* etc. ? » respondit: « Detur Decretum in Meliten. diei 24 Martii 1860. » Sed res adhuc dubia: Decretum enim in Meliten expunctum fuit in nova Collectione Decretorum S. R. Cong. hinc quaeritur: Commemoratio de qua in casu eritne, iuxta Rub. General., de praecedenti Officio S. Pauli per Antiph. ex 2 Vesp. *Sancte Paule, ŷ. Tu es vas* etc. cum comm. S. Petri, Antiph. *Tu es Pastor* etc. an de Octava dict. Ss. Ap. per Antiph. de infra Oct. *Petrus Apost. ŷ. Constitues* etc., quae Comm. Oct. item iuxta Rubr. General, esset omittenda (extra Romam.) in 1. Vesp. Festi Dupl. 2 cl. ? Qua ratione fieret de dict. Ss. Ap. *seivinctim* in 2. Vesp. si locum haberent: *coniunctim* vero in Comm. quae locum tenet 2 Vesp. et est pars seu complementum Officii S. Pauli ? Extat ne peculiaris Rubrica in casu ?

*Resp.* Decreta duo, de quibus agitur in proposito dubio, in novissima Collectione non sunt inserta: hoc certum est. Certum quoque est antiquiorem Rubricam, postquam praescripserat antiphonas, in secundis Vesperis S. Pauli, de Comuni dicendas, habuisse verba: « In fine pro com. Apostolorum Antiphona *Petrus Apostolus et Paulus* etc. »

Sed haec quoque Rubrica mutata fuit; quia, evector festo S. Pauli Ap. ad duplicem maiorem ritum, locum amplius habere non poterat. Eiusmodi enim Rubrica supposebat dictum festum concurrere semper cum die octava S. Ioannis, quae, duplici minoris festi praecedentis attento ritu, Vesperas dividebat. Possibilem vero concursum cum festo SS.mi Corporis Christi dicta Rubrica non spectabat. Successu vero temporis Dominica I Iulii selecta fuit pro festo dupl. II. cl. Pretiosissimi Sanguinis, quod cum S. Paulo optime concurrere potest: item et festum institutum novum Sacratissimi Cordis Iesu, quod recentius ad ritum duplicem I classis evectorum est, quod etiam cum festo S. Pauli potest habere concursum. Ultimo denique, per emendatas Rubricas statutum est; commemorationes festorum concurrentium, uptote primi gradus quia ad officium pertinentes, semper praecedentiam habere super alias commemorationes alterius gradus, ea tamen excepta, quae ratione concomitantiae locum habet.

Rebus sic se habentibus in praesenti, rationabilis quaestio suboriri potest, an antiquae Rubricae adhuc standum sit, quae praescribebat commemorationem S. Pauli tanquam praecedentis, quando facienda est, per commemorationem communem faciendam, an potius per propriam. Cui quaestioni ut pro modulo nostro respondeamus, animadvertere fas est, commemorationem praecedentis non esse de infra octavam, et ab hac satis discriminari. Etenim illa, in casu, semper facienda est, unico excepto casu sequentis festi concurrentis, quod duplex I cl. sit: dum istam, duplici quoque II classis concurrente, omittendam Rubricae docent. Porro, admissio concursu sequentis festi Pretiosissimi Sanguinis, qui saepe comprobatur, inquiri posset: Facienda ne com. praecedentis, an potius omittenda? Si faciendam respondeas, quia est praecedentis, opponi posset quod sit etiam de infra octavam, quae locum habere non debet:

secus ut quid commemoratio respiceret S. Petrum? Si reponas esse omittendam, quia potius de infra octavam est, quam de praecedenti, subiungi potest, commemorationem de praecedenti, pro qua stat dicta com., in duplici II cl. omitti non posse iuxta Rubricas. Nonne ergo consultius videtur, alteram ab altera separare, ut alterutra vel utraque fiat tantum quando facienda est? Optime proinde com. coniuncta procederet, si nil de praecedenti esset agendum, sed tantum de infra octavam; at aliquid apparet inordinatum in illa, quando de praecedenti agendum est, et non de infra octavam.

Imo aliqua esset quoque inordinatio, si tam de praecedenti foret agendum, quam de infra octavam. Quia com. S. Pauli est de praec. seu com. primi gradus, com. vero de infra octavam est secundi gradus, cum non pertineat ad officium concurrens. Ergo, agendo commemorationem unam communem, et pro praecedente et pro infra octavam, fit confusio quaedam duarum commemorationum diversi gradus, ut ordo requisitus a Rubricis non servetur. Ordo videlicet, de quo Rubricae emendatae, iuxta quas commemoratio officiorum concurrentium praecedere debet semper commemorationes alias, quae ad officium non pertinent.

Denique, optime adm. Rev. consulens advertit, non intelligi, quare si integrae faciendae sint Vesperae de S. Paulo, una habetur specialis com. pro illo, altera specialis pro S. Petro: si autem Vesperae de S. Paulo non habeantur, aut tantum usque ad Capitulum, tunc una pro ambo- bus com. communis dicenda sit. Haec enim com. licet communis, indubie locum tenet Vesperarum, et est pars seu complementum officii.

Eapropter arbitramur, satis esse consultius unam semper tenere regulam, ex qua suum ordinem servet com. officii concurrentis, suumque servet com. de infra octa-



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



Rev. Consulenti animadversiones, ex quibus legitimam inferemus conclusionem, quae responsum constituit.

1. Benedictio papalis, seu apostolica, de qua agitur, differt ab ea, quam Episcopus impertit, finito sermone, si sit habendus, infra Missam; in hac enim datur Indulgentia partialis, in illa vero indulgentia plenaria. 2. Benedictio, de qua agimus, est apostolica, quatenus non eam dat Episcopus nomine suo, sed Pontificis: e contra, aliam suo nomine dat Episcopus, uti talis. 3. Caeremoniale Episcoporum, si a benedictione abstrahas in fine Missae, de benedictione loquitur tantum, quae post sermonem datur; sed de benedictione apostolica penitus silet. Nec sine iure; episcopalis enim est de iure Episcopi, saltem Ordinarii; sed apostolicam dant Episcopi ex speciali privilegio, ut in ipsa dubii expositione dicitur. 4. Tempus, quo danda est benedictio apostolica, diversum est ab illo, quo impartitur episcopalis; illa enim post expletam Missam est imperianda, haec vero nonnisi post sermonem infra Missam impartiri debet. 5. Sermo, seu homilia haberi potest, quandoque debet ab Episcopo; sed alius quoque esse potest concionator, quo in casu Episcopus benedictionem suam impertit vel pluviali vel cappa indutus. Benedictionem vero apostolicam, nonnisi cum indumentis omnibus pontificalibus dare potest Episcopus (1). 6. Benedictio episcopalis datur post publicatam indulgentiam: Benedictio apostolica datur ante Indulgentiae publicationem, cum nihilominus, si haec detur, illa omittenda sit. 7. Denique ipsa forma benedictionis Apostolicae, quod Indul-

---

(1) Corrigendus De Herdt, docens hanc benedictionem esse dandam ab Episcopo, pluviali super indumentis aliis pontificalibus induto (*Prax. Pontif. Lib. 1, n. 210 2*); quia Decretum relative recens (*Neapolitana, 23 Febr. 1884 n. 3605 (5907) ad IX*) oppositum declarat.

gentiae elargitionem attinet; nil communis habet cum forma Episcopalis benedictionis: hoc non indiget demonstratione, sed satis est lectori, utramque percurrere formam. Hinc cl. Melata gravibus momentis fretus docet, non solum benedictionem hanc papalem ab omnibus aliis speciebus benedictionum discriminari, sed inter eas substantiale discrimen intercedere. Ratio est, quia Episcopus, in casu nostro, non solum agit ex potestate sibi commissa, sed etiam in persona, ac vice eius, qui ei potestatem commisit, vel ita ut agat tantummodo ex potestate sibi commissa, quin delegantis personam gerat. Hinc prosequitur: « Iam vero haec differentia, ut patet, non est mere accidentalis, sed substantialis, et actio quae priori modo ponitur, licet physice sit delegati, tamen moraliter ut actio delegantis habetur (*Tract. de bened. papali, pag. 75-76*) ». Nonne ex dictis argui posset, cum altera ab altera toto caelo benedictio differat, licitum non esse ea quae sunt propria unius in altera benedictione adhibere? Revera, altera ad Caeremoniale pertinet Episcoporum, in quo prostat: altera ad Pontificale, editionibus saltem recentioribus in mente habitis; et quo iure pars, quae in benedictione Caeremonialis habetur, adhiberi posset in benedictione apostolica, cuius partes adhibendas omnes singulasque tradit Pontificale, prorsus non videmus.

Ceterum, qua de causa, quae in *Confiteor* pars consistit, benedictionis Episcoporum propriae, ad aliam Pontificis propriam benedictionem transfertur? Dices ne necessariam dictam partem? Sed iniuriam facis Codici, qui necessariam partem in tanta benedictione omisisset. Dices ne utilem, quamvis non necessariam? Sed supponi non potest, immo ritus et forma cuiusvis Sacramentalis supponenda omnino sunt in proprio genere perfecta, secus iniuriae aliquid in ipsum legislatorem redundaret. Si enim ea utilis esset, quaeri merito posset, quare eam legislator



in codice ponere neglexit? Sed dices fortasse inutilem, cum tamen utile per inutile non vitietur. Hoc dare possemus *per se*, sed concedere *per accidens* nequimus; quia formulis liturgicis, ut iam innuimus, nihil est addendum, sicuti neque demendum, aut immutandum, recitari enim de iure debent prouti iacent.

Sed penitius rem in seipsa consideremus. Uti iam praemonuimus, benedictio apostolica nomine Pontificis impertitur, non nomine ipsius Episcopi. Hinc legitur: « **Attentis facultatibus a Sanctissimo in Christo Patre et Domino Nostro, Domino N. divina providentia Papa N..... Dominatio sua Reverendissima, Summi Pontificis nomine, dat et concedit... Indulgentiam plenariam etc. etc.** ». Ergo haec benedictio, cui plenaria Indulgentia est adnexa, eadem est ac benedictio pontificalis, seu apostolica, quam Summus Pontifex concedit, cuius plenitudo potestatis in casu in ipsum Episcopum transfunditur, agit enim **Summi Pontificis nomine**. Atqui in benedictione Summi Pontificis pars *Confiteor* non habet locum; ergo neque habere locum debet *Confiteor* in benedictione apostolica, quam Episcopus ex pontificali potestate impertit. *Minor* probatione non eget; sed reminisci sit satis feliciora illa tempora, quae catholicis omnibus in votis sunt, quando Supremus Ecclesiae princeps e vaticano perystilio manus extollens ad aethera, oculisque versis in caelum, divinam implorabat, pieque, diceret, extorquebat, benedictionem e sinu caelestis Patris, quam effuso corde filiis suis ingenti agmine in subiacente planitie amplissima coacervatis impertiebat. Id pluries perspeximus oculis nostris, quos et nonnunquam irrigabant lacrymae; at *Confiteor* nullus erat locus. Ergo neque eidem *Confiteor* locus esse debet in benedictione, de qua agimus, quippe quae eadem ac illa est.

Praeterea, si perpendamus varias formas, quibus papalis benedictio solet impertiri, ad eandem conclusionem



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

tiam impertisset, quod nefas est. Ex omnibus inferimus conclusionem, *Confiteor* in casu non esse dicendum.

II. Quid autem de consuetudine vigenti? Consuetudo huiusmodi est facti, seu usus repetitionis *Confiteor* in benedictione apostolica. Haec autem non est praeter legem, quia haec reperitur in casibus tantum, qui lege non sunt decisi. Cum vero certum sit, formulas uti iacent esse dicendas, iam patet, omissionem *Confiteor* in lege contineri, quippe quae *Confiteor* non habet. Sed neque est secundum legem, utpote quae praeeistentem legem supponit, vel interpretatur ut ambiguam. Non supponit legem, et patet: non interpretatur; quia nulla est ambiguitas, imò perfecta claritas, sive quia nil clarius quam principium, vi cuius formulis ritualibus nil est addendum, demendum aut in illis mutandum: sive quia formula benedictionis apostolicae *clarior* esse non potest, quod attinet confessionem quam non habet. Manet ergo, ut sit contra legem.

Iam nunc credimus, ex expositis in prima responsione, eam non esse rationabilem, etsi iam per aliquod tempus (quantum nescimus) vigeat, consequenter abrogandam. 1. Adversatur enim uniformitati aliarum Ecclesiarum, in quibus *Confiteor*, cum in praescripta formula non adsit, semper omittitur. 2. Adversatur supremæ auctoritati et sapientiae Pontificis, ex qua, dicta formula uti prostat in codice praescribitur, cum tamen illi addatur *Confiteor*, quasi imperfecta esset, et aliqua perfectione indigeret, quod in Pontificis iniuriam redundat. 3. Benedictionis apostolicae excellentiam imminuit; cum enim eadem sit ac quae a Pontifice impertitur, in qua locum *Confiteor* non habet, aliis assimilatur, quae ab aliis impertiuntur ex delegatione, et in quibus *Confiteor* ut plurimum praescriptum est. 4. Arbitrium hominum privatorum sapit, nisi fortasse et eorum insipientiam. Arbitrium, quia quod Ecclesia in formula non posuit, nonnisi ex arbitrio addi potest: et

fortasse insipientiam, quia *Confiteor* additio in casu nec necessaria nec utilis appellari potest, ut in prima responsione diximus. 5. Denique ex dictis sequitur, dictam consuetudinem non esse laudabilem, consequenter satis esse consultius ut *Confiteor* amplius in posterum non dicatur, sed adhibeatur formula integra dictae benedictionis, uti prostat in Pontificali Romano.

V. *E Rucupis in Anglia. De cantu Confiteor in Missis solemnibus.* Utrum *Confiteor* ante distributione SS. Eucharistiae in Missis pontificalibus et solemnibus recitandum an cantandum sit? Et quatenus affirmative quoad secundam partem, est ne hoc intelligendum etiam de Missis de requie?

*Resp.* 1. Rationem dubitandi prorsus non videmus. Communio namque, tam ministrorum sacrorum, quam cleri et populi, in Missis solemnibus, ad primaeva Ecclesiae saecula indubie ascendit. Hinc et cantus confessionis adventus, ut *Confiteor* inter partes Missae cantabiles sine controversia recenseatur. Aliunde satis id per se congruit, cum confessio ab omnibus communicandis sit facienda, et ratione gravitatis, quam habet, temporum peculiariter adiunctis spectatis, merito a sacro ministro pro omnibus communicandis, quorum nomine agit, solemniter canitur.

Sed ab his abstrahentes, deveniamus ad ius positivum. Caeremoniale Episcoporum agit de communionem agenda, specialiter in festo resurrectionis, et feria V in coena Domini, et in utroque loco explicita verba facit de cantu *Confiteor*: « Diaconus stans in cornu Epistolae versus Celebrantem aliquantulum inclinatus, ac manibus iunctis, cantabit confessionem in tono et notis consuetis (*Lib. II, Cap. XXIX, n. 3*) » Hoc in die sancto Paschae; et feria V in coena Domini de communionem pariter agens, ad praefatum locum lectorem remittit, in quo res fusius explicatur. Sed ne occasio fortasse detur iudicandi, confessionem

esse tantum in duobus festis praedictis canendam, in aliis vero recitandam, idem Codex appositum exhibet caput, quod est IX Libri I, in quo peculiariter agit *de officio Diaconi in Missa solemni, quae ab Episcopo celebratur*. In eo autem docemur, *Confiteor* lege generali canendum semper, si habeatur communio. En eius testualia verba: « Si facienda erit communio generalis, postquam Episcopus celebrans, se et Diaconum et Subdiaconum communicaverit... ipse Diaconus, stans in cornu Epistolae inclinatus, **Confessionem alta voce cantabit** (n. 6). » Hoc autem iteratur Capite VIII, Libri II, in quo agitur in genere de Missa pontificali, cum in n. 82 scriptum sit: « Quod si in huiusmodi Missa esset facienda communio generalis, vel particularis aliquorum, observabuntur ea, quae in cap. *XXIX* huius Libri II, § III, de Missa solemni in die Paschae, Episcopo celebrante, dicuntur. » Ergo in omnibus Missis Pontificalibus, quae saltem non sunt de requie, *Confiteor*, si facienda sit communio generalis, aut particularis, indubia ex lege canendum est.

Sed nec dubitandum credimus *Confiteor* cantum debere pariter habere locum quando, non de pontificali, sed tantum de solemni Missa agitur, in qua etiam fiat communio. Constat namque ex eadem lege Caeremonialis Episcoporum; cum capite XXX, Lib. II, n. 4 de ordine agens *Celebrandi Missam in die Paschae, Episcopo absente, in Cathedralibus vel in Collegiatis*, aperte dicat: « Postquam Celebrans Sanguinem sumpserit... dicta *Confessione* per Diaconum ut in *Capite praecedenti*, communicabit etc. ». Difficultatem quandam posset facere verbum *dicta*: ut concludere quis posset; *Confiteor* ergo recitandum esse quidem, non vero canendum; sed verba sequentia, *ut in capite praecedenti*, illam difficultatem omnino solvunt. Hinc verbum *dicta* idem simplicius exprimit, quod prius per verbum *canere* codex in praecedenti capite significaverat. Expositis



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



bent, et simul incommodo satis provideri per expeditiorem modulationum executionem, ut superius dictum est.

Quaedam etiam difficultas oriri posset ex communione, quae in Missis de requie generaliter haberi non solet. Sed reponimus, posito quod communio locum habeat, *Confiteor* certe omitti non posse. Si ergo omitti non potest, illud canendum est, sicut aliae partes quae ad cantum pertinent.

---

## BREVIORA RESPONSA

I. *Pro Parisiis*. Rubrica dicens : « Si festum S. Silvestri venerit in Dominica , agitur de festo cum com. Dom. in I Vesperis et Laud. ante com. omnium octavarum » , ita est intelligenda , ut nil contineat contra praecedentiam commemorationum officiorum concurrentium super aliis non concurrentibus. Ibi enim innuit generalem legem, vi cuius com. Dominicae, de qua fit ad instar simplicis, praeferenda est commemorationibus omnium octavarum, si de his pariter ritu simplici faciendum sit. Abstrahit tamen a com. diei infra octavam concurrentis, quae ipsi Dominicae praeferenda est. Quod autem innuat Rubrica praefatam legem generalem nihilque aliud, patet ex eo quod non tantum de praecedentia Dominicae *in Vesperis* super octavis verba faciat, sed etiam *in Laudibus*. Occurrente itaque S. Silvestro in Dominica, Vesperae a Capitulo erunt de festo, cum prima com. in I Vesperis, diei infra octavam, de qua actum est, secunda Dominicae, deinde aliarum octavarum. Dicit etiam optime potest cum adm. Rev. Consulente, Rubricam respicere festum S. Silvestri in seipso,

et abstrahere a qualitate praecedentis officii, cum non detur ratio derogandi generali principio.

II. *Pro Galliis.* Ratio recitandi Vesperas ante meridiem, tempore Quadragesimae, ab antiquitate est repetenda, in qua ieiunium solvi nequibat, nisi quando sol ad occasum vergebat: ut qui aliter se gerebant, non ieiunare dicerentur. Eiusmodi antiquitatis vestigium constituit nostra consuetudo, quae pro choris non est privilegium, quod a lege eximit, sed est lex quae obligat. Lex ista autem, quae choros obligat, non tangit personas singulas officium privatim recitantes, quae tamen laudabiliter legi communi se conformabunt. Cum vero praefata anticipatio ex lege ieiunii derivet, quae universalis est, satis abunde patet, eam non dependere ab hac vel illa persona quae ieiunat, sed ab ipso ieiunio, cui *per se* tenentur omnes, qui vicesimum primum aetatis annum expleverunt, quamvis *per accidens* ab illo dispensari possint. Ex quo facile inferes, omnes et singulos de clero, sive saeculari sive -regulari, choro addictos, ieiunent, vel non, ad Vesperas anticipandas teneri: reliquos vero, choro non addictos, ieiunent pariter, vel non, ad Vesperas anticipandas non teneri.

III. *Pro eod. loco.* Quid nobis dicendum super *asterisco* in antiphonis tam Matutini quam Laudum officii Apparitionis B. M. V. Imm. die 11 Febr. prorsus nescimus: illum enim esse fere semper contra consuetas normas situm, nemo non videt. Sane antiphona secunda ad Laudes habet: « Mulier amicta sole et luna sub pedibus eius. et in capite eius corona stellarum duodecim »; habetque asteriscum post verba, *sub pedibus eius*. Antiphona quarta legit: « Benedicta es tu, Virgo Maria, a Domino Deo excelso, prae omnibus mulieribus super terram »; ponitque asteriscum post verbum, *excelso*. Idem dicas ut plurimum de aliis. Quid significet, nescimus; sed arbitramur esse



editionis imperfectiones, quas profecto emendatione indigere credimus. Haec fortasse ratio est, ob quam eiusmodi signa, quae in editionibus authenticis Ratisbonae cussis 1895 apparebant, in novissimis Tornaci cussis 1898, omissa prorsus fuerunt, exceptis Laudibus, quarum antiphonae asteriscum notant. Profecto minus malum est signum aliquod omittere, quam illud ponere inordinate. Quidquid sit, iudicamus dictum asteriscum, ut plurimum extra locum suum positum, non esse in praeintonatione antiphonarum sequendum, sive quia extra consuetudinem positum, sive quia praeintonans gravaretur nimis, et maiorem ipse partem intonaret, quam modulari cantores deberent: quod satis grave incommodum est. Idem dicas de antiphonam incipiente sine cantu in recitatione choralis; minus est enim, sed inconveniens vitandum. Ii proinde, quorum interest, convenient antea, et meliori qua possunt ratione se gerant in actu functionis.

IV. *Pro eod. loco.* Sacerdos, aspersione peracta aquae benedictae, et rediens post sacras pro Missa indutas vestes ad altare, sufficit ut super infimo gradu altaris genuflectat, et non in plano. Ita credimus; quia aspersionem non supponit Rubrica Missalis, quae in plano genuflectendum dicit; et aliunde in aspersionis functione iam Sacerdos in plano genuflexit, quae moraliter cum Missa coniungitur, quam immediate sequitur.

V. *Pro eod. loco.* Decretum 5711 ad V, prout in novissima Collectione legitur (1), de consuetudine servanda super salutatione Celebrantis se discooperientis, ministris sacris reddenda, non continet mendum, sed eiusmodi revera dedit S. R. C. responsum, uti iacet. Voluit

---

(1) Diximus, tertium Volumen Decretum probabilis evulgatum iri mense Iulio vel Augusto; sed nunc graviter dubitamus: fortasse ad finem anni erit expectandum.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

festis cum feriatiōne celebrandis; sed tantum in Horis canonicis, quae maiores dicuntur, generaliter loquendo, et etiam ad Tertiam, Episcopo solemniter celebrante, atque in Missa cum cantu. Quid vero dicendum de organi sonitu in festis semiduplicibus, et etiam imo in duplicibus sine feriatiōne? Ita legem Ecclesiae plures interpretatae fuerunt, ut prohibitus non sit dicendus; sicut enim duplex, ita etiam semiduplex aliquam solemnitatem praeseferunt, etsi, Dominica excepta, feriatiōnem non habeant. Quid vero iudicandum, si ex consuetudine organa non pulsentur in semiduplici? Ea ne pulsare licet? Consultius esse credimus, seruari consuetudinem; quia semiduplex festum minimam habet solemnitatem, cum infimae solemnitatis gradu polleat.

XI. *Pro eod. loco.* Dicendi modi: *submissa voce* — *intelligibili voce* — *clara voce*, quibus exprimitur ratio recitandi ea quae non canuntur, sed organo comitante leguntur, significant, verba praefata esse ita legendas, ut et audiantur a choro, et proportionem habeant cum iis quae choraliter recitantur vel canuntur. Si ex. gr. chorus recitat, submissa voce, intelligibili tamen, dicuntur quae sub organo legenda: si autem canit chorus, clara magis et quasi elata ob proportionem legenda erunt. Utcumque vero verba legantur, vox cum organo convenire debet, ne audientium aures torqueantur.

XII. *Pro eod. loco.* Quando verba alterne canuntur et organis comitantibus leguntur, rei natura docet, ut prima pars canatur, altera legatur. Quia cantus vel recitatio choralis est potior, reliquum est accessorium. Ita canitur primum *Kyrie*, alterum legitur: canitur *Gloria*: *Et in terra pax* legitur etc. Id quidem, nisi verborum ambitus aliud dictet, uti ex. gr. in *Sanctus*, et *Agnus Dei*, qui tres sunt, et leguntur primum et tertium, medium concinitur. Nihilominus, cum lex nil dicat, nulla foret cen-

sura dignus ille chorus, qui medium *Sanctus* vel *Agnus* legeret, et primum cum postremo caneret. Quod itaque magis arridet, id agendum, et aequae libertatis usus adhiberi potest, quia quod legitur est in cantorum commodum. Cum vero Organorum non habetur auxilium, aut Missa et officium in cantu fiunt, et omnes sunt canendae partes cantabiles: aut sine cantu, et tunc omnes dictae partes eodem sunt modo recitandae.

XIII. *Pro N.* Caeremoniarum magister, qui legile c mensa aufert, et super mensam postea reponit, dum thurificatio SS.mi Expositi agitur post offertorium, se conformet, quantum potest, in genuflexionibus, Celebranti et sacris ministris.

XIV. *Pro eod. loco.* Antiphonarum repetitio post psalmum, sine praeintonatione fieri solet, cum haec foret inutilis, et dicitur a toto choro.

XV. *Pro Eynstadio.* Anniversaria late sumpta, vere Anniversaria non sunt, consequenter Oratio Anniversarii propria, *Deus Indulgentiarum*, non est dicenda, sed alia aptior, puta, *Inclina, quaesumus* etc. vel alia ex diversis. Constat satis ex Decreto in *Cadurcen.* n. 3049, (5241) ad III. Anniversaria fundata pro die alia ab obitu determinata gaudent omnibus privilegiis ac vera Anniversaria ab obitu, Oratio nihilominus in iis dicenda, est alia ab Anniversarii propria, ut supra dictum est.

XVI. *Pro S. Iacobo de Chile.* Quando Ecclesia dicata est XII Apostolis Orationi *A cunctis* optime sufficitur alia, quae prima ponitur in Missali inter Orationes diversas, seu *Concede, quaesumus*: quae eodem spectat, eundem habet scopum seu *ad poscenda suffragia Sanctorum*, et ad rem proinde facit.

XVII. *Pro eod. loco.* Unctio ab Episcopo consecrante Ecclesiam, facienda est ad modum crucis in partibus latera-

libus stipitum portae, hinc inde, ubi duae cruces insculpuntur.

XVIII. *Pro Lincio*. Diaconus cantans *Ecultet* in Sabato Sancto, eodem stat modo ac dum cantat Evangelium, hoc est ad cornu Evangelii, non ad cornu Epistolae. Eadem ratione se gerit Celebrans, qui ministris sacris destitutus, debet ipsemet paschale praeconium canere. (V. Parv. Rituale Bened. XIII, Cap. II, § 2, n. 4 et seq.).

XIX. *Pro Curenna*. Occurrentibus simul S. Martino Ep. et Dedicatione, cum Patronus ius habeat ad feriatiorem, de eo optime celebrari potest festum contra Dedicationem, quamvis haec sit festum Domini, et de Ecclesia consecrata agatur. Si tamen fiat de Dedicatione, quod et potest fieri, Missa de S. Martino cantari potest, non omissa conventuali, utpote de festo transferendo, de quo Rubrica Gen. Missalis (*Tit. VI*). Alterutrum vero festum transferri non potest in die octava, quia est alterius festi octava.

---

## SOLUTIO QUAESTIONIS

pro mense Iunio 1899 propositae.

---

Alexius, Canonicus et Caeremoniarum magister Ecclesiae B, contra consuetudinem eiusdem Ecclesiae exigit: 1° ut in Missa solemniter de Requie Acolythi e sacrario ad Altare procedant manibus iunctis sine candelabris, quae cum cereis extinctis ponuntur super abaco, accendendis ad *Agnus Dei*; 2° ut Subdiaconus, et non alius, incensum in thuribulum mittat pro elevatione; 3° ut Celebrans, dicto *Placeat*, canere possit *Orationem super tumulum*, quae in Missali defunctorum prostat, et post eam Evangelium legere S. Ioannis. iuxta Rubricam.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



gnitioni positivae iuris, quia valde tritum est axioma: « *Contra eum qui legem dicere potuit apertius, est interpretatio facienda* ». Nihil ceterum legislatorem dicere vetabat in primo casu, quod declarat aperte in secundo: « non tenentur luminaria ad Evangelium, nec portatur incensum, sed duo tantum Acolythy sine candelabris stant unus a dexteris, et alter a sinistris Subdiaconi tenentis librum Evangeliorum » (1). Undenam differentia? Hoc certe provenit ex eo, quod in ingressu ad Altare, nihil est mutandum, cum totus Titulus XIII versatur ex sua ipsa inscriptione circa omittenda in Missis de Requie.

Tertium argumentum exoritur ab interpretatione facta a Liturgiae Magistris, qui omnes ita Rubricam intellexerunt. Merati v. g. Gavantum allegat dicens: « Non videtur conveniens quod nulla credentia praepararetur (in Missa solemni de Requie); non enim decet omnia super Altare ponere, praeterea idem Gavantus vult quod super credentiam ponantur candelabra cum candelis accensis. Sed quomodo poni possunt, si nulla adesset credentia » (2). Ergo iam non amplius agitur in casu de cereis extinctis super abaco positis. — Martinucci in probationem vocat ipsam Rubricam et usum Ecclesiarum Urbis. « Sument (Acolythy), inquit de Missa solemni pro defunctis, candelabra accensis candelis, et procedent ad Altare ordine solito »; et in nota addit: « Etsi in quibusdam ecclesiis mos sit apparandi in abaco candelabra pro Acolythis, sequuti tamen sumus Missalis Rubricas, ubi illa dispositio (apponendi in abaco candelabra) non existat, atque usum Ecclesiarum Urbis, quae officia regulariter exequuntur » (3). — De Herdt non minus aperte loquitur: « Duo ceroferarii, ait, in accessu ad Altare, *etiam in Missis defunctorum*, deferunt ante Subdiaconum candelabra cum candelis accensis, bini incedentes, et non unus post alium, nisi ob angustiam loci » (4), et iuxta Cavalieri de Missa solemni defunctorum loquentem, « ad Altare more consueto procedunt » (5).

---

(1) Tit. 13.

(2) Merati, Tit. XIII, n. 2.

(3) Lib. I, cap. 8, n. 72.

(4) Tom. 2, n. 16 ad 1.

(5) Tom. 5, n. XII.

Ergo silentium Tituli XIII, pro accessu ad Altare, logice indicat, et sine contestatione ulla, obligationem deferendi candelabra cum cereis accensis, etiam in Missa solemnī de Requie; et proinde agi nequit de praevia eorum positione super Abaco cum cereis extinctis, et accendendis ad *Agnus Dei*, cum nullibi et in nulla Missa quaestio sit de tali exceptione. Martinucci itaque positive declarat: « Alter ex acolythis accendet *in sacratio* candelabra ab ipsis gestanda..... et ad Altare procedent, Thuriferarii iunctis manibus, post eum Acolythis gestantes candelabra et coniunctim incedentes », quin unquam supponat consuetudinem de qua in casu (1). Et Falise, sibi vindicans A Portu, Bauldry, Vinitor, Merati, Pavone, autumat: « Ils (les Acolythes) entrent avant les Ministres, tenant leurs chandeliers allumés, qu'ils vont porter et laissent à la crédence ».

2<sup>a</sup> Pars, circa impositione thuris pro Elevatione. Nihil ex Rubrica Missalis erui potest pro consuetudine Ecclesiae B, vel contra Alexium canonicum. Legitur enim in Tit. XIII, n. 2, quod in Missa solemnī de Requie « Subdiaconus... tempore Elevationis Sacramenti, genuflexus in cornu Epistolae, illud incensat »; et praetermittendo impositionem thuris, clare apparet quod in hac parte recurrendum est ad regulam pro Missis vivorum latam, cum inibi solum notetur quod variandum est in Missis defunctorum. Sed in Missa solemnī vivorum, nihil ad rem declaratur, cum inibi agatur tantum de omissione benedictionis incensi, non de ministro eius impositionis; (2) ergo nulla exinde erui potest conclusio.

Sed ex Caeremoniali Episcoporum res sufficienter elucidatur. Postquam enim dixit incensum benedici non debere, « quando per Caeremoniarum vel Acolythum aut Subdiaconum in elevatione thurificatur », addit: « quo casu *ab eodem Acolythis seu a quocumque alio Clerico ponitur in thuribulum* simpliciter absque benedictione » et non nominatur Subdiaconus pro impositione, ad differentiam thurificationis quae ad eum pertinet in

---

(1) Lib. 2, cap. 10, n. 11 et 15.

(2) Tit. 8, n. 8.



Missa solenni de Requie (1) Quare ? quia impositio non varianda est in Missis defunctorum, et iam semper fieri debet in Missa vivorum a simplici Clerico.

Legitur quoque (2): « Caeremoniarius, seu aliquis Acolythus, imposito a seipso vel ab alio, thure absque benedictione in thuribulum, thurificat Sacramentum Corporis et Sanguinis Domini, dum elevatur, ter pro unoquoque ducens thuribulum ». Unde iterum apparet impositionem thuris pertinere semper ad aliquem acolythum, quem indicant voces Caeremonialis « a seipso vel ab alio », cum in Missa de Requie non mutetur impositio thuris. ut vidimus supra, sed solum Thurificans, qui est Subdiaconus.

Haec, aliunde docent maximi in re rubricali Doctores. Audiamus Catalani in suis notis Caeremonialis: « Ritus in ea incensatione a Subdiacono servandus, is est. *Imposito per aliquem Acolytum thure* in thuribulum, sine ulla scilicet benedictione, dum Celebrans dicit ea Canonis verba *Hanc igitur etc*, facta debita reverentia Altari, accedit ad cornu laterale Epistolae, *ubi genuflectit* non super infimum gradum ut alicubi servatum vidi, sed *super gradum superiorem*, uti est usus Insignium Ecclesiarum, ac praesertim Pontificiae Capellae et Basilicae Vaticanae; et accepto a thuriferario thuribulo, cum debitis inclinationibus ante et post utramque elevationem, incensat SS. Sacramentum » (3).

Martinucci est omnino decretorius: « Non est Subdiaconi incensum in thuribulum pro Elevatione immittere. Conf. Caeremoniale Episcop. Lib. 2, cap. XI, § 8 » (4). Item alibi: « Curabit (Thuriferarius) ut a Caeremoniario sive alio Clerico — *nunquam vero a Subdiacono* — immittatur incensum; tradet thuribulum Subdiacono, qui ad Elevationem thurificabit SS. Sacramentum » (5). Et plenius: « Quum Celebrans incipiet hanc orationem (*hanc igitur oblationem*), Thuriferarius tradet naviculam Caeremoniario qui sine ulla benedictione iniiciet incensum in

(1) Lib. I, capo 28 § 18.

(2) Lib. 2, cap. 8, § 70.

(3) Lib. 2, Cap. XI, § 8, ad 2.

(4) Lib. 1, Cap. 12, n. 117 in nota.

(5) Lib. 1, Cap. 7, n. 59.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

Primitus enim, iuxta cl. Stella (1), Oratio *Placeat* post totam dicebatur expletam Missam, et postquam, omnibus absolutis, sacras vestes sacerdos erat depositurus. Quod certe conforme est titulo huic orationi apposito in quampluribus Missalibus usque ad saeculum XVI, nempe: *fnita Missa*, aut *post Missam* vel *post fnitam Missam*, ita docente Micrologo in fine saeculi XI. Alexandro de Halés in initio saeculi XIII; et ex eius coaevo Durando, et Rodulpho Tungren. et Ordine Romano XIV in saeculo XIV, necnon ex pluribus Missalibus per saeculum XV apparet, quod ubi dabatur benedictio in Missa, ante *Placeat* dabatur, ut haec nimirum oratio semper recitetur, *omnibus fnitis* (2). Quapropter negari nequit iam usque ad saeculum XVI *Orationem super tumulum* fuisse revera post Missam, sicut et actualem absolutionem, recitatam. Testem habemus secundum usum insignis Ecclesiae lingonensis, ubi in Missa ponitur *Placeat*, et nihil amplius (3).

Hoc resultat quoque ex vestibus a celebrante adhibitis pro recitatione huius orationis, quamdiu fuit in usu. « Celebrans, ait Merati (4) dicto *Placeat tibi*, ante Evangelium S. Ioannis, accedit ad cornu Epistolae; ibique super suppedaneam, deposita planeta et manipulo super Altare in cornu Epistolae, si non adsit credentia, vel alius locus commodior, iuxta caeremoniale PP. Eremitarum S. Augustini, part. I, cap. 19, capit pluviale nigrum... (itemque ministri sacri deponunt manipulos tantum), et stans conversus ad Altare, expectat finem responsorii *Libera me Domine* quod cantatur a Choro, statim ac ab eo responsum fuerit *Amen* post *Requiescant in pace* ante Evangelium S. Ioannis.... Responsorio finito, et dicto ultimo *Kyrie eleison*, celebrans adhuc stans in praedicto cornu epistolae versus Altare seu super suppedaneum, facie versa ad candelabra, intonat clara voce *Pater noster*, quod

(1) Tract. I, cap. XI, § 4.

(2) Lebrun, Tom. 1, Part. 6, art. 3; Iourdain, *La Sainte Eucharistie*, 1ere Part. Tom. 2; chap. 18, § 4; Doct. Gilor, *le Saint Sacrifice*, Tom. 2, § 72.

(3) editum anno 1524.

(4) Tit. XIII in suis notis, n. 27.

secreto prosequitur... et celebrans accedens ad medium Altaris cum ministris sacris ubi, facta reverentia Crucis, vertit se..... aspergit pannum ter in medio, a dexteris et a sinistris panni., et ter similiter thurificat eo modo quo aspersit. *Bauldry*, n. 12, *Bissus*, n. 2. Quo facto, revertitur ad cornu epistolae versus Altare, et libro super illud cornu posito, dicit alta voce  $\Psi$ . *Et ne nos inducas*, et alios  $\Psi\Psi$ . et orationem ut in Missali seu Rituali. Dicto autem a Cantoribus *Requiescant in pace*, accedens adhuc cum Pluviali ad cornu Evangelii (facta prius in medio Altaris reverentia)... dicit more solito Evangelium S. Ioannis: quo dicto, vadit ad Sacristiam ubi se exuit, ut in aliis missis \*. *Bissus*, n. 3; *Bauldry*, n. 14; *A Portu*, Tit. 13 in adnot. 28. Unde apparet has preces ibi recitatas proprie constituere unam absolutionem ad instar nostrae actualis, et dictas fuisse ab initio post Missam, quum iam deponeretur casula, ut deinde assumatur Pluviale, quod nullum respectum habet cum Missa. Et de facto, usque ad reformationem Missalis a S. Pio V, Evangelium S. Ioannis non erat vera pars Missae, nec Ps. *Benedicite*, quae recitabantur sive redeundo sive exuendo ornamenta. Itaque praefatae preces *super tumulum defuncti* originem duxerunt ab antiquissima ipsa consuetudine Psalmos aliasque preces super defunctorum corporibus recitandi antequam sepulturae traderentur: de qua re nos certiores faciunt Augustinus, Hieronymus, Tertullianus, aliique antiqui, et exinde sub hoc respectu non differunt istae ab actuali absolutione, quacum se confundunt.

Quomodo autem explicare Rubricam inibi insertam et hodie conservatam, non obstante revisione Missalis? Arbitramur cum *Ephem. Liturg.* (1) residuum esse vetustatis, ne pereat memoria huius caeremoniae, qualis habita fuit in saeculorum decursu, nempe semper extra Missam, sed olim ante Evangelium S. Ioannis et Canticum *Benedicite*, quia tunc non pertinebant unum et alterum ad Missam, nunc vero post Evangelium et *Benedicite*, quia impraesentiarum ad Missam attinent.

Quoad formulam seu orationem specialem *Adesto*, reperivi-

---

(1) Année 1888, pag. 587.

mus, aiunt praelaudatae *Ephem.* (1), tantummodo illam in *Sacerdotali Romano* (cap. 29), ubi refertur *Ritus sepeliendi defunctum saecularem secundum usum Patriarchatus Venetiarum*. Unde sub hoc peculiari aspectu, valde incerta est eius antiquitas et origo, praeterquam quod alicubi ante S. Pium V in usu tamen certe erat.

b). Si nunc devenias ad liceitatem huius caeremoniae inter *Placeat* et *Evangelium* S. Ioannis, haec absque dubio prohibenda est impraesenti. Lege Cavalieri (2): « Meratus, part. 2, Tit. 13, n. 27, moris meminit, in quo versus finem Missae acolythi extendunt pannum in plano ante medium Altaris, et sacerdos, dum a Choro cantatur responsorium, ante Evangelium S. Ioannis se exuit planeta, induit pluviale, absolutionem peragit, et hac peracta cum pluviali, accedit ad cornu Evangelii, et ibidem Missam complet per recitationem consueti Evangelii S. Ioannis. *At modus iste omnino est reiiciendus*; valde enim peccat in Rubricas, iuxta quas absolutio fieri debet: finita Missa, et finita de toto, ac consequenter etiam per Evangelium S. Ioannis. Itidem contra Rubricas atque decreta, Missae interserit extranea, absolutionem in versu *anima eius* etc. obtruncat, et hinc derivante suffragio defunctos privat, ac in pluviali sacerdotem Evangelium S. Ioannis facit dicere. Absurda haec omnia sunt, quae nos deglutire apti non sumus, quidquid Meratus. alii-que auctores sentiant ».

« Secundo, (3) si codices liturgicos consulas, centies repetitas invenies sequentes phrases et verba circa absolutionem.  *finita Missa, absoluta Missa, post Missam, solemni Missa absoluta* etc. Quae verba legere est, seu in Rituali, seu in Missali, seu in Caeremoniali Episcoporum, immo in Missali defunctorum.

« Tertio, ex ipso fere generali auctorum melioris notae silentio coniici merito potest praxis Ecclesiarum (post S. Pium V), quae saltem exemplo esse aliis possunt, de Missa pro defunctis non abrumpenda ut illae preces dicantur.

---

(1) Ibid. pag. 588.

(2) Tom. 8, cap. 18, dec. 3, n. 7,

(3) *Ephem.* année 1888, pag. 587.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



# SUPER CALENDARIO

## STUDIUM

---

(Contin. V. n. 6 pag. 386)

Nunc vero fructus, qui ex hoc faciliori principio eruuntur, quamplurimi sunt, quique omnibus prosunt. Et sane: 1.º Fixae manent in anno feriae ac Dominicae, quae semper in eandem diem incidunt; Sanctorum quoque festa immobilia in eandem feriam semper incident. Unde in Calendario nostro plane simplici ac perenni, quod facile ab omnibus etiam inexpertis, memoriae mandari potest, haberentur Dominicae, festa et feriae immutabiles, prout hic exponuntur.

**Ianuarus.** Dies 1. Dominica prima et principium primae anni hebdomadae: **Circumcisio Domini.** — Dies 6, seu Feria VI: **Epiphania Domini.** — Dies: 8, 15, 22, 29, Dominica secunda, tertia, quarta et quinta anni.

**Februarius.** Dies 2. feria V. **Purificatio B. M. Virginis.** — Dies: 5, 12, 19, 26, Dominica sexta, septima, octava et nona anni. Dies 24, Fer. VI. **S. Mathiae Apostoli.**

**Martius.** Dies 5, 12, 19, 26, Dominica decima, undecima, duodecima, et tertiadecima anni, eodem ordine ac in mense praecedenti. — Dies 25, Sabb. **Annuntiatio B. M. V.**

**Aprilis.** Dies 2, 9, 16, 23, 30, Dominica decimaquarta, decimaquinta, decimasexta, decimaseptima, et decima-octava anni. Dies 25, Fer. III. **S. Marci Evangelistae.**

**Maius.** Dies 1. Fer. II. **Ss. Philippi et Iacobi Apostolorum.** Dies 3. Fer. IV. **Inventio S. Crucis.** Dies 7, 14, 21, 28. Dominica decimanona, vicesima, vicesima

prima, vicesima secunda. Dies 26, Fer. VI. **S. Philippi Neri.**

**Iunius.** Dies 4, 11, 18, 25, Dominica vicesima tertia, vicesima quarta, vicesima quinta et sexta anni. Dies 24, Sab. **Nativitas S. Ioannis Baptistae.** Dies 29, Fer. V. **Ss. Petri et Pauli Apostolorum.**

**Iulius.** Dies 2, 9, 16, 23, 30, Dominica vicesima septima, octava, nona, trigesima, trigesima prima eodem ordine ac in mense Aprili. Dies 2, 9, 16, Dies fest. **B. M. V.** — Dies 25, Fer. III. **S. Iacobi Apost.** Dies 26, Fer. IV. **S. Annae.**

**Augustus.** 6. **Transfiguratio D. N. I. C.** et Dominica trigesima secunda. Dies 13, 20, 27, Aliae Dominicae, scilicet, trigesimatertia, quarta et quinta anni. Dies 15, Fer. III. **Assumptio B. Mariae Virg.** — Dies 25, Fer. VI. **S. Bartholomaei Apost.**

**September.** Dies 3, 10, 17, 24. Dominicae trigesima sexta, septima, octava et nona anni. Dies 8, Fer. VI. **Nativitas B. M. V.** — Dies 21, Fer. V. **S. Matthaei Ap. et Ev.** — Dies 29, Fer. VI. **S. Michaelis Archangeli.**

**October.** 1. Dominica quadragesima anni et **Solemnitas SS. Rosarii B. M. V.** — Dies 8, 15, 22, 29, Dominica quadragesima prima, secunda tertia et quarta anni eodem cum ordine ac in mense Ianuarii. — Dies 18, Fer. IV. **S. Lucae Evang.** — Dies 28, Sab. **Ss. Simonis et Iudae Apostolorum.**

**November.** Dies 1. Fer. IV. **Festum Omnium Sanctorum.** Dies 2. Fer. V. **Commem. Omn. Fidel. Defunct.** Dies. 5, 12, 19, 26, Dominica quadragesima quinta, sexta, septima et octava anni eodem cum ordine ac in mensibus Februarii et Martii. Dies 21, fer. III. **Praesentatio B. M. V.** Dies 30, fer. V. **S. Andreae Apost.**

**December.** Dies 3, 10, 17, 24. Dominica quadragesima nona, quinquagesima, quinquagesima prima et secunda anni simili modo ac in mense Septembri. — Dies 8, Fer. VI. **Im-**



**maculata Conceptio B. M. V.** Dies 21, fer. V. **S. Thomae Apost.** Dies 25 Fer. II. **Nativitatis D. N. I. C.** — Dies 26 et Fer. III. **S. Stephani Protom.** — Dies 27, Fer. IV **S. Ioannis Apost. et Evang.** — Dies 28, Fer. V. **Ss. Innocentium.** — Dies 31 et ultima Decembris annique terminus, quae sine nomine relinquitur et extra cyclum hebdomadae ponitur: adeo ut haec dies non habeatur amplius ut Dominica, sed ut appendix anni et ultimae hebdomadae, ut iterum annus subsequens eodem ordine recurrat ac praecedens.

Quantae vero sint utilitates, quae ex hoc Calendario resultant, nemini attente consideranti latere possunt. Et sane:

a) Festum Apostolorum S. Andreae et S. Thomae nunquam, sicut in praesentiarum facile evenit, cum Dominicis Adventus privilegiatis occurrit. Similiter festum S. Mathiae neque in Dominicis quae ad pascham disponunt, nempe Septuagesima, Sexagesima etc. neque in Diem Cinerum, cadere possunt, sed primum fixum manet in feria V, et secundum in feria VI, proindeque ea nunquam e suo loco moveri possunt.

Solemnitates Purificationis, Annuntiationis, et ipsae quae nunc haud raro in aliquam ex Dominicis privilegiatis antedictis occurrunt, et ideo ad aliam diem transferendae sunt, in ordine quem nos proponimus, nulla ex praefatis solemnitatibus in iis Dominicis occurrere potest. Nam Purificatio incidet semper in Feriam V, et Annuntiatio in Sabbatum.

b) Dominica infra octavam Epiphaniae, semper fixa manebit in die 8 mensis Ianuarii; et festum SS. Nominis I. C. in die 15, seu dominica tertia eiusdem mensis, ita ut nunquam, in Septuagesima evenire possit, et ideo nunquam iuxta Breviarii rubricam, ad aliam diem amandandum est.

c) Dies 25 Aprilis, divo Marco Evang. sacra, semper incidet in Feriam III, ita ut numquam pascha, sicut in praesentiarum, ea die celebrari potest, et numquam Litaniae



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

dam dilatione, quae minus arridet; namque moram aliquam afferre videtur suffragiis pro animabus, piacularibus flammis addictis. Dum, e contra, fixis dominicis, Commemoratio Defunctorum semper in feria V recurret.

h) Quaevis vigilia, ex. g. S. Petri, Assumptionis etc. incidet semper in eandem feriam, ita ut eadem antiphona feriae determinata quotannis haberetur, quod sua utilitate et commodo non caret.

i) Denique Adventus, impraesenti, eominicis quatuor constat eiusque hebdomadae saepe nonnullis diebus vel imminuuntur, vel redundant; quia dominicae, cum sint mobiles, per aliquod hebdomadae spatium ascendunt et descendunt. E contra, fixis dominicis, omne incommodum sublatum est; quia Adventus semper incipit a die 26 Novembris et desinit ad diem 17 Decembris: ex quo fit ut Adventus ex quatuor integris hebdomadis, nec plus nec minus, constet. Has quidem, ut alias plures utilitates brevitate ergo praetereamus, delibasse sufficiat.

(Contin.).

P. P. SCHOLASTICUS C. M.

---

## QUAESTIO SOLVENDA

PRO MENSE SEPTEMBRI 1899.

---

Ius transferendi (quoad solemnitatem) festum Sacratissimi Cordis Iesu, Ordinariis locorum datum (*Decr. in Romana, apud Ephem. Liturg. an. 1897, pag. 563*), ita ne intelligendum, ut in eandem diem, semel pro semper eligendam, transferri debeat, an potius ut in diem quotannis pro opportunitate diversam transferri valeat?

---

# APPENDIX

---

SANCTISSIMI DOMINI NOSTRI  
**LEONIS**

DIVINA PROVIDENTIA

**PAPAE XIII.**

**LITTERAE ENCYCLICAE**

AD PATRIARCHAS PRIMATES ARCHIEPISCOPOS EPISCOPOS

ALIOSQUE LOCORUM ORDINARIOS

PACEM ET COMMUNIONEM

CUM APOSTOLICA SEDE HABENTES

---

DE HOMINIBUS

**SACRATISSIMO CORDI IESU**

DEVOVENDIS

---

VENERABILIBUS FRATRIBUS

PATRIARCHIS PRIMATIBUS ARCHIEPISCOPIBUS EPISCOPIBUS

ALIISQUE LOCORUM ORDINARIIS

PACEM ET COMMUNIONEM

CUM APOSTOLICA SEDE HABENTIBUS

---

**LEO PAPA XIII.**

VENERABILES FRATRES

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM

---

Annum Sacrum, more institutoque maiorum in hac alma Urbe proxime celebrandum, per apostolicas Litteras, ut probe nostis, nuperrime indiximus. Hodierno autem die, in spem auspiciisque peragenda sanctius religiosissimae celebritatis, III

ctores suasoresque sumus praeclarae cuiusdam rei, ex qua quidem, si modo omnes ex animo, si consentientibus libentibusque voluntatibus paruerint, primum quidem nomini christiano, deinde societati hominum universae fructus insignes non sine causa expectamus eosdemque mansuros.

Probatissimam religionis formam, quae in cultu Sacratissimi Cordis Iesu versatur, sancte tueri ac maiore in lumine collocare non semel conati sumus, exemplo Decessorum Nostrorum Innocentii XII, Benedicti XIII, Clementis XIII, Pii VI eodemque nomine VII ac IX: idque maxime per Decretum egimus die XXVIII Iunii mensis an. MDCCCLXXXIX datum, quo scilicet Festum eo titulo ad ritum primae classis eveximus. Nunc vero luculentior quaedam obsequii forma obversatur animo, quae scilicet honorum omnium, quotquot Sacratissimo Cordi haberi consueverunt, velut absolutio perfectioque sit: eamque Iesu Christo Redemptori pergratam fore confidimus. Quamquam haec, de qua loquimur, haud sane nunc primum mota res est. Etenim abhinc quinque ferme lustris, cum saecularia solemnia imminerent iterum instauranda postea quam mandatum de cultu divini Cordis propagando beata Margarita Maria de Alacoque divinitus acceperat, libelli supplices non a privatis tantummodo, sed etiam ab Episcopis ad Pium IX in id undique missi complures, ut communitatem generis humani devovere augustissimo Cordi Iesu vellet. Differri placuit rem, quo decerneretur maturius: interim devovendi sc̄se singillatim civitatibus data facultas volentibus, praescriptaque devotionis formula. Novis nunc accedentibus caussis, maturitatem venisse rei perficiendae iudicamus.

Atque amplissimum istud maximumque obsequii et pietatis testimonium omnino convenit Iesu Christo, quia ipse princeps est ac dominus summus. Videlicet imperium eius non est tantummodo in gentes catholici nominis, aut in eos solum, qui sacro baptisate rite abluti, utique ad Ecclesiam, si spectetur ius, pertinent, quamquis vel error opinionum devios agat, vel dissensio a caritate seiungat: sed complectitur etiam quotquot numerantur christianae fidei expertes, ita ut verissime in potestate Iesu Christi sit universitas generis humani. Nam qui Dei Patris Unigenitus est, eamdemque habet cum ipso substantiam. *splen-*



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



tantum nativo, quippe Dei Unigenitus, sed etiam quaesito. Ipse enim eripuit nos *de potestate tenebrarum* (1), idemque *dedit redemptionem semetipsum pro omnibus* (2). Ei ergo facti sunt *populus acquisitionis* (3) non solum et catholici et quotquot christianum baptismum rite acceperunt, sed homines singuli et universi. Quam in rem apte Augustinus: *quaeritis, inquit, quid emerit? Videte quid dederit, et invenietis quid emerit. Sanguis Christi pretium est. Tanti quid valet? quid, nisi totus mundus? quid, nisi omnes gentes? Pro toto dedit, quantum dedit* (4).

Cur autem ipsi infideles potestate dominatuque Iesu Christi teneantur, causam sanctus Thomas rationemque, edisserendo, docet. Cum enim de iudiciali eius potestate quaesisset, num ad homines porrigatur universos, affirmassetque, *iudiciaria potestas consequitur potestatem regiam*, plane concludit: *Christo omnia sunt subiecta quantum ad potestatem, etsi nondum sunt ei subiecta quantum ad executionem potestatis* (5). Quae Christi potestas et imperium in homines exercetur per veritatem, per iustitiam, maxime per caritatem.

Verum ad istud potestatis dominationisque suae fundamentum duplex benigne ipse sinit ut accedat a nobis, si libet, devotio voluntaria. Porro Iesus Christus, Deus idem ac Redemptor, omnium est rerum cumulata perfectaue possessione locuples: nos autem adeo inopes atque egentes ut, quo eum munerari liceat, de nostro quidem suppetat nihil. Sed tamen pro summa bonitate et caritate sua minime recusat quin sibi, quod suum est, perinde demus, addicamus, ac iuris nostri foret: nec solum non recusat, sed expetit ac rogat: *Fili praebe cor tuum mihi* (6). Ergo gratificari illi utique possumus voluntate atque affectione animi. Nam ipsi devovendo nos, non modo et agnoscimus et accipimus imperium eius aperte ac libenter: sed re ipsa testamur.

---

(1) Coloss. 1, 13.

(2) I. Tim. II, 6.

(3) I, Petr. II, 9.

(4) Tract. 120 in Ioan.

(5) 3<sup>a</sup> p. q. 59 a. 4.

(6) S. Thom. I. c.

si nostrum id esset quod dono damus, summa nos voluntate daturus: ac petere ab eo ut id ipsum, etsi plane suum, tamen accipere a nobis ne gravetur. Haec vis rei est, de qua agimus, haec Nostris subiecta verbis sententia. — Quoniamque inest in Sacro Corde symbolum atque expressa imago infinitae Iesu Christi caritatis, quae movet ipsa nos ad emendum mutuo, ideo consentaneum est dicare se Cordi eius augustissimo: quod tamen nihil est aliud quam dedere atque obligare se Iesu Christo, quia quidquid honoris, obsequii, pietatis divino Cordi tribuitur, vere et proprie Christo tribuitur ipsi.

Itaque ad istiusmodi devotionem voluntate suscipiendam excitamus cohortamurque quotquot divinissimum Cor et noscant et diligant: ac valde velimus, eodem id singulos die efficere, ut tot millium idem voventium animorum significationes uno omnes tempore ad caeli templa pervehantur. — Verum numne elabi animo patiemur innumerabiles alios, quibus christiana veritas nondum affulsit? Atqui eius persona geritur a Nobis, qui venit salvum facere quod perierat, quique totius humani generis saluti addixit sanguinem suum. Propterea eos ipsos qui in umbra mortis sedent, quemadmodum excitare ad eam, quae vere vita est, assidue studemus, Christi nuntiis in omnes partes ad erudiendum dimissis, ita nunc, eorum miserati vicem, Sacratissimo Cordi Iesu commendamus maiorem in modum et, quantum in Nobis est, dedicamus. — Qua ratione haec, quam cunctis suademus, cunctis est profutura devotio. Hoc enim facto, in quibus est Iesu Christi cognitio et amor, ii facile sentient sibi fidem amoremque crescere. Qui, Christo cognito, praecepta tamen eius legemque negligunt, iis fas erit e Sacro Corde flammam caritatis arripere. Iis demum longe miseris, qui caeca superstitione conflictantur, caeleste auxilium uno omnes animo flagitabimus, ut eos Iesus Christus, sicut iam sibi habet subiectos *secundum potestatem*, subiiciat aliquando *secundum executionem potestatis*, neque solum *in futuro saeculo, quando de omnibus voluntatem suam implebit, quosdam quidem salvando, quosdam puniendo* (8), sed in hac etiam vita mortali, fidem scilicet ac sanctitatem impertiendo; quibus illi virtutibus colere Deum queant, uti par est, et ad sempiternam in caelo felicitatem contendere.



Cuiusmodi dedicatio spem quoque civitatibus affert rerum meliorum, cum vincula instaurare aut firmitus possit adstringere, quae res publicas natura iungunt Deo. — Novissimis hisce temporibus id maxime actum, ut Ecclesiam inter ac rem civilem quasi murus intersit. In constitutione atque administratione civitatum pro nihilo habetur sacri divinique iuris auctoritas, eo proposito ut communis vitae consuetudinem nulla vis religionis attingat. Quod huc ferme recidit, Christi fidem de medio tollere, ipsumque, si fieri posset, terris exigere Deum. Tanta insolentia elatis animis, quid mirum quod humana gens pleraque in eam inciderit rerum perturbationem iisque iactetur fluctibus, qui metu et periculo vacuum sinant esse neminem? Certissima incolumitatis publicae firmamenta dilabi necesse est, religione posthabita. Poenas autem Deus de perduellibus iustas meritasque sumpturus, tradidit eos suae ipsorum libidini, ut serviant cupiditatibus ac sese ipsi nimia libertate conficiant.

Hinc vis illa malorum quae iamdiu insident, quaeque vehementer postulant, ut unius auxilium exquiratur, cuius virtute depellantur. Quisnam autem ille sit, praeter Iesum Christum Unigenitum Dei? *Neque enim aliud nomen est sub caelo datum hominibus, in quo oporteat nos salvos fieri* (1). Ad illum ergo confugiendum, qui est *via, veritas et vita*. Erratum est: redeundum in viam: obductae mentibus tenebrae: discutienda caligo luce veritatis: mors occupavit: apprehendenda vita. Tum denique libebit sanari tot vulnera, tum ius omne in pristinae auctoritatis spem revirescet, et restituentur ornamenta pacis, atque excident gladii fluentque arma de manibus, cum Christi imperium omnes accipient libentes eique parebunt, *atque omnis lingua confitebitur quia Dominus Iesu Christus in gloria est Dei Patris* (2).

Cum Ecclesia per proxima originibus tempora caesareo iugo premeretur, conspecta sublime adolescenti imperatori crux, amplissimae victoriae, quae mox est consecuta, auspex simul atque effectrix. En alterum hodie oblatum oculis auspiciatissimum divinissimumque signum: videlicet Cor Iesu sacratissimum.

---

(1) Act. IV, 12.

(2) Phil. II, 11.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

digorum filiorum qui Te reliquerunt: fac hos, ut domum paternam cito repetant, ne miseria et fame pereant. Rex esto eorum, quos aut opinionum error deceptos habet, aut discordia separatos, eosque ad portum veritatis atque ad unitatem fidei revoca, ut brevi fiat unum ovile et unus pastor. Rex esto denique eorum omnium, qui in vetere gentium superstitione versantur, eosque e tenebris vindicare ne renuas in Dei lumen et regnum. Largire, Domine, Ecclesiae tuae securam cum incolumitate libertatem; largire cunctis gentibus tranquillitatem ordinis: perfice, ut ab utroque terrae vertice una resonet vox: Sit laus divino Cordi, per quod nobis parta salus: ipsi gloria et honor in saecula: amen.

---

**IMPRIMATUR**

P. Fr. Albertus Lepidi O. P.

S. P. A. Magister.

**IMPRIMATUR**

Franciscus Cassetta Patriarch. Antioch. Vicegerens.

---

**Proprietas Literaria.**

---

**G.B. Agnolucci, gerente responsabile**

---

Roma, Tip. F.lli Amoroso — Torretta Borghese 22-25.

**Officium festorum Nativitatis et Epiphaniae Domini eorumque octavarum, necnon festorum eo tempore occurrentium ex Breviario et Missali Rom. pro maiori recitantium commoditate digestum.** Ratisbonae, Romae et Neo-Eboraci. Sumpt. et typ. **Friderici Pustet**, S. Sedis Apost. et S. Rit. Congr. Typogr. 1899. Editionis perfectio nil acquirentibus, in suo genere, desiderandum relinquit. Pret. Libell. 2. solutum, 2,50 eleganter religatum.

**Il Piccolo Ministro del Santuario** istruito nelle sacre Ceremonie secondo il Rito Romano, *previe alcune brevi nozioni sulla Gerarchia cattolica, Chiese e sacre suppellettili ecc.* per un **Sacerdote Romano Cooperatore Salesiano.**

Quanti intersit, ut adolescentes Ecclesiarum servitio addicti, et clericorum officio fungentes pro eorum capacitate sint instructi, ut tot liturgicae functiones, ordinariae, extraordinariae, pontificales in divini cultus honorem feliciter eveniant, nemini latet. En autem praeclara quae opportune prodit Opella, tempori et rei apprime respondens, et quam, attenta liturgicarum rerum peritia, experientia et gratia eximii Compositoris, eademque Opella in se inspecta, non possumus quin veluti gemmarum sertum iure dicamus, nostrisque Consociatis enixe commendemus. Pret. Libell. 1,50: quod et pro Consociatis imminuetur.

**Commentariolus** in Rubricas generales Breviarii pro Tyronibus in Breviarii recitatione, **optime** exaratus a Sac. Aloysio Essl.

**Theologia Moralis** ad mentem S. Alphonsi M. De Liguorio Episc. et Doct. et ex eius Operibus potissimum deprompta, addita Constitutione Apostolicae Sedis, cura et studio Ioannis Morino Congregationis Missionis S. Th. Doct. Coll. — Editio V.

**Il Sacerdote santificato** nelle sue azioni quotidiane pel Teol. Coll. **Gio: Morino**, Prete della Missione.

MONS. VINCENZO NUSSI. — **Manuale Educativo ed Istruttivo** con citazioni di vari autori commentati ed illustrati ad uso della gioventù studiosa. Pret. Libell. 1,50.

CÉLESTIN ALBIN. **La Poesie du Bréviaire. Essai d'historique, critique et littéraire.** Elegans Volumen continens hymnorum antiquum; ante Urbanum VIII, et novum Textum, Variantes, Versionem poeticam ex classicis auctoribus haustam, Notasque gramaticales ac philologicas. Pret. (Broch.) Libell. 5: Relig. 7: Elégantiori forma, 15. Prae reliquis, apud Offic. librar. *Friderici Pustet* venundatur.

CAPELLMAM. — **Medicina Pastoralis.** Medicinam pastoraalem vocari posse *summam illarum disquisitionum anatomico-physiologicarum et patologico-therapeuticarum, quarum cognitio et parochis et confessariis in munere exercendo necessaria est, ineluctabilis est veritas, ut eius gravitas et necessitas, reliqua silendo, satis superque pateant.* **Editio undecima.** Aquisgrani. Sumptibus Rudulphi Barth. 1899.

# In Constitutionem Apostolicae Sedis

Qua Censurae Latae Sententiae Limitantur Commentarli

AUCTORE IOSEPHO CARD. D'ANNIBALE

*Editio Quarta*

curante **Federico Can. Polidori**

AB IPSO AUCTORE ULTIMIS STUDIIS NOTABILITER EMENDATA ET AUCTA

*Ununiquodque Volumen in-8 Libel. 2,50*

**Rudimenta linguae hebraicae** *scholis publicis et domesticae disciplinae brevissime accommodata, scripsit D.r C. H. Vosen retractavit, auxit, octavum emendatissima edidit D.r Fr. Baulen Pret. Libell. 2, Friburgi, Brisgoviae, sumptibus Herder. Typ. Edit. Pontif. 1899.*

**Officia propria Mysteriorum et Instrumentorum Passionis D. N. I. C.** iuxta Breviarium Romanum cum psalmis et precibus in extens. *Pret. Libell. 2. Ratisbonae, Romae et Neo Eboraci. sumptibus et typis Friderici Pustet, S. Sedis et S. R. C. Typogr. 1899.*

**Instructio pro ministris inferioribus in quibusdam functionibus Episcopalibus exarata a Sac. Aloysio Essl, S. S. Thomae D. ac Vicerectore Episc. Seminarii Budviceni.** *Pret. Libell. 0,50. Budvicii 1899. Typis Episcop. Sumptib. propriis.*

**Praelectiones Iuris Canonici** *quas iuxta Ordinem Decretalium Gregorii IX. tradebat in scholis Pontif. Sem. Romani Franciscus Santi Professor.* Editio tertia emendata et recentissimis Decretis accommodata, cura Martini Leitner, Vicerectoris in Seminario Clericor. Ratisbon. Liber IV. Ratisbonae, Neo-Eboraci et Cincinnati. Sumptibus et Typis **Friderici Pustet**, S. Sedis Apostol. Typogr. 1899. *Pret. Libell. 4,50*

**Institutiones Theologiae Dogmaticae specialis. Tractatus de Deo uno et trino,** *Auctore Bernardo Jungmann, Eccl. Cathedr. Brugens. Canon. hon. Philos. et S. Theolog. Doct. ac Profess. ord. in S. Theolog. Universitat. cath. Lovaniensis.* Editio quinta. 1899. Ratisbonae, Romae et Neo-Eboraci. sumptib. et Typ. **Friderici Pustet**, S. Sedis Apost. Typographi. *Pret. Libell. 4,50.*

**Manuale pii Sacerdotis** complectens preces et pietatis exercitia excerpta ex operibus Sancti Alphonsi Mariae de Liguorio et latine reddita ab uno ex Presbyteris Congr. SS. Redemptoris. — Altera editio auctior et emendatior. Ratisbonae, Romae et Neo-Eboraci Sumptibus et Typis **Friderici Pustet**, S. Sed. Apost. Typogr. *Pret. Libel. 2,50.*

**Compendium Liturgiae Sacrae iuxta ritum Romanum** in Missae celebratione et officii recitatione, auctore *Ios. Aerttnys*, C. SS. R. Theologiae Moralis et Liturgiae Professore. Editio altera aucta et emendata secundum novissima S. Sedis Decreta.

**Manuale Theologiae Moralis in usum praesertim examinandorum:** auctore Sac. *Benedicto Melata S. T. D.* Editio altera accuratior et aucta. Ordo, exactitudo, brevitatis, nullius rei ad rem pertinentis defectus, et reliqua primae Editioni adiuncta, incomparabilem sibi promerent laudem. *Pret. Libell. 3.*



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



Typis Desclée Tefebvre & Soc prodiit:

# Novum Diurnale Romanum

**Horae Diurnae Breviarii Romani** ex decreto Ss. Concilii Tridentini restituti, S. Pii V. Pont. Max. iussu editi, Clementis VIII, Urbani VIII et Leonis XIII auctoritate recogniti. Editio Tornacensis *undecima* post typicam. Roma — Tornaci, 1899.

Pluries lamentati sumus, cum amicis loquentes, adesse quidem editiones sive Breviarii, sive Missalis Romani, quae maximam praeseferebant elegantiam ac commoditatem; sed quod editiones Diurnalis Romani spectat, nos habere editiones, quae vel nullimode elegantes dici poterant, vel si aliquam praeseferebant elegantiam, esse illas maxime incommodas, quia eorum forma nimis grandis erat; idcirco parum respondebant fini, ad quem Diurnale destinatum est. Sed tandem editionem Diurnalis habemus, quae si dici non potest undequaue perfecta, tamen omnes praecedentes, ni fallimur, superat; cum in illa et elegantia et commoditas simul coniungantur. Et revera eius forma, aliquantulum oblonga, longitudinem vix habet 11 c.m, latitudinem 7 1/2, altitudinem 1 1/2; pondus vero voluminis, *zigrino* ut aiunt, religati vix 110 gr. attingit. Haec quod formam externam. Quod vero formam, ut ita dicam, internam et ipsa elegantissima est; nam charta indica, aliquantulum opaca, solidior est; typi vero, quamvis minuti, tamen facillime et absque ullo incommodo leguntur. Accedunt alia plura ornamenta. Non possumus itaque quin clarissimis Editoribus gratulemur, editionemque consociatis nostris aliisque sacri cleri viris commendemus. — Pretium Voluminis: solutum, Lib. 3; *Bazana* religatum, foliis rubei coloris, Lib. 4,50; *Zigrino*, foliis inauratis, Lib. 5.50; cum ornamentis item inauratis, Lib. 8.25.

---

## MONITUM

Plura in potestate nostra sunt exemplaria duplicis fereque novissimae editionis Breviarii Romani in quatuor partes dispositi: quarum altera est in 12<sup>mo</sup> altera in 18<sup>mo</sup>. Rubricae universae, seu generales seu speciales, iuxta ultimam emendationem a S. R. C. factam, in propriis locis sunt. Nullum ex officiis recentioribus hucusque concessis deest. Citationes propemodum nullae. Charta solidior, typi undequaue perspicui nitidique vel maximam legendi facilitatem praestant. Quatuor alterutrius volumina solis venundantur, soluta quidem, Libellis 10.

---

# S. RITUUM CONGREGATIONIS

## LITTERAE

---

### De cultu Sacratissimi Cordis Iesu amplificando

---

*R. me Domine,*

Etsi gratum semper mihi fuit officium communicandi cum Ecclesiae Praesulibus ea, quae supremus eiusdem Pastor illis significanda praescripserit; gratissimum modo accidit patefacere singulis Sacrorum Antistitibus suavissimam animi voluptatem, quam SS. mus D. N. Leo PP. XIII percepit ex promulgatione novissimae suae Epistolae Encyclicae, qua universum humanum genus Sacratissimo Cordi D. N. Iesu Christi solemniter devovendi auctor fuit. Novit enim quanta animi propensione, quo consensu voluntatum fuerint eae litterae ab omnibus tum pastoribus tum fidelium gregibus receptae, et quam prompte ac studiose fuerit illis ubique obsecundatum.

Ipsamet sane Summus Pontifex cunctis exemplo praeivit: et ad suas Vaticanas Aedes, in sacello, cui a Paulo V nomen est, instituta per Ipsum supplicatione, universum terrarum orbem divino Iesu Cordi obtulit et devovit. Cuius exemplum secutus romanus populus, magna frequentia convenit in Patriarchales et minores Basilicas, in templa quaelibet curialia, in aedes sacras prope singulas; ibique solemnem consecrationis formulam iteravit unoque veluti ore confirmavit.

Protinus allatae sunt undique litterae, et quotidie afferuntur, nuntiantes, eundem consecrationis ritum, pari studio ac pietate, peractum fuisse in unaquaque dioecesi, imo in singulis ferme ecclesiis; neque Italiae solum et Europae, sed et regionum maxime dissitarum. Cuius universi catholici populi consensus in obsecundando votis et voluntati supremi omnium Pa-



tris, profecto laus maxime debetur sacris Praesulibus, qui suis gregibus eiusmodi in re auctores fuerunt ac duces. Quapropter, Summi Pontificis obsequens desiderio Tibi et singulis, qui tuae subiacent potestati, animarum regimen gerentibus, Eius nomine, magnopere gratulor et gratias ago.

Siquidem, ut in iisdem encyclicis litteris Beatissimus Pater edicit, uberes iucundissimosque fructus, nedum in singulos christifideles, verum et in universam christianam familiam, imo et in omne genus hominum, ex hac solempni oblatione derivaturos confidit, et nos cum Eo confidimus. Omnes enim intime persentiunt quam necessarium sit, ut languescens nimium fides vividius excitetur; ut sinceræ caritatis ardor ignescat; ut exsultantibus nimium cupiditatibus frena iniiciantur, moribusque in dies contabescentibus medicaminis nonnihil afferatur. Omnium in votis esse debet, ut humana societas suavissimo Christi imperio subiiciatur, Eiusque regium ius, divinitus Ei in omnes gentes collatum, civiles etiam potestates cognoscant et reverentur; quo fiat ut Ecclesia Christi, quæ regnum Ipsius est, magis magisque amplificetur et ea perfruatur libertate et quiete, quæ ad novos usque triumphos comparandos prorsus est ei necessaria. Ad hoc denique ab omnibus enitendum est, ut innumeras gravissimasque iniurias, quæ quotidie in universo orbe, divinæ maiestati ab ingratis hominibus inferantur, compensare piis operibus ac reparare studeamus.

Verum ut concepta spes novas in dies vires acquirat, ac bonum eiusmodi semen affluenter germinet, uberiolemque afferat messem, necesse est ut iam excitata pietas erga sacratissimum divini Redemptoris Cor stabilis perseveret, imo alatur indesinenter. Constans enim perseverantia in precibus quamdam, ut sic loquar, vim afferet dulcissimo Iesu Cordi, ut earum recludat fontes gratiarum, quas Ipsemet cupidissime elargiri desiderat, quemadmodum B. Margaritæ Alacoque, amantissimæ suæ, significavit non semel.

Quamobrem Summus Pontifex, me usus suæ voluntatis interprete, Amplitudinem Tuam et universi catholici orbis sacrorum Antistites vehementer hortatur, ut, coeptis alacres insistentes, ea excogitent et constituent, quæ, pro varia locorum



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

tris, profecto laus maxime debetur sacris Praesulibus, qui suis gregibus eiusmodi in re auctores fuerunt ac duces. Quapropter, Summi Pontificis obsequens desiderio Tibi et singulis, qui tuae subiacent potestati, animarum regimen gerentibus, Eius nomine, magnopere gratulor et gratias ago.

Siquidem, ut in iisdem encyclicis litteris Beatissimus Pater edicit, uberes iucundissimosque fructus, nedum in singulos christifideles, verum et in universam christianam familiam, imo et in omne genus hominum, ex hac solemni oblatione derivaturos confidit, et nos cum Eo confidimus. Omnes enim intime persentiunt quam necessarium sit, ut languescens nimium fides vividius excitetur; ut sinceræ caritatis ardor ignescat; ut exsultantibus nimium cupiditatibus frena iniiciantur, moribusque in dies contabescentibus medicaminis nonnihil afferatur. Omnium in votis esse debet, ut humana societas suavissimo Christi imperio subiiciatur, Eiusque regium ius, divinitus Ei in omnes gentes collatum, civiles etiam potestates cognoscant et reverentur; quo fiat ut Ecclesia Christi, quæ regnum Ipsius est, magis magisque amplificetur et ea perfruatur libertate et quiete, quæ ad novos usque triumphos comparandos prorsus est ei necessaria. Ad hoc denique ab omnibus evitandum est, ut innumeras gravissimasque iniurias, quæ quotidie, in universo orbe, divinæ maiestati ab ingratis hominibus inferantur, compensare piis operibus ac reparare studeamus.

Verum ut concepta spes novas in dies vires acquirat, ac bonum eiusmodi semen affluenter germinet, uberiolemque afferat messem, necesse est ut iam excitata pietas erga sacratissimum divini Redemptoris Cor stabilis perseveret, imo alatur indesinenter. Constans enim perseverantia in precibus quamdam, ut sic loquar, vim afferet dulcissimo Iesu Cordi, ut earum recludat fontes gratiarum, quas Ipsemet cupidissime elargiri desiderat, quemadmodum B. Margaritæ Alacoque, amantissimæ suæ, significavit non semel.

Quamobrem Summus Pontifex, me usus suæ voluntatis interprete, Amplitudinem Tuam et universi catholici orbis sacrorum Antistites vehementer hortatur, ut, coeptis alacres insistentes, ea excogitent et constituent, quæ, pro varia locorum

ac temporum conditione, ad optatum finem assequendum magis conducibilia videantur.

Ipse vero Beatissimus Pater commendat quam maxime eum morem, qui iam in pluribus ecclesiis obtinuit, ut per integrum mensem Iunium varia pietatis obsequia divino Cordi publice praestentur: quod ut lubentius perficiatur, thesauros Ecclesiae reserans, tercentorum dierum indulgentiam christifidelibus imper- tit, toties lucrandam quoties sacris eiusmundi exercitiis inter- fuerint; plenariam vero iis qui saltem decem in mense vicibus idipsum praestiterint.

Magnopere etiam in votis habet Sanctissimus Dominus, ut praxis, alte commendata, ac pluribus iam in locis usurpata, qua, prima qualibet sexta feria cuiusvis mensis nonnulla obsequia peraguntur in honorem sanctissimi Cordis, largius assidue pro- pagetur: recitatis publice Litaniis, quas nuper Ipse probavit, et iterata consecrationis formula a se proposita. Quae praxis si in christiano populo augetur, et quasi in morem transeat, iugis erit et frequens affirmatio divini illius et regii iuris, quod Chri- stus in omne humanum genus a Patre accepit, et effuso san- guine acquisivit. Quibus obsequiis ipse lenitus, utpote qui dives est in misericordia, mireque propensus ad homines beneficiis cumulandos, eorum nequitiae obliviscetur et ipsos nedum ut fi- deles subditos, verum ut amicos et filios carissimos amplectetur.

Praeterea Beatissimus Pater vehementer exoptat ut adole- scentes, ii maxime qui litteris scientiisque dant operam, in eas societates congregentur, quae pii *coetus* vel *sodalitia a Sacro Iesu Corde* nuncupantur. Constant nimirum ex illo delectorum adolescentium agmine, qui dato sponte nomine, statuta per heb- domadam die et hora, in aediculas aut templa, aut ipsorum lit- terariorum ludorum sacella conveniunt, ibique, alicuius sacer- dotis ductu, pia quaedam in honorem sacri Cordis Iesu exercitia devote peragunt. Si gratum acceptumque divino Repemptori pium quodvis accidit obsequium, quod Ipsi a suis fidelibus ex- hibear, iucundissimum profecto illud est, quod e iuvenili pe- ctore elicitur. Nec vero sermone assequi possumus quantopere id ipsum iuvenili eidem aetati sit profuturum. Assidua enim di- vini Cordis contemplatio, et penitior virtutum eius et ineffabilis

amoris cognitio nequit fervescere iuvenum cupiditates non frangere, et virtuti sectandae stimulos non adicere. — Qui pariter coetus iniri ac frequentari poterunt inter adultos, in iis quae, varii generis, *Societates catholicae* nuncupantur.

Ceterum piae eiusmodi exercitationes, quas memoravimus, nullimode a Sanctissimo Patre indicuntur; sed omnia Ipse episcoporum prudentiae et sagacitati permittit, in quorum studiosa propensissimaeque voluntate plane confidit: illud unice exoptans, ut in populis christianis pietas erga sacratissimum Cor Domini Iesu indesinenter floreat et virescat.

Interim Amplitudini Tuae diuturnam ex animo felicitatem adprecor.

Amplitudinis Tuae uti Frater

Romae ex Secretaria Ss. Rituum Congregationis die XXI Iulii MDCCCLXXXIX.

C. EPISC. PRAENEST. CARD. MAZZELLA, *S. R. C. Praef.*

D. PANICI *S. R. C. Secretarius.*



## QUAESTIONES ACADEMIAE LITURGICAE ROMANAE

**Circa** « ADDENDA ET VARIANDA » **in Rubricis.**

### VIII.

#### De Sanctis Patroni Sociis.

(*Tab. Occur. n. 8*).

Cum quadam in urbe ex italis Clerus convenisset et populus in S. Eustachio Mart. (20 Sept.) pro praecipuo Patrono, iuxta Urbani VIII Constitutionem, eligendo, voti tandem uterque factus est compos. Sed gravis exorta fuit quaestio circa illius Socios, qui separationem non videbantur admittere, cum de uxore



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



aut per electionem legitime factam, a Clero et populo certi cuiusdam loci colitur, ut sit peculiaris intercessor apud Deum (Cfr. S. R. C. Decretum *in Briocen.* d. d. 9 *Maii* 1857, et Guyetum *lib. I, c. 7, q. 1*). Unde manifestum fit, non posse in Patronos eligi SS. mam Trinitatem, Deum, sive ullam ex Divinis Personis, ex eo quod nullum habeant se maiorem. Sed neque eligi potest Iesus Christus *ut homo*, vel eiusdem Mysteria, Reliquiae, Crux etc., quia Iesus Christus est « apud Patrem advocatus totius mundi (*S. Ioann., II, 1*) ». Ita generatim Rubricistae ; et S. Rituum Congregatio, die 20 Septembris 1681 *in Celsonen.* declaravit, non licere in Patronos assumere Sacras Spinās Coronae D. N. Iesu Christi, et electionem factam irritam esse.

Patronus, ut plurimum *Patronus loci* appellatus, differt a Titulari seu *Patrono Ecclesiae* pluribus de causis. 1. Quia Titularis Ecclesiae esse potest SS. Trinitas, Crux, etc., dum idem esse nequit de Patrono loci, uti superius diximus. 2. Quia Titularis a solo Episcopo eligitur, et pertinet ad Ecclesiam dumtaxat, quae illo sub titulo erigitur ; Patronus vero a Clero et populo eligitur, uti mox dicemus. 3. Quia festum Patroni principalis (aut saltem principalioris, si sint plures), quod sub ritu duplici primae classis cum octava recolitur, observandum est sub praecepto audiendi Missam et abstinendi a servilibus, ex Constitutione S. M. Urbani Pp. VIII, quae incipit « *Universa* » (13 *Sept. 1642*) : sed contra, festum Titularis Ecclesiae, etiam parochialis, non colitur sub praecepto, ut supra (S. R. C. 11 *Mart. 1719 in Ianuen.*), sed tantum sub ritu duplici primae classis cum octava. 4. Quia *Patronus* conceditur Regno, Provinciae, Civitati vel Pago ; Titularis autem, Ecclesiae tantum ; quo ex capite quodammodo de illius protectione gaudent qui Ecclesiae subditi sunt, uti v. gr. fideles ex illa Paroecia, Confratres illius Ordinis, Sodales illius Congregationis ad quas forsā pertinet Ecclesia ; non tamen Patronatus pro-

prie dicti (S. R. C. 12 Sept. 1840). Haud raro tamen contingit, ut Titularis Ecclesiae Cathedralis, Parochialis etc. sit item Patronus Civitatis, Oppidi etc.

In definitione Patroni, quam tradidimus, binae inveniuntur clausulae, ut nempe aut constitutus sit ex antiqua traditione et continua consuetudine, aut ex electione legitime facta. Prima clausula respicit Patronos ante annum 1630 constitutos, altera vero illos comprehendit, qui electi fuere post annum praefatum. Et sane, Sacra Rituum Congregatio, annuente Summo Pontifice Urbano VIII, die 23 Martii 1630, emisit Decretum, quo sancitum fuit, hunc ordinem esse servandum circa Patronorum electionem in posterum faciendam : 1. Ut ii tantum eligi possent, quos Ecclesia universalis titulo Sanctorum honorat, et non tantum Beatorum. 2. Ut electio Patroni civitatis fiat a populo, mediante generali civium consilio, accedente expresso consensu Episcopi et Cleri illius Civitatis. Idem dicatur de Patrono Regni eligendo, qui pariter eligendus est a populo singularum Civitatum, semper accedente consensu Episcopi et Cleri respective proprii cuiusque loci. 3. Ut causae electionis novorum Patronorum, deferantur in posterum tractandae ad Sacram Rituum Congregationem, ut approbationem et confirmationem consequantur.

Ergo ante annum 1630 hic ordo nullo iure requirebatur, unde hodie permultos tamquam legitimos Patronos videmus haberi quamplurimis in locis, quamquam nullo constet documento, eos ritu aliquo electos fuisse ; sed tantum vetus traditio imponitur et immemorialis consuetudo. Tales pleno iure impraesenti esse praesumuntur ii Patroni, qui ab immemorabili uti tales coluntur, quamvis non constet de formali eorumdem electione. Hic proderit innuere, praedictum ordinem debere quoque observari in electione Patronorum minus principalium, quia lex loquitur generaliter de Patronis quibuscumque (Cfr. Cavalieri : *T. 1, cap. 3,*



*Dec. 1, n. 2; et Benedictum XIV, de Canoniz. Sanct. Lib. 4, p. 2, Cap. 14, n. 5).*

Praemissis hisce utilibus notionibus, veniamus ad casum propositum. Rubrica ita se exprimebat ante annum 1882 (*Breviar. Rom. Rubric. in not. ad Tab. occur.*): « Si occurrat ut Patronus vel Titularis Ecclesiae descriptus sit eodem die in Calendario cum aliis Sanctis, in ea Ecclesia fit tantum de Patrono vel Titulari absque commemoratione aliorum. Qui, si in dicto Calendario descripti sint sub Officio duplici vel semiduplici, transferuntur in primam diem simili Officio non impeditam, et de eis fiat Officium semiduplex, nisi tamen sint de maioribus festis, quia tunc de translato quoque fiet Officium duplex ac si proprio die celebraretur. Si vero in Calendario omnes sint tanquam Festum simplex, de illis nihil fit ».

En autem textus Rubricae reformatae per Breve diei 28 Iulii 1882 (*Brev. Rubric. in not. ad Tab. occur.*): « Si occurrat ut Patronus, vel Titulus Ecclesiae descriptus sit eodem die in Calendario cum aliis Sanctis, in ea Ecclesia fit tantum de Patrono, vel Titulari. Alii, si in dicto Calendario descripti sint sub Officio duplici minori, non tamen alicuius Ecclesiae Doctoris, vel semiduplici, de eis nihil fit. Si autem sint de maioribus Festis, aut Doctorum, transferuntur, ita ut de translato fiat Officium ac si proprio die celebraretur. Si vero in Calendario omnes sint tanquam Festum Simplex, etiam de illis nihil fit ».

Tandem Rubrica novissima, nunc vigens, post Decretum diei 11 Decembris 1897 (*Rubric. general. post Tabellam occur. n. 8*), ita se habet: « Si accidat ut Patronus loci, vel Titulus Ecclesiae descriptus sit eodem die in Calendario cum aliis Sanctis, qui separari queunt, in ea Ecclesia, vel in loco, fit tantum de Titulari, vel Patrono. Alii, si in dicto Calendario descripti sint sub ritu Duplici maiori, vel minori, aut Semiduplici, transferuntur perpetuo in diem pri-



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

constituere nisi accidentale. Idem praeterea confirmatur ex *Monitum*, quod a Sacra Rituum Congregatione prodiit die 13 Septembris eiusdem anni, hac forma: « Nova officia in Calendario universalis Ecclesiae inserenda ex Apostolico Brevi diei 28 Iulii 1882 (quod vim obligandi habet anno 1884) assignari poterunt diebus proxime insequentibus vacuis in iis Calendariis particularibus perpetuis, in quibus alia officia iam affixa illis diebus reperiuntur, prouti pro Calendario Urbis provisum fuit ». Nec defuerunt posteriora Decreta, quae eodem sensu rem explicarunt (V. Decr. S. R. C. d. d. 23 Aprilis 1884 *in Colonien*; et 13 Septemb. 1885 *ad Episc. Engolismen*.).

Transeuntes nunc ad alteram quaestionis partem enucleandam, ad discutiendum nempe principium, quo regitur separatio vel unio sanctorum Patroni Sociorum, animadvertere debemus an praedicti Sancti coniuncti sint *per se* et ex natura rei, prouti esset v. gr. ob consanguinitatis vel affinitatis rationem, an *per accidens*, uti esset ex gr. ratione martyrii eodem die passi, vel eodem loco. Primo in casu separandi non essent, cum eorum coniunctio ex quadam necessitate procedat, ut erui datur ex Decr. *in Oveten*. diei 11 Augusti 1877, n. 3431, quo S. Rituum Congregatio, interrogata an separandi essent a Socio Sancti Fratres Iustus et Pastor, Cosma et Damianus, Hemeterius et Celidonius, Acischis et Victoria, Marcus et Marcellianus, respondit: « Praedictos Sanctos per se et ex natura rei coniunctos et eodem die in Calendario descriptos, quorum vel alter est Titularis Ecclesiae, vel alterius insignis Reliquia asservatur in Ecclesia, non esse separandos. (*Pars. sec. ad, 1.*) » Alio vero Decreto S. Congregatio eandem confirmavit regulam, iam traditam in dubio separationis Sanctorum, cum alterius habeatur quaedam insignis Reliquia: cum enim die 9 Augusti 1717 interrogata esset, utrum in Ecclesia S. Mariae in Porticu, ubi asservatur brachium S. Marcelliani tantum,

deberet quoque officium S. Marci recitari sub ritu duplici minori de Communi plurimorum Martyrum, an potius S. Marcelliani tantum, de Communi unius Martyris, respondit: « Officium esse recitandum de utroque Sancto de Communi plurimorum Martyrum ». Et die 11 Ianuarii 1749, ad 5, ad dubium, an in loco ubi habentur Reliquiae insignes Sanctarum Virginum et Martyrum Sociarum S. Ursulae, debeat recitari earum officium duplex, die 21 Octobris, cum commemoratione S. Hilarionis et S. Ursulae; an recitari valeat de singulis in particulari aliis distinctis diebus, respondit; « Fieri debet officium duplex de Ss. Ursula et Sociis, cum sola commemoratione S. Hilarionis, sicut fit Romae in Patriarchali Ecclesia S. Mariae Maioris, ubi asservatur, caput unius ex Sociis S. Ursulae ». Super quo decreto notandum est, praedictos sanctos veluti unam familiam, duce S. Ursula, efficere (1).

In secundo autem casu, cum nempe Sancti coniuncti sunt *per accidens*, utique possunt separari, quia nulla adest coniunctionis necessitas; id insuper confirmatur ex Decreto *in Aquen.* diei 4 Septembris 1745, ad 5, quo S. Congregatio, interrogata super separatione Sancti Dionysii Patroni loci, coniuncti in Breviario cum Sociis Rustico et Eleutherio, reposuit: « Posse recitari de uno Sancto, scilicet de S. Dionysio etc. (2) ».

II. Quomodo, in hypothese separationis, se gerere debuerint Calendariorum redactores ante et post annum 1882; atque in praesenti, circa ritum vel ipsammet celebrationem Festi Sociorum, quomodo se gerere debeant?

Tres epochas distinguere nobis necesse est, pri-

---

(1) Dispositio huiusce Decreti expuncti, uti alterius sequentis in *Aquen.*, in nova Collectione sub alio titulo apparebit.

(2) Confer si lubet *Ephem. Liturg.* an. 1898, pag. 241 et seqq.

mam nempe anteriorem Decreto diei 28 Iulii 1882; secundam spatio comprehensam inter diem praedictam et diem 11 Decembris 1897; tertiam vero posteriorem huic, ex qua datum est Decretum modo in suo robore perseverans. In prima epocha, festum Sanctorum Sociorum, si ritu decorabatur duplici primae aut secundae classis, vel maiori, transferebatur sub eodem ritu respective, in diem primam liberam iuxta Rubricas; si ritu gaudebat duplici minori aut semiduplici, pariter transferebatur, sed sub ritu semper semiduplici; si vero simplici colebatur ritu, mittebatur. In altera epocha, si ritus festi fuisset duplex primae aut secundae classis, maior aut minor (et hoc ultimo in casu Sanctus Socius fuisset etiam Doctor Ecclesiae), transferebatur festum Socii vel Sociorum in primam diem liberam sub eodem respective ritu: aliis in casibus, nempe duplicis minoris non Doctoris, semiduplicis et simplicis, semper mittebatur. Tunc autem quaestio orta est, num scilicet festum Sanctorum Sociorum, quod die translata sub ritu duplici vel semiduplici, vi anterioris iuris, colebatur, post novam dispositionem continuari deberet, an vi reformationis omitti. Huic questioni optima romanae *Ephemerides Liturgicae* sic reposuerunt: « . . . . si agatur de Ecclesia, quae nullam revisionem ac correctionem proprii Calendarii ab Apostolica Sede obtinuit, post Brevis *Nulla unquam* promulgationem, nihil innovandum putamus, et de Ss. Sociis Titularis officium agendum est ut antea. Etenim clare non constat, S. R. C. talem immutationem in Calendariis, prouti erant in usu, inducere voluisse. Si vero agatur de Ecclesia quae novam revisionem ac correctionem proprii Calendarii a S. Sede nuper obtinuit post dicti Brevis promulgationem (excepto speciali indulto), nil de illis agendum est (an. 1887, pag. 178) ». In tertia demum epocha, si festum inscriptum est in Calendario sub ritu duplici primae aut secundae classis, fit translatio Socio-



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



dem Lectiones inservient, ut supra dictum est, in secundo Nocturno. Quae doctrina plenam confirmationem adeptam est ex Decreto S. Rituum Congregationis in *Hispalen.* die 16 Ianuarii 1677 ad 2, quod huius est tenoris: « Si in hoc casu (si nempe Sancti sint ritus simplicis) lectiones disiungi commode possunt, legenda est illa de Sancto, cuius fit Officium duplex propter Reliquiam insignem, in secundo Nocturno, et erit quarta lectio; quinta et sexta sumendae sunt de Communi; altera vero lectio poni poterit pro nona lectione in tertio Nocturno, tanquam de Sancto simplici, de quo fieri debet etiam commemoratio ad Laudes; si vero non possunt commode disiungi, utraque ponenda est in secundo Nocturno pro quarta et quinta lectione, et sexta legenda est de communi, et in hoc casu lectio nona pro festo simplici repetenda non est; fieri tamen debet de eo commemoratio ».

III. Quomodo Calendarii praedictae urbis redactor instruendus, prout in casu?

Ex hucusque dictis clare infertur, quomodo Redactor Calendarii instruendus sit. Patronus, ut dicitur in casu expositione, iuxta Urbani VIII Constitutionem electus a Clero et populo, est S. Eustachius M. cuius festum, etiam in Ecclesia universali, die 20 Septembris recolitur, una cum Sociis, sub ritu duplici minori. Hi Socii, uti ex historia docemur, sunt Theopista uxor Eustachii, Agapitus et Theopistus eorum filii, qui omnes una cum illo Martyrium subiere. S. Eustachius igitur per se, et ex natura rei cum Sociis coniungitur, sunt enim naturali vinculo copulati; hinc nullimode sunt separandi, sed quamvis unus tantum ex iis sit loci Patronus, quoad Officium et Missam, omnes simul cultu gaudebunt solemniori, eo scilicet, qui Patronis competit, sub ritu, inquam, duplici primae classis cum Octava.

# DUBIORUM LITURGICORUM SOLUTIO



I. *Ex Hollandia. De praelatione in officio, S. Ioannis Evang. Titularis, et S. Stephani.* a) An in dioecesi, in qua S. Ioannes Evangelista est Titularis Ecclesiae Cathedralis, diebus infra Octavam, commemoratio S. Ioannis praeferri debeat commemorationi S. Stephani? b) An in die Octava S. Ioannis integras Vesperas sibi vindicet: ita ut die 2 Ian. legi debeat in Calendario *Vesp. de seq. eom. pr. et Ss. Innocentium*? c) Quid vero si in aliquo oppido eiusdem dioecesis S. Stephanus est *Patronus Loci*? an ibi die 26 Decembr. legi debeat: « Vesp. Nativ. a cap. de S. Stephano com. seq. et Oct. »? Diebus infra Oct. com. S. Stephani praeponitur commemorationi S. Ioannis, et in die Octava integrae Vesperae dantur S. Stephano cum comm. Oct. S. Ioan. et Innocentium. Ratio: Festum Titularis Ecclesiae Cathedralis extra ipsam est secundarium. An omnia bene disposita?

*Resp. a)* Re in se inspecta, nullum dubium, quin commemoratio S. Ioannis in casu praecedentia gaudeat prae altera S. Stephani. Ratio est, quia principium de festo potioris ritus praeferendo alii ritus inferioris, etsi ratione dignitatis potiori, sicut in occurrentia ita in commemorationibus agendis ad Vesperas applicari debet. Iam nunc S. Ioannes, uti Titularis, duplex 1. classis est, et festum S. Stephani dup. 2. classis; ergo.

b) Vi Rubricae recentius emendatae dies octavi festorum primariorum Ss. Apostolorum, generaliter loquendo, privilegio gaudent, ut Vesperas in concursu cum duplici minori non dividant, sed integras sibi vindicent.



In casu habetur concursus inter diem octavam S. Stephani et diem octavam S. Ioannis Ap. Titularis. Nonne ergo integras sibi Vesperas vindicabit octava S. Ioannis prae altera die octava S. Stephani? Dies enim octava habetur sicut duplex minus, nulla gaudens in concursu praecedentia, privilegio secluso. Ergo Calendarium die 2 Ian. sequenti modo rite ordinabitur: *Vesp. de seq. com. praec. et Ss. Innocentium.*

c) Affirmative, hoc est, die 26 Dec. in eiusdem Dioecesis oppido, ubi S. Stephanus est Patronus praecipuus, fieri debet sicut in universali Ecclesia, seu *Vesp. de Nativitate, a cap. de S. Stephano, commem. seq. et oct. Nativ.*, quae nunquam postea omittenda est. Infra octavam autem com. S. Stephani recte praefertur, ut in universali pariter Ecclesia, commemorationi S. Ioannis. Etenim S. Ioannes est dup. 2 cl. et S. Stephanus est dup. 1 cl. Insuper Titulus extra Cathedralem, quatenus talis, est secundarium, primarium vero festum est S. Stephanus sub omni respectu; ergo praeferendum est. In die vero octava S. Stephani, hic integras habebit Vesperas, et sequens solam commemorationem, postea fiet alia com. de festo Ss. Innocentium. Namque ait Gavantus: « Inter eadem vero festa (*S. Stephani, S. Ioannis et Ss. Innocentium*) serventur Rubricae Generales, ut Vesperae primae et secundae sint de digniori festo, idest primae classis et Patroni... cum com. minus digni etc. (*Sect. VI. Cap. VI, n. 6*) ». Porro hic de die octava agitur; sed octava sequitur naturam festi. Sicut ergo praevalet festum, ita et octava dies praevaleat oportet.

II. *Ex eod. loco. De Credo in Missa et oct. S. Ioannis Bapt. ubi est Patronus.* Ubi S. Ioannes Baptista est Patronus Loci dicine debet *Credo* per integram Octavam an. in sola die Festi?

*Resp.* Patronus loci fert, vi Rubricarum, Symbolum in Missa, non solum in die eius festo, sed per totam octa-



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

nos scribitur, sic res se habent : Die 23 Ian. recolitur festum particulare Desponsationis B. M. V., dup. maius: die 13 Febr. festum S. Ioannis Eleemosynarii dup. min., cuius dies propria est 23 Ianuarii : die autem 15 Febr. recolitur festum Ss. Hermili et Stratonici Mm. dup., quorum dies propria est 13 Ian. His positis, manifesto sequitur, festum Ss. Hermili et Stratonici de iure fuisse translatum e die sua 13 Ian. quippe in ea recolitur octava dies Epiphaniae. quae nulli festo cedit, proindeque illud festum die prima libera assignatum fuit, seu 13 Febr., die 23 Ian. a festo Desponsationis Deiparae iam occupata. Cum autem dies propria S. Ioannis Eleemosynarii sit 23 Ian., et hic assignatus fuit die prima post festum libera, seu 15 Februarii. Ea-propter, cum Ss. Hermilus et Stratonicus priores sint tempore, merito et in repositione praecedentia gaudent super S. Ioanne, cum ritu sint pares.

VI. *Ex eod. loco. De consuetudine quadam vim non habente.* Consuetudo viget Missam votivam canendi die Adorationis perpetuae : vim ne habet, ut non sit necessarium Indultum ?

*Resp.* Ut consuetudo in materia rituali vim habeat, servarique possit, requiritur, uti inter peritos convenit, a) ut sit immemorabilis, b) ut sit laudabilis, c) ut non sit aperte contra Rubricas. Atqui haec tria nequeunt, omnia saltem, comprobari in casu ; ergo. Primam quidem conditionem silemus, quam supponimus. Alteram non comprobari facile demonstratu est. Etenim quinam Adorationis perpetuae finis ? Respondeat cl. Gardellini in notissimis Commentariis ad Instructionem clementinam (§ XII, n. 1): « Ut populus unice sit adorationi intentus. Id adeo verum est, ut S. Carolus Borromaeus ecclesiasticae disciplinae cultor eximius, iusserit, ne in Ecclesiis Mediolani per integrum expositionis tempus ullae celebrarentur Missae, aut alia divina officia persolverentur ». Quod si id

indulget quibusdam Ecclesiis, non nisi indulget ratione necessitatis. Fideles itaque, Sacramento extante in Ecclesia pro adoratione perpetua solemniter exposito, non ad audiendam Missam accedunt, non ut ex sacrorum Rituum executione aedificationem accipiant, non ad aliud quemcumque finem, etsi sanctum, sed unice ad Sacramentum pro brevi, ut plurimum, tempore adorandum, quod unice pro adoratione expositum est. Huic autem consequendo fini non favet, ex Ecclesiae sentiendi modo, sed nocet potius Missae celebratio. Porro quod fini adorationis opponitur, quomodo iudicari possit laude dignum non videmus.

Hinc prohibitio Missarum, duabus notis exceptis, in altari Expositionis, seu ex Instructione Clementina, seu ex pluribus particularibus Decretis, quae uti Generalia habenda esse Gardellinius docet. Hinc quoque praxis, quae adamussim observatur in Urbe, ut praeter Missam pro eo exponendo ac reponendo, nulla alia celebretur in dicto altari: ut praxis contraria sit quoque aperte contra Rubricas et Decreta. Non possumus ergo, quin ad propositum Dubium negative respondeamus. Ad summum ea cohonestari fortasse posset ex unica ratione, vi cuius consuetudo non nisi difficillime posset abrumpi sine populi offensione et scandalo: de quo iudicet Ordinarius.

VII. *Ex Oppido Zabarcos. De Missis lectis de requie in die obitus.* Ex Decreto *Aucto* licet in duplici Missae privatae de Requie, cadavere praesente, insepulto... etc. dummodo funus cum Missa exequiali eadem die locum habeat. Hoc praelibato, en dubium: Cadaver Episcopi dioecessani, aromatibus conditum et locatum in aula maiori Palatii per biduum, triduum vel quatrimum, iuxta consuetudinem, insepultum manet. Quotidie in ipsa aula maiori Palatii Missae celebrantur pro defuncto Episcopo in altaribus ad hoc elevatis. Hinc quaeritur:

1. Occurrente *duplici*, licet privatim celebrare de

Requie in ipsa aula maiori Palatii, dummodo in Cathedrali eodem die locum habeat funus cum Missa exequiali iuxta decret. S. R. C., 12 Ian. 1897 ? Et quatenus negative :

2. An ad utendum privilegio decreti « Aucto » requiratur quod Missae privatae de Requie et funus cum Missa exequiali locum habeant in eadem Ecclesia ?

Et quatenus affirmative :

3. An aliqua gratia pro Episcopis a S. R. Cg. ne impetrari liceat, prae oculis habito supra exposito.

*Resp.* 1. Diversa privilegia, quae satis inter se differunt, confundi non possunt nec debent. Decretum *Aucto* non tangit Missarum privilegium datum in gratiam Episcoporum, maxime qui dioecesani sunt, sed tantum Missas lectas in genere pro die obitus in Ecclesia dicendas. Privilegium Episcoporum magis late patet, et dirigitur secundum Decretum aliud Generale **Qui pro Domini**, d. d. 3 Apr. 1894 (*V. Ephem. an. 1894, pag. 322 et 323*). Ut autem plures Missae, in aula Episcopali, ubi cadaver iacet expositum, celebrari valeant, non est necessarium ut funus habeatur cum Missa exequiali in Ecclesia, cum id praefatum Decretum prorsus sileat. Eapropter, dummodo aliae conditiones appositae in dicto Decreto serventur. tempore expositi cadaveris Episcopi, per totum mane Missae de requie celebrari iure possunt, etsi alia die deferatur ad Ecclesiam. Haec ad primum dubium.

*Resp.* 2. Quod attinet alterum, abstrahentes ab Episcoporum privilegio, de quo hic silemus, respondemus: Affirmative. Decretum namque in *Romana* d. d. 12 Ian. 1897 (*V. Ephem. 1897, pag. 129*), quod *Aucto* explicat, exigit, ut in Ecclesia habeatur cadaver vel physice vel moraliter praesens, et funus cum Missa exequiali, quod nisi comprobetur, Missae privatae non permittuntur. Quomodo autem hae conditiones verificentur, si in una habeatur cadaver, in altera Ecclesia dicantur Missae privatae sine exequiali cum cau-



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



autem , festum S. Ludovici in Calendario universali celebrari die 25 Augusti ; sed cum haec in Calendario Cleri Urbis, quod sequi debet adm. Rev. Consulens , dicata sit S. Bartholomaeo Ap., de iure S. Ludovico assignata est dies 1 Septembris, ab officio novem iectionum libera ; fit enim hac die S. Aegidius ritus simplicis. Sed haec dies , quamvis assignata , pro officio reponendo pariter impedita dicenda est , ut in ea S. Augustinus reponi nequeat ex Rubricarum vetito ; licet enim non sit *dies propria* pro S. Ludovico , est tamen *tanquam propria*. Dies ergo prima vere libera in Calendario quaerenda est ; ut in ea S. Augustinus reponatur.

Nunc autem deveniamus ad S. Bernardum , qui hoc anno in Calendario Urbis repositus est in diem 13 Septembris. Quaerit adm. Rev. Consulens, an illius officium cedere debeat locum officio S. Augustini, quod in perpetuum transferendum est, dum S. Bernardus translatus est tantum per accidens ? Reponimus, haud satis exactam esse petitionem; quia inter duo officia, quorum alterum perpetuo, alterum per accidens impeditur, par est ius, quatenus utrumque vagatur extra diem suam, et ius habet ad aliam diem, vel ad annum vel in perpetuum, *tanquam propriam*. Ratio autem praecedentiae desumitur vel a ritu, vel in paritate ritus a qualitate primarii, vel, ceteris paribus, a dignitate personali. Ut itaque dubium resolvatur, sequenti modo argumentandum est: S. Bernardus per accidens hoc anno est impeditus ; ergo in die prima libera reponendus ; sed dies prima libera in Calendario Urbis non nisi 12 Octobris est ; ergo in ea est assignandus. Namque dies 13 Septembris non est libera in loco, eo quod S. Augustinus die sua nunquam fieri potuit , ex quo eam impedit S. Hermes patronus ; ergo ex tunc *tanquam propriam* assumpsit , et de iure, S. Augustinus. Itaque Calendarium in loco ita ordinandus, ut dies 1 Septembris fiat de S. Lu-

dovico, dies *assignata*: die 13 Septembris fiat de S. Augustino, dies pariter *assignata*: die tandem 12 Octobris de S. Bernardo, dies *translata*.

IX. *E Carcasso. De secunda Oratione officio conformi in Missis privatis votivis dicenda.* Debetne esse conformis officio secunda Oratio Missarum Votivarum? Ratio dubitandi est, quia Missa votiva est ad libitum, cui alia suffici potest de simplici, de feria maiore occurrente, de requie, etc. quin com. fiat de officio votivo celebrato.

*Resp.* Magis esse nequit perspicua Rubrica Gen. Missalis circa Orationem secundam in Missis privatis votivis non omittenda. En verba textualia: « In (*Missis*) votivis beatae Mariae secunda Oratio dicitur *de officio* illius diei (*Tit. IX, n. 15*) ». In superiori numero eiusdem Tituli Rubrica iam dixerat: « In aliis autem (*votivis privatis*) dicuntur plures (*Orationes*), ut in festis simplicibus (n. 14) ». Cum autem eadem ratio votivi extet in istis, sicut illis beatae Mariae, eadem pariter esse debet legis dispositio circa secundam Orationem diei. Hinc auctores omnes, nemine excepto idem docent: pro quibus sufficiat referre De Herdt, cui universi in eadem tradenda doctrina conformes sunt. Quaerit cl. auctor quae et quot Orationes dicendae sint in Missis votivis privatis; et respondet, omni quidem cum certitudine: « Semper tres dici debent, etiam tempore passionis, ut in semiduplicibus eiusdem temporis, et etiamsi Missae solemniter (1) cantentur. Scilicet, prima votivae propria, **secunda officii diei** etc. (*Pars. 1 n. 44*). Huiusce autem dispositionis rationem satis sapientem credimus; quia Missa votiva dicitur ex quodam privilegio, quod Rubricae in semiduplici tribuunt. In semiduplici vero, uti mox vidimus, plures Orationes sunt dicendae. Saltem ergo, potiusquam omnes aliae Orationes

---

(1) Excipe si Missae sint solennes pro *re gravi*.



ex arbitrio sumantur in Missali, illa prius ponatur, quae pertinet ad officium recitatum: ut Missa, quae extra ordinem officii permittitur ex indulto, aliquid saltem de eodem officio habeat.

Quod rationem attinet dubitandi, ea nihil probat. Namque ex eo quod Missa est ad libitum, non sequitur ad libitum esse quoque eiusdem Missae partes. Aliunde Missas istas, quae ad libitum dicuntur, ipsa lex dirigit: ut si dicantur, iuxta legem dici debeant. Ea propter, si-ve Missa dicatur votiva, si-ve de festo simplici, si-ve de feria, de quibus singulis non fuit recitatum officium, huius officii commemoratio semper facienda est vi Rubricarum. Una excipitur, Missa de requie, in qua ex notis causis commemoratio recitati officii locum non habet. Itaque in Missis votivis privatis, inter quas comprehenduntur etiam cantatae et solemnes, nisi pro *re gravi* cantentur, semper secundo loco Oratio de officio diei dicenda est iuxta Rubricas.

X. *Ex Austria. De altaris fixi imagine Titularis non mutanda.* Iuxta doctrinam ab Ephem. liturgicis a. 1895 pag. 35 traditam imago altaris fixi nequit amoveri absque Apostolico indulto (*cfr. S. R. C. n. 4793 ad 3*). Ante annos triginta in quadam Ecclesia imagines trium altarium fixorum amotae sunt, et mox imago principalis B. M. V. ex alio altari in novam capellam translata. Quid? Estne ista doctrina certa?

*Resp. Affirmative.* Probatur 1. ex duobus Decretis in una Cong.nis Missionis, d. d. 27 Aug. 1836 n. 2751 (4793) ad 5, d. 27 Aug. 1837, n. 2762 (4804). Primum supponit aram principem Ecclesiae S. Nicolao dicatam, imagine relativa carentem, et quaerit, ut in illo altari collocari possit picta tabula Deiparae. Responsum est autem: « Negative; et apponatur imago S. Nicolai Titularis ». Quid, putas, S. R. Cong. respondisset, si imago S. Nicolai iam



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

petuitatis est particeps, mutarique proinde non potest. Hinc Guyetus ad Titulos altaris fixi id applicat, quod de Titulis Ecclesiarum docet: ut sicuti nunquam mutatur Ecclesiae Titulus, nisi per Ecclesiae ipsius destructionem, ita neque possit, nisi per demolitionem, destrui Titulus altaris, eadem enim est ratio. Hinc Ecclesiae praxis, quae ad Titulos Ecclesiarum atque etiam altarium, si fixa sint, addit quidem alios Titulos tamquam Contitulares, sed primum Titulum mutare in alium nunquam solet.

Ex quibus omnibus concludere posse credimus, imagines tres e tribus altaribus fixis ullo sine iure et abs re fuisse amotas, et esse, in propriis altaribus reponendas, vel certe audienda competens auctoritas, ut quid agendum decernat.

---

## BREVIORA RESPONSA

---

1. *Pro Rucupis in Anglia.* 1. Sponsi, mutuo consensu dato ceterisque expletis ritibus, quos Rituale tunc temporis praescribit, consultius est ut, sicut ab altari, ita ab ipso sanctuario recedant. Locus hic, haud pro sponsis est. sicuti neque pro magnatibus ipsis, sed pro clero: unde et presbyterium appellatur, a presbyteris profecto primum, inde ab aliis, qui ad presbyteratum ordinem dicunt. Eoque magis, quod sedes peculiare et quandoque etiam genuflexorium appositum ut plurimum pro sponsis parantur, quae esse in sanctuario dedecet, etiam pro principibus. imo pro his sunt prohibita. Quantum ergo fieri poterit, recedant; et in parte populi, in loco quidem separato, sed extra, ad balastrium maneant.

2. Orationes pro benedictione ignis in Sabbato Sancto. vel recitari possunt, vel cantari tono feriali, seu recto tono. uti dicitur, prouti communis fert consuetudo.

3. Lux electrica, modo non ad cultum, inservire potest non solum ad depellendas tenebras, sed etiam ad Ecclesias splendidius illuminandas. Altare num pars Ecclesiae non est? Ergo et in ipso esse potest, dummodo ad cultum non adhibeatur: ita saltem pro nunc respondere possumus, donec S. R. C. aliquid, si placuerit, hac super re declaret.

4. Stolae color non semper albus adhibendus necessario est quoties Eucharistia distribuenda sit extra Missam. Ergo Cappellanus Episcopi, etsi Missam de requie facientis, si ad aperiendum tabernaculum accedere ad altare debeat, stolam adhibeat coloris vel diei, vel albi, qui Eucharistiae proprius est.

5. Quando Oratio pro duobus defunctis est dicenda, pro quibus specificè fructus specialis applicandus est, non dicitur *Fidelium Deus omnium conditor*, quae est pro *omnibus* defunctis, sed sumatur illa, quae plurium est defunctorum, n. 11, vel alia item pro pluribus, n. 12. Intentio autem orantis Sacerdotis duos peculiariter intendat, in quorum suffragium sacrificium offert. Alia specialior non est.

6. Sufficiat adnotare cum cl. De Herdt: « Privilegia ad preces, quae ad instar Orationis 40 Horarum instituntur per tres dies continuos, ita tamen, ut de nocte SS. Sacramentum recondatur et Oratio interrumpatur, extendi nequeunt. Unde sequitur... Quod in tali expositione Missae votivae supradictae (*Pro Expos., pro Pace et pro Reposit.*) in duplicibus et aequivalentibus non sint celebrandae, sed tantum celebrari permittantur diebus, quibus votivae privatae permittuntur (*Pars 1 n. 1. 1.º*) ». Haec generaliter dicta sint. Verumtamen, cum in casu adsit peculiare Indultum, iure censemus, Expositionem praefatam

omnibus gaudere privilegiis, quibus Expositio per tres dies duasque noctes, sine ulla abruptione: secus Indultum nullam haberet significationem. Sive itaque Sacramentum multa nocte reponatur, sive sub illius initio, seu post occasum solis, idem est. Optime autem benedictio impertitur, imo impertiri debet, antequam repositio fiat, seu post absolutam functionem. Quoad thurificationem animadvertimus, actum primum, quo acceditur ad Sacramentum expositum, esse de more, post profundam reverentiam, eiusdem Sacramenti thurificationem: inde canendum *Tantum ergo*, intra quod iterum Sacramento thus adolendum est, quin tamen rursus imponatur, quod necesse non est. Haec praxis Urbis, aliarumque observantiorum Ecclesiarum.

II. *Pro Gallia.* Sacerdotes, qui spiritualium exercitiorum causa morantur in aliqua domo religiosa, non solum possunt, sed tenentur etiam ad officium domus, in qua morantur. Id autem, sive quia domus religiosae, ad spiritualia exercitia tradenda addictae, huiusmodi privilegio gaudent: sive quia secus magna foret inordinatio, et officium in communi recitari non posset. Neque obstat, si domus religiosa officium recitet aliquantulum a Romano diversum, quia privilegium est, quo Benedictini certe fruuntur, sed et alios credimus eodem privilegio frui. Decretum autem in *Marsorum* 12 Nov. 1831 non respicit casum istum, sed casus ordinarios, in quibus Sacerdotes extra propriam Dioecesim morantur.

III. *Pro Belgio.* Color antependii altaris et conopei super tabernaculo, qui officio diei respondet, cum post Vesperas habetur Benedictio cum Sacramento, seu *salut*, ut gallice dicitur, nulla ratio dictat ut mutetur in album ratione ipsius Sacramenti; mutari tamen debet cum dicta Benedictio habetur extra omnem alium actum liturgicum. Quod primum attinet, certum est ex Decretis in quacumque fun-



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



minare patronum loci : adeo ut omnis cessare debeat dubitandi ratio. En textualia verba novissimae dispositionis, licet adhuc non vulgatae: « S. R. C. declarat Regulares (in Missa) in Oratione *A cunctis* posse ad litteram N. nominare proprium S. Fundatorem, dummodo Titularem (si nominari queat) non omittant; servato tamen ordine dignitatis in Rubricis praescripto (*Decr. 2 Dec. 1891, n. 3758*). »

V. *Pro eod. loco.* Institutiones Liturgicae cl. Stella (*pag. 253*) quaerunt: An detur praeceptum festa Reliquiarum celebrandi, et sine ulla errandi formidine respondent: « Negative, sicuti ex praxi plurium Ecclesiarum constat, in quibus Reliquiae insignes Sanctorum asservantur, diebusque eorum festis exponuntur quidem publicae fidelium venerationi, quin tamen de iis liturgicum festum celebretur. Ceterum nulla huiusmodi praeceptum lege impositum est. »

VI. *Pro Marianopoli.* Notum facimus, nullum compositum esse aut approbatum a S. R. C. officium novum *boni Latronis*, neque diem pro eius festo pro Ecclesiis generaliter mutatum; ergo res in loco sint ut sunt.

VII. *Pro Dioecesi Quitensi.* 1. *Ordo perpetuus*, non a Catalano, sed a Gavanto redactus est. Eiusdem *Ordinis perpetui* reformatio ultima facta est a Rev. P. Buchauer et penes Administrationem Ephemeridum venundatur.

2. Altaria choralia eiusdem sunt iuris atque alia altaria Ecclesiae Cathedralis, ut super illis quivis Sacerdos facere Sacrum possit, vel private vel cum cantu: quae tamen Missae vetitae tantum sunt dum Horae canonicae persolvuntur.

3. Regulariter, diebus solemnioribus chorales bini et bini accedunt ad altare pro Vesperis et Missa conventuali, eodemque modo recedunt. Genuflexione in ingressu peracta, se invicem salutant, et alter hinc, alter inde in cho-

rum pergunt: in egressu, eodem modo se gerunt, mutua salutatione omissa. Quando, officio incepto, aliquis e Canonicis supervenit, sive cantetur officium sive recitetur, reliqui chorales salutant illum, a quo post orationem et reverentiam Cruci, salutantur. Si chorus ita post altare situm sit, ut ingrediens videri nequeat, a mutua salutatione omnes dispensati, ex rei natura, manent. Dum vel recitantur vel canuntur strophae hymnorum, ad quas chorales genuflectere debent, nemini ingredi chorum licet, sed finem strophae expectare fas est.

4. *Ductus* thuribuli comprehendit totum unius partialis incensationis actum: *ictus* exprimit tantum partem actus thurificationis. Nihilominus utrumque verbum saepe accipitur ad significandum totius partialis thurificationis actum.

5. Qui in aliena Ecclesia celebrant, conformare se debent in omnibus et per omnia officio illius, quamvis eandem Missam iam alias legerint, aut post aliquot dies lecturi sint.

6. Iam alias sustinuimus, Seminarium vel de iure vel de facto censeri ad Communitatem religiosam pertinens, quae illud gubernat et dirigit, consequenter et illius Ecclesiam vel Oratorium publicum. Hinc Communitas ius habet celebrandi Missam iuxta Calendarium suum, cui se conformabunt, si qui sint, Sacerdotes coadiutores Communitatis.

7. Cum in choro canuntur Vesperae, Canonico antiphonam intonante, omnibus surgendum est, vel ex parte intonantis tantum, vel ex utraque parte, prouti fert consuetudo Ecclesiarum. Ratio principii, quod, Sacramento exposito nemini debetur reverentia, non comprobatur in casu.

8. Praeintonare non est legere, sed canere, uti canendum est intonanti; ergo, secundum Caeremoniale Episco-



porum, praeintonans iuxta notas musicas debet Canonico intonanti canere.

9. Intonant antiphonas Canonici iuxta ordinem dignitatis; sed si quis alteri cedat inferiori, magis in cantu perito, non credimus eum reprehensione dignum, quia ius servatur.

10. Officia in choro nunc leguntur nunc canuntur prouti fert consuetudo, quae statutis capitularibus necesse est innitatur.

11. In Processione Corporis Christi cantatur *Pange lingua*, cuius versiculi usque ad *Tantum ergo* exclusive repeti pluries possunt; et si longior sit via, addi potest *Lauda Sion*, vel cantici, vel psalmi: quae partim ex littera, partim ex spiritu Caeremonialis Episc. constant.

VIII. *Pro Curenna*. Occurrentibus simul feria 2<sup>a</sup> Rogationum die 22 Maii, ut in proximo anno, atque in Ecclesia B. anniversario Consecrationis Episcopi, tres Missae indubie canendae: prima de Sancto post Tertiam, altera de anniversario post Sextam, tertia de Rogationibus post Nonam. In Missa de Anniversario dicitur Praefatio de tempore, seu paschalis.

IX. *Pro Carcasso*. 1. Preces praescriptae post Missam a Leone Pp. XIII, non debent omitti in Missa votiva SS. Cordis Iesu, etsi benedictio cum SS.mo impertienda sit. Prius dicantur praescriptae preces, postea functio peragatur relativa, quam sequetur Benedictio. Ratio privilegiorum huiusce Missae nil probat contra dictas preces; quia privilegiata est ut dici possit, non autem ut desinat esse privata, vel ut aequivaleat conventuali: adeo ut, nisi in cantu fiat, preces sint in praecepto. Missa autem privata, nisi conventualis sit, privata manet, sive de vivis sit sive de requie, etsi pro cantata dicatur, ergo semper dictas preces admittit.

2. Missa de requie, uti notum est, nullam dicit rela-



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

chinum pensile, subter quod illud exponeretur. Sed absolute loquendo, usus Sacramenti thurificandi antequam exponatur in throno, per se improbari non potest cum lex explicita non extet. Secunda vice thurificatur Sacramentum post verba « Genitori Genitoque »; itaque ad alia « Veneremur cernui » profunda fit reverentia, et dein imponitur thus in thuribulo: adeo ut commode post intonationem « Genitori Genitoque » thurificatio fiat.

XII. *Pro Dioecesi Parmensi.* 1. Praescriptae Antiphonae tempore processions in festo Purificationis, quae canenda sunt in benedictione Cinerum, Hymnus *Gloria, laus et honor* in processione Palmarum etc. etc. verbo omnes antiphonae, hymni, responsoria, tractus, quae in his aliisque functionibus concinenda praescribuntur, omitti nequeunt sine fractione legis, maxime in Ecclesiis Cathedralibus; et si organa pulsari non debeant, quia ex iure vetita, per integrum cantanda sunt, uti prostant in sacris Codicibus.

2. Si Prima cantetur, nil vetat quominus preces in ea legendae, uti et versus *Pretiosa*, elatiori voce dicantur.

XIII. *Pro Austria.* 1. *Decretum Ruthenen.* (22 Maii 1896) nominat explicitè Cappellas Episcoporum, Seminariorum, Collegiorum, Piarum Communitatum, Hospitalium et Carcerum, et prorsus silet de Cappellis domorum Regularium, inter quos et Monachi recensiti intelliguntur. Ratio est, quia Regulares, generaliter loquendo, Ecclesiam habent publicam, et in Oratoriis internis, quae erigere pro eorum privilegiis facile queunt, vix principale aliquod censerì potest ad effectum memorati Decreti. Hinc in dictis Oratoriis semper Missa concordare potest cum officio Celebrantis. Ceterum, non dubitandum, Decretum et Regularibus uti et Monachis favere, si Ecclesia publica sint destituti; ad minus enim et ipsi pias Communitates constituunt.

2. In Dominicis *Gaudete* et *Laetare* indubie organa

pulsari possunt, etiam in Missa et Vesperis solemnibus. Sed de obligatione organa pulsandi asserere non audemus, ne quod in commodum concessum est, in gravamen vertamus.

3. Unum Nocturnum esse a Neosubdiaconis et Neodiaconis recitandum, non duos, ex verbis patet, quae dicit Episcopus Ordinans: « *Dicite nocturnum* ». Quod si Monachi in unaquaque feria duos nocturnos habent, non ideo ambos recitare debent. Constat ex responsione S. R. Cong. quae, si Episcopus ordinationem habeat die dominica, dicatque nihilominus « dicite Nocturnum talis diei, » declarat primum Nocturnum Dominicae recitandum esse (*11 Aug. 1860. Vid. Ephem. 1897, pag. 321 et Decr. 4342 ad 1, quod in Vol. 3 Coll. evulgabitur*). Ergo, a pari, unum Monachi Nocturnum, seu primum, feriae relativae dicent, et satis erit: quod quidem recitabunt iuxta Breviarium monasticum, quod ipsorum est proprium et non in Romano.

---

## SOLUTIO QUAESTIONIS

pro mense Augusto 1899 propositae.

---

### PROPOSITIO

Anniversaria defunctorum sive late sive stricte sumpta affixa ne esse possunt feriis hebdomadarum ?

### SOLUTIO

Ad rectum praebendum responsum, recens decretum ab *Ephemerid. Liturgic.* non semel allatum, pluriesque commentatum referre, atque exponere ante omnia iudicamus.

« Anniversaria seu Missas cum cantu pro defunctis, sive

fundata a testatoribus pro die obitus aut alia determinata die, sive privata ad petitionem viventium, dummodo pro die obitus, prohibentur tantum in duplicibus primae et secundae classis, in Dominicis et Festis de praecepto, infra octavas Nativitatis Domini, Epiphaniae, Paschae, Pentecostes, et SS. Corporis Christi, necnon feria IV Cinerum, in maiori Hebdomada, in Vigiliis Nativitatis et Pentecostes; sicuti et tempore Expositionis sollemnis SS. Eucharistiae in relativis Ecclesiis ».

« Eadem anniversaria si in diem impeditam incidant, vel in proximam diem liberam transferri posse, vel in proximiori antecedenti die similiter libera anticipari; dies autem liberi ii sunt, qui in superius recensitis non comprehenduntur. Quod de diebus anniversariis pro defunctis statuit, S. R. C. declarat extendendum esse quoque ad die 3, 7 et 30 ab obitu, sive quoad Missam de Requie cum cantu, sive quoad translationem si impediatur. Denique eadem S. R. C. declarat, diem anniversarium pro defunctis, nec non dies 3, 7, 30, tam a die obitus, quam a die depositionis computari posse. Contrariis non obstantibus quibuscumque. Decr. d. d. 2. Dec. 1891, n. 3740 ».

*Ephemerides* proseguuntur: « Hinc ut anniversaria vere sint talia et notis fruantur iuribus, non amplius impraesentiarum requiritur ut sint fundata, sed sufficit ut sint privata, dummodo sint vere anniversaria a die obitus vel depositionis. Consequenter ex tribus conditionibus, quas videbatur pro anniversario exigere decretum generale Missalibus Romanis praemissum, nempe ut sit dies anniversaria ab obitu vel depositione, ut a testatoribus vel haeredibus fundetur, et ut quotannis fiat, prima satis est, et aliae duae non requiruntur amplius. Inferes: neque attendenda iam esse, quae auctores liturgici, esto probatissimi, hac super re exposuerunt hucusque, neque ipsum praefatum Missalis generale Decretum, si iidem auctores praedicto sensu illud explicaverunt (*Ex Dec. 2, Dec. 1891*) (1).

---

(1) *Ephem. Litur. an. VIII. pag. 675.*



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



Tam verum anniversarium, quam alterum, de quo sermonem nunc fecimus, omni claritudine apparet affigi non posse feriis hebdomadarum; quia primum affigendum est *diei obitus vel depositionis*: secundo vero (inquit Decretum) *aut alia determinata die*; non autem *alia determinata feria*. Ergo manifestum est praeceptum legislatoris, nempe ut alterutrum in determinata die alicuius mensis affigatur, numquam vero ad quampiam feriam mobilem.

Praeter enunciata duo anniversaria, alia adsunt quae *late sumpta* appellantur: ista sunt illa, quae a religiosis Communitatibus, a Canonicorum Collegiis, a Confratribus, aut ab aliis quibuscumque piis sodalitatibus pro Confratribus defunctis semel in anno fieri solent; nec non illa, quae pro fidelium pietate infra Octavam Omnium Fidelium Defunctorum locum habent. Haec autem permittuntur ex novo iure in omnibus duplicibus minoribus, diebus tamen exceptis, in quibus neque anniversaria *stricte sumpta* permissa sunt (1).

Insuper ista anniversaria privilegio translationis fruuntur: En quomodo *Ephemerides Liturgicae* loquuntur super his: « Anniversaria pro defunctis *late sumpta*, si liturgice impedita, arbitramur in primam diem transferri posse. Si enim anniversaria *stricte sumpta* ex privilegio transferuntur, a fortiori dicendum est, idem privilegium favere iis, quae proprie anniversaria non sunt. Magis est enim transferre diem obitus ad diem non obitus, quam diem in quo mors non accidit, in aliam eiusdem conditionis: ut privilegium illis favens, et istis maiori cum iure favere debeat. Arrogas hic non agi de re odiosa, sed de re favorabili in gratiam animarum, quae in expiatoriis flammis detinentur. Eapropter arbitramur privilegium favens anniversariis proprie dictis, extendi posse ad alia, quae *late sumpta*, seu impropria sunt (2) ».

---

(1) *Ephemerides Liturgicae*, an. XII. pag. 220.

(2) An. XII, pag. 520.

Missa huiusmodi anniversarii, si quidem in cantu, ritui duplici respondet, et unam orationem habet, quae erit conveniens, nempe vel *Deus veniae largitor*, vel *Fidelium Deus*: Sequentiam tamen habebit, quippe quae in Missis cantatis numquam omittitur (1). Ratio autem ex qua non est dicenda *Oratio Deus indulgentiarum* est, quia non sunt vera anniversaria.

Haec anniversaria, ut privilegiis indicatis frui possint, affigenda necessario sunt diei, vel ad aliquam feriam extendi possunt?

Nos iudicamus celebrari posse in die fixa vel mobili; ast, ut privilegiis huiusmodi anniversariis concessis, fruantur, nobis videtur ut Capitulum, Congregatio, Sodalitas etc. necessario semel pro sempre statuam diem fixum, vel mobilem: aliter vocari nequeunt anniversaria *late sumpta*: sed officia simplicia nullo fruuntur privilegio.

Inferimus: Anniversarium *stricto sensu* acceptum sive ex testatoris dispositione, vel viventium petitione, in proprio die obitus vel depositionis celebretur: vel in alio die statuto a testatore immediate, vel mediate per haeredes, affixa debent esse ad diem, nunquam vero ad feriam: ratione a nobis allatae satis probant, proindeque aliis argumentis non indigent.

Quoad vero anniversaria *late sumpta* diserte praefulget quod ista tam ad diem aliquam certam, quam ad feriam alicuius hebdomadae affigi possunt; legislator namque in tradendo praedicto favore nullam praebuit distinctionem circa diem fixum vel mobilem: ergo ubi legislator non distinguit (prouti evenit in prima huiusce quaestionis parte, in qua tota claritate locutus est), nec etiam nos distinguere debemus. Clarissime apparet quod libertatem plenam cuicumque Congregationi etc. reliquit, nempe diem vel feriam alicuius hebdomadae eligendi, prout sibi vel populo fideli utiliorem putaret.

NIVARDUS BOSSI *Parochus,*  
*ex Academiae Liturg. Rom.*

---

(1) Ephemerides Lit. an. XII, pag. 521.



## QUAESTIO SOLVENDA

PRO MENSE OCTOBRI 1899.

In Absolutione pro Sacerdote defuncto, cuius cadaver non est physice praesens, quo loco sistere debet Crucifer cum acolythis?

## DE OFFICIIS SIMPLIFICATIS

### DISSERTATIUNCULA

1. Quidquid sit de antiquitate, quam silemus, vocis « simplex », certum exploratumque est, per officium *simplex* illud esse intelligendum, quod tribus lectionibus constat. In quo a duplici et semiduplici differt, quae constant novem lectionibus. A simplici derivat *simplificatum*, hoc est redactum ad instar simplicis. Quid sit officium simplex, verbis Rubricae non dicunt, sed re satis clare praedicant quomodo illud sit agendum. A fortiori tacent quid sit *simplificatum*, cum nihilominus quomodo et istud pariter agendum sit perspicue doceant.

2. Officium simplex est infimi ritus, eo enim alius depressior ritus non habetur, ut ipsamet Rubrica dicat: « Officium quotidie fit, aut duplex, aut semiduplex, aut *simplex* ». Officium ergo *simplificatum* a fortiori ritus infimi esse debet, cum ab illo derivet, ut applicari possit: « Derivata patris naturam verba sequuntur ». Quinimo, si severius loquamur, officium *simplificatum*, non est officium, sed potius officii supplementum. Cum videlicet



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

Officium simplex occurrere potest cum duplici aut semiduplici, et indubie eis cedit; sed occurrere quoque potest cum aliis simplicibus, iuxta varios ordines, quos astruit cl. Piacenza (*Expos. noviss. Rubr. cl. Piacenza, Tabel. in fin.*), et nunc cedit, nunc praevalet. Hoc autem praedicare de simplificatis liturgicum esset absurdum, quod nemo admittere vellet. Simplex concurrit, licet in solis primis Vesperis (*Rubr. Gen. Tit. XI, n. 8*), et nunc similiter cedit Vesperas integras, solamque habet commemorationem, quam aliquando amittit, et nunc habet Vesperas a Capitulo. Quod et comprobari ius nequit in simplificato, ut neminem latet.

5. Quaenam vero sunt iura simplificati? Diximus iam, sed iterare iuvat. Unica sua iura reducuntur ad commemorationem in primis et secundis Vesperis, ad nonam lectionem in Matutino, denique ad aliam commemorationem in Laudibus; si tamen simplificatum vel duplex fuerit vel semiduplex. Haec autem, intelligas, nisi vel in toto vel in parte impediuntur. Patet ergo, iura simplicis et iura simplificati satis esse diversa, satisque illa potiora esse quam ista. Nihilominus in hoc conveniunt ambo, quod tam simplex, quam simplificatum commemorationem habeant ad primas Vesperas et ad Laudes.

6. Inquiri nunc potest: Commemoratio simplicis et com. simplificati, eiusdem ne sunt conditionis? Respondemus negative: quia com. simplicis, utique in primis Vesperis quibus tantum gaudet, stat pro ipsis Vesperis, ad quas ius, secluso impedimento, possidet. Commemoratio, ex adverso, simplificati pro Vesperis stare nequit, ad quas nullum ius possidet. Consequenter com. simplicis supplet ius Vesperarum, com. simplificati nullum ius supplet, quia Vesperas simplex factus habere non potest. Sit venia paritati: Caius ius habet ad integrum prandium in mensa; sed, impeditus, portionem aliquam tantummodo recipit.

Caius dictae mensae assidendi nullum ius possidet, sed tamquam pauperi, ex caritate, vel etiam ex iustitia, eandem quam Caius portionem recipit. Quanta conditionis disparitas! Similiter in casu: simplex et simplicatum in eadem apparenter conditione versantur; sed longe melior est ius simplicis possidentis, quamvis per accidens eodem modo tractetur ac simplicatum, nullum ius possidens.

7. Hinc palam sequitur, duabus extantibus commemorationibus agendis, quarum altera pertinet ad officium simplex, a fortiori ad semiduplex aut duplex, altera ad **simplicatum** cuiuscumque ritus fuerit, illam debere praecedentiam habere, utpote potioris iuris, super ista inferioris iuris: quod et Rubricae novissime emendatae praedicant. Quamvis enim utrumque officium in commemoratione consistat, prima com., quae est simplicis, pertinet ad officium quod agitur, secunda ad nullum pertinet officium. Porro primo, iuxta Rubricas, commemoratur officium, quod agitur, deinde fiunt aliae commemorationes, quae ab eodem officio sunt extraneae.

8. Obiicies vero: Compertum est simplicata intelligi debere de quibus, non recitentur officium aut Vesperae, sed habetur aliqua tantum commemoratio. Hinc in occurrentia, cum de uno solo fiat totum officium, cetera omnia dicuntur simplicata; sed in concurrentia, cum aliquando conflentur Vesperae ex utroque concurrente, scilicet ex praecedenti usque ad Capitulum et a Capitulo de sequenti, aliquando ex uno integraliter constituentur, tunc neutrum in primo casu reputari nequit simplicatum, cum de utroque partialiter recitantur Vesperae, dum alterum in secundo casu pertinet ad simplicata, cum de illo fit tantum aliqua commemoratio. Nonne hinc sequitur, commemorationem ad officium pertinentem, quando praeter eam nil aliud in Vesperis possidet, et commemorationem extra-

neam ipsi officio, paris esse iuris, quia utraque est de officio simplicitate?

Respondemus negative. Animadvertas enim, depressionem ritus sive duplicis, sive semiduplicis, sive simplicis, quae incipit in concurrentia primarum Vesperarum, fundari certe in occurrentia in eaque desinere, si de simplici agatur, vel in concurrentia secundarum Vesperarum, si de duplici aut semiduplici agatur. Verum quod de occurrentia praedicatur, non debet praedicari de concurrentia; cum Rubricae de illa et de ista diverso modo loquantur. Sane in Tit. IX n. 7 agitur de duplicibus et semiduplicibus *ad modum simplicis* reducendis, hoc est de illis novem lectionum officiis quae simplicificantur; et haec simplificatio fit iuxta eandem Rubricam, per trinam commemorationem in utriusque Vesperis et Laudibus. Iam nunc necessarius huiusce simplificationis effectus est, ut ius concurrenti amittant, et nullo in casu Vesperas vel in toto vel in parte habere valeant, sed solam commemorationem. In titulo vero XI agitur de officiis duplicibus et semiduplicibus, non simplicandis, sed qualia sunt in se, seu in proprio ritu; et de iis normae assignantur, quibus eorum Vesperae sunt ordinandae. Dictae autem normae sunt, ut, proprio retento ritu, nunc integras habeant Vesperas, nunc dimidiatas, nunc solam commemorationem, nunc etiam nihil. Nescimus ergo, quo iure simplicitate appellentur officia duplicia et semiduplicia, quando sola in Vesperis commemoratione fruuntur; quia ritus qui duplex vel semiduplex fuit in occurrentia, idem remanet in concurrentia: sicut etiam ritus simplicitate, hoc est depressus in occurrentia, etiam in concurrentia remanet.

10. Nunc autem ex hac depressione ritus derivat amissio iuris, sicut ad Matutinum et Laudes, ita ad Vesperas, vel primas vel utrasque. Cum autem eiusmodi ritus depressio non habetur, neque comprobari per consequens,



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



fuerint, nullo iure ad quascumque Vesperas fruuntur. Illa praefatum ius habent, quia de iis factum est vel agendum officium : ista nullum ius possident, quia de his nullum actum est officium vel agendum. Commemoratio proinde, aut Vesperis sufficitur, quae esse poterant et debebant, eritque commemoratio simplicis, semiduplicis vel duplicis : aut Vesperis sufficitur, quae esse nec poterant nec debebant, eritque commemoratio simplificati. Non ergo omnia officia eo ipso simplificada dicenda sunt, quo commemoratione tantum in Vesperis gaudent. Vel certe, si ita appellare velis, non insistimus : attamen concedere fas est, ea longe in alia, quoad iura, conditione versari ac simplificada, quae uti depressioris ritus, ad solam commemorationem habere ius possunt.

12. Dicit Rubrica : « De festis duplicibus et semiduplicibus, quoties reduci debent ad modum simplicis, fit com. ad instar diei octavae et Dominicae in utrisque Vesperis et Laudibus (*Tit. IX, n. 7*) ». Sed ex ea non sequitur, duplicia et semiduplicia simplificada proprium servare ritum, quod profecto contradictionem saperet; sequitur immo oppositum, id est, duplicia simplificada tractanda esse sicuti tractanda esset dies octava utique simplificada, et semiduplicia pariter simplificada sicut tractanda esset simplificada Dominica : hoc est, trina de iis simplificatis com. facienda, nisi in toto vel in parte impediatur. Hoc autem ulterius confirmat quod superius diximus, videlicet officia simplificada inferioris esse conditionis quam officia duplicia, semiduplicia, atque etiam simplicia. Namque haec officium habent integrum, dum simplificada non nisi trinam commemorationem, vel tantum binam, uti simplicia, habent.

13. A veritate proinde alienum credimus illud assertum, vi cuius quando totae Vesperae de uno ex concurrentibus sunt, alterum concurrens commemorari debet

iuxta ritum et dignitatem, qua pollet relate ad omnes alias commemorationes agendas, quamvis hae ad simplificada pertineant, nullo ad concurrentiam respectu habitu. Id enim significaret, simplificada non esse uti talia in concurrentia consideranda, sed uti semiduplicia, duplicia minora, vel etiam maiora, qualia nempe erant in concurrentia antequam ad ritum simplicem reducerentur, quod minus est rectum. Simplificada in concurrentia, non sunt amplius, etiam in concurrentia, uti ante simplificationem, sed talia, qualia per simplificationem facta sunt; ergo inferiora sunt duplicibus, semiduplicibus, atque etiam simplicibus, in concurrentia, quia in concurrentia eorum ritus depressus fuit, et iura sua amisit, inter quae illud potissimum concurrenti.

14. At falsum est, obiicies, simplificada iure concurrenti carere, seu iure ad Vesperas (aliter ne minima quidem de eis fieri posset commemoratio); sed Vesperas non habent, quia non convenit illa praevalere in concurrentia super officio, cui cedere ob privilegium dumtaxat in concurrentia debuerunt. Reponimus 1. Curnam officium, quod ius ad Vesperas amisit, neque commemorationem habere posset, et quidem ratione ipsius officii simplificati? Id Rubricae exigunt, et commemoratio eidem officio, quod non habent, sufficitur; quinimo ideo sola commemoratio sufficitur, quia de iis fieri nequit officium: hoc patet omnibus. Reponimus 2. Quaestiones verborum instituere nolumus; sed quaevis sit verbi *convenit* vis, certum est officium simplificatum Vesperas habere non posse. Vera quidem ratio, quia praevalere scilicet simplificada nequeunt in concurrentia officio, cui cesserunt in concurrentia, esto ex privilegio. At ratio eiusmodi aliam includit, hoc est: cum festum cedit alii festo in concurrentia et transferri nequit, eo ipso manet simplificatum; et uti tale, cum non habeat officium, nec Vesperas, quae inter partes officii po-



tiores sunt, habere potest. Hoc autem, ni fallimur, idem est ac dicere, ius ad Vesperas, ob depressionem ritus sui, festum simplicatum non possidere, sed ad solam commemorationem iuxta Rubricas.

15. Consectaria aliqua opponuntur, quae inconvenientia videri possunt, sed talia esse non credimus. Ex. gr. Supponitur concursus, ut in anno currenti 1899, inter S. Margaritam (semid.), et S. Barnabam (dup. mai.) qui accidit die 10 Iunii, in qua commemoranda quoque erat Dominica III. post Pentecosten. Dicitur autem: post Vesperas S. Barnabae, si S. Margarita primo commemoretur, iam habes semiduplex Sanctorum quod praevalet semiduplici dominicali, et absonum est. Qua enim de ratione talis praelatio? — Breviter reponimus: ratione concursus, qui est in S. Margarita, quae officium habuit, et non est in Dominica, quae concurrere nequit. Ratione ritus, qui est semiduplex in S. Margarita, et simplex in Dominica, utpote ad simplicem reducta. — Item, occurrentibus, die 11 Dec., Dom. III. Adventus, S. Damaso et die infra octavam Imm. Conceptionis semid., cum alicubi in crastino faciendum sit de infra hanc octavam, quomodo ordinabis Vesperas? Prima com. nonne erit de infra octavam, de qua agendum est in crastino? Sed ecce eversum absolute Decretum, iubens primaria festa anteponi secundariis in occurso et concursu. — At reponimus: Si de infra octavam agendum, id est ex privilegio; quia de iure agenda prima est com. de S. Damaso, utpote primario. Est ergo privilegium, quod Decretum evertit, quia privat a lege: re autem sic se habente, quid ad nos? Haec profecto, iterare iuvet, videri quidem possunt, sed inconvenientia non sunt, uti facile consideranti patebit.

16. Sed urgebis. Dominica nequit concurrere cum die sequenti infra octavam, quae non habet primas Vesperas, quia illius officium incipit ad Matutinum.—Reponimus, hoc



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

pia, queis, Rubricis rectoque sensui liturgico respondentibus, Calendariorum redactores inniti debent: reliqua, quae his adversantur, inservire discussioni poterunt, sed haberi pro normis nequeunt.

---

# SUPER CALENDARIO

## STUDIUM

---

*(Contin. Vid. n. 7 pag. 472)*

Alter fructus, quem ex dominicarum firmitate percipere facile est, respicit festa mobilia. Nam nullius negotii erit, ea posita stabilitate, et invenire Pascham, et tabulam plane simplicem pro ea adinveniendam conficere. Et sane: ad inveniendam Pascham, secundum communem nunc existentem ordinem, duo requiruntur: epacta scilicet et littera dominicalis: quibus obtentis, pergitur ad Calendarium perpetuum, quod Breviariis praeponitur, vel illi quod anno praeterito posuimus in Ephemeridibus (1898, pag. 283), in quo post nonas Martii quaeritur ubi sit nova luna seu epacta, et inde ubi sit littera dominicalis, incipiendo ab illa, quae epactae inventae respondet. Hac inventa descenditur inferius, et secunda ac tertia alia, sed eadem, littera sumitur; et dies quae prostremae litterae respondet erit Dominica Resurrectionis.

Iam vero secundum ordinem nostrum, ad inveniendam Pascham unum tantum requiritur, nempe epacta: qua obtenta, pergitur simili modo ad Calendarium perpetuum, et post nonas Martii requiritur ubi sit illa epacta seu novilunium, atque ab eo die inclusive regulariter numerantur, deorsum versus, dies

quatuordecim, et ubi cadet dies 14, ibi occurret luna 14 et in proxima sequenti Dominica, quae in eodem Calendario significatur semper a littera A., erit Pascha.

Et hoc patet; nam, fixis dominicis in determinatis diebus, ad inveniendam Pascham necessarium nobis non erit amplius inquirere litteram dominicalem, haec enim est semper una, scilicet A. Cyclus sane 7 litterarum dominicarum ideo efformatus est, ut dominicarum variationes quotannis indicet, desinentibus ergo mutationibus, et Cyclus desinat necesse est.

Sed et inventio epactae mirum in modum evadet facilis; quia necesse ultra non erit distinguere inter epactam 25 caractere arabico inscriptam vel nigro, et inter epactam XXV scriptam caractere romano vel rubro. Nam, fixis dominicis, alterutra ex praefatis litteris ad eandem Pascham habendam indifferenter nos ducet, ut videre est in Calendario Gregoriano. E contra in systemate alio caute procedendum cum recurrit epacta vicesimaquinta, examinandum nempe, num latina vel arabica illa sit.

Namque, una pro altera accepta, perfacilis errori via patebit ad falsam pro vera Pascha inveniendam. Sic ex. gr., occurrente littera dominicali c, si accipitur pro epacta 25 signo arabico vel nigro, Pascha incidit in diem 18 Aprilis; si vero sumitur altera epacta numero romano vel rubro inscripta, tunc incideret in diem 25 eiusdem mensis: quanta sit disparitas nemo non videt !...

Hinc tabulam conficere possumus perennem omnium Paschatum aliorumque festorum mobilium, quae ab ipsa pendent, adeo brevem, simplicem atque perspicuam, quae ab omnibus facile etiam memoriae mandari possit.

CYCLUS EPACTARUM

F. II. III. IV. Ro

ſs Trinitas

Corpus Domin

XIII. XXII. XXI. XX. XIX.	26	29	29	5	8	12	12	19	2	30	1. 2, 3	4	14	21	25
	Mar.	Jan.	Jan.	Feb.	Feb.	Feb.	Mar.	Mar.	Apr.	Apr.	Mai	Mai	Mai	Mai	Mai
I. XVII. XVI. XV. XIV. XIII. XII.	2	22	5	12	15	19	19	26	9	7	8, 9, 10	11	21	28	1
	Apr.	Jan.	Feb.	Feb.	Feb.	Feb.	Mar.	Mar.	Apr.	Mai.	Mai	Ma	Mai	Ma	un.
XI. X. IX. VIII. VII. VI. V.	9	5	12	19	22	26	26	2	16	14	15, 16, 17	18	28	4	8
	Apr.	Feb.	Feb.	Feb.	Feb.	Feb.	Mar.	Apr.	Apr.	Mai.	Mai	Mai	Mai	un	Iun.
V. III. II. I. *. XXIX. XXVIII.	16	12	19	26	1	5	2	9	23	21	22, 23, 24	25	4	11	15
	Apr.	Feb.	Feb.	Feb.	Mar.	Mar.	Apr.	Apr.	Apr.	Mai.	Mai	Mai	Iun	un	un.
XVII. 25-XXVI. XXV. XXIV.	23	19	26	5	8	12	9	16	30	28	29, 30, 31	1	11	18	22
	Apr.	Feb.	Feb.	Mar.	Mar.	Mar.	Apr.	Apr.	Apr.	Mai.	Mai	Iun.	un	un	un.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



# TABULA PASCHALIS NOVA REFORMATA

Litterae Dominicales	Cyclus Epactarum.	Septuagesima.	Dies Cinerum.	Pascha.	Ascensio	Pentecostes.	Corpus Christi.
<b>D</b>	23.	18 Ian.	4 Feb.	22 Mar.	30 Apr.	10 Maii	21 Maii
	22.	25 Ian.	11 Feb.	29 Mar.	7 Maii	17 Maii	28 Maii
	15.	1 Feb.	18 Feb.	5 Apr.	14 Maii	24 Maii	4 Iunii
	8.	8 Feb.	25 Feb.	12 Apr.	21 Maii	31 Maii	11 Iunii
	1.*.	15 Feb.	4 Mar.	19 Apr.	28 Maii	7 Iunii	18 Iunii
<b>E</b>	23.	19 Ian.	5 Feb.	23 Mar.	1 Maii	11 Maii	22 Maii
	21.	26 Ian.	12 Feb.	30 Mar.	8 Maii	18 Maii	29 Maii
	14.	2 Feb.	19 Feb.	6 Apr.	15 Maii	25 Maii	5 Iunii
	7.	9 Feb.	26 Feb.	13 Apr.	22 Maii	1 Iunii	12 Iunii
	*.	16 Feb.	5 Mar.	20 Apr.	29 Maii	8 Iunii	19 Iunii
<b>F</b>	23.	20 Ian.	6 Feb.	24 Mar.	2 Maii	12 Maii	23 Maii
	20.	27 Ian.	13 Feb.	31 Mar.	9 Maii	19 Maii	30 Maii
	13.	3 Feb.	20 Feb.	7 Apr.	16 Maii	26 Maii	6 Iunii
	6.	10 Feb.	27 Feb.	14 Apr.	23 Maii	2 Iunii	13 Iunii
	29.	17 Feb.	6 Mar.	21 Apr.	30 Maii	9 Iunii	20 Iunii

<b>G</b>	23. 22. 21. 20. 19. 18. 17. 16. 15. 14. 13. 12. 11. 10. 9. 8. 7. 6. 5. 4. 3. 2. 1. * 29. 28. 27. 26. 25. 25. 24.	21 Jan. 28 Jan. 4 Feb. 11 Feb. 18 Feb.	7 Feb. 14 Feb. 21 Feb. 28 Feb. 7 Mar.	25 Mar. 1 Apr. 8 Apr. 15 Apr. 22 Apr.	3 Maii 10 Maii 17 Maii 24 Maii 31 Maii	13 Maii 20 Maii 27 Maii 3 Iunii 10 Iunii	24 Maii 31 Maii 7 Iunii 14 Iunii 21 Iunii
	<b>A</b>	23. 22. 21. 20. 19. 18. 17. 16. 15. 14. 13. 12. 11. 10. 9. 8. 7. 6. 5. 4. 3. 2. 1. * 29. 28. 27. 26. 25. 25. 24.	22 Jan. 29 Jan. 5 Feb. 12 Feb. 19 Feb.	8 Feb. 15 Feb. 22 Feb. 1 Mar. 8 Mar.	26 Mar. 2 Apr. 9 Apr. 16 Apr. 23 Apr.	4 Maii 11 Maii 18 Maii 25 Maii 1 Iunii	14 Maii 21 Maii 28 Maii 4 Iunii 11 Iunii
<b>B</b>	23. 22. 21. 20. 19. 18. 17. 16. 15. 14. 13. 12. 11. 10. 9. 8. 7. 6. 5. 4. 3. 2. 1. * 29. 28. 27. 26. 25. 25. 24.	23 Jan. 30 Jan. 6 Feb. 13 Feb. 20 Feb.	9 Feb. 16 Feb. 23 Feb. 2 Mar. 9 Mar.	27 Mar. 3 Apr. 10 Apr. 17 Apr. 24 Apr.	5 Maii 12 Maii 19 Maii 26 Maii 2 Iunii	15 Maii 22 Maii 29 Maii 5 Iunii 12 Iunii	26 Maii 2 Iunii 9 Iunii 16 Iunii 23 Iunii
<b>C</b>	23. 22. 21. 20. 19. 18. 17. 16. 15. 14. 13. 12. 11. 10. 9. 8. 7. 6. 5. 4. 3. 2. 1. * 29. 28. 27. 26. 25. 25. 24.	24 Jan. 31 Jan. 7 Feb. 14 Feb. 21 Feb.	10 Feb. 17 Feb. 24 Feb. 3 Mar. 10 Mar.	28 Mar. 4 Apr. 11 Apr. 18 Apr. 25 Apr.	6 Maii 13 Maii 20 Maii 27 Maii 3 Iunii	16 Maii 23 Maii 30 Maii 6 Iunii 13 Iunii	27 Maii 3 Iunii 10 Iunii 17 Iunii 24 Iunii



Usus autem huiusce tabulae est sequens : inventa epacta et littera dominicali anni propositi , eadem littera' dominicalis sumatur ex septem litteris quae sunt in latere sinistro lectoris, et eadem epacta sumatur in ea partitione epactarum , quae litterae dominicali inventae respondet , et in linea eiusdam epactae festa mobilia anni statuti propriis diebus descripta continentur.

Nunc vero comparantes hanc tabulam paschalem cum nova reformata, quam supra retulimus, ictu oculi discrimen inter utramque inspicitur, et quanto altera prae altera sit simplex et regularis. Sane: *a)* in tabula paschali nova reformata dies 35 recensentur , in quibus Pascha, una cum festis ab ipsa pendentibus, quolibet anno discurrens, evenire potest; in nostra vero dies 5 tantum recensentur. *b)* In illa, Pascha infima accidit semper die 22 Martii et altior die 25 Aprilis; in nostra autem infima Pascha habebitur semper die 26 Martii, et maxima semper die 23 Aprilis. At, quod magis praestat, haec duae extremae Paschae rarius eveniunt quam aliae tres intermediae; nam epactae seu novilunia, quae respondent infimae Paschae, sunt 5: epactae quae respondent altiori, sunt quatuor: illae vero quae respondent intermediis, pro unaquaque Pascha, 7 numerantur, ut in tabula videri potest. Unde facilitas habendi infimam Pascham prae altiori se tenet sicut 5 ad 4; facilitas obtinendi infimam prae mediis, sicut 5 ad 7, et supremam prae mediis, sicut 4 ad 7. Observari etiam potest quomodo in nostra tabula, Paschae earumque festa dependentia per 7 dies semper progrediantur, quod magis tabulae regularitatem demonstrat.

*c)* Insuper in nostra tabula ob oculos ponitur quasi synthesis brevis et simplex omnium mobilium festorum , ita ut statim videri et etiam memoriae committi possint omnes dies, in quibus festum aliquod mobile semper eveniet.

*d)* Ex dominicis fixis et ex festis mobilibus, inter breves quinque dierum confines terminosque conclusis, alter fructus



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

2. In festo Nativitatis B. Mariae Virginis sequens oratio legitur:

Ἡ γέννησίς σου, Θεοτόκε παρθένε, τὴν χαρὰν ἐμύνησε πάσῃ τῇ οἰκουμένῃ· ἐκ σοῦ γὰρ ἀνέτειλεν ὁ ἥλιος τῆς δικαιοσύνης, Χριστὸς ὁ Θεὸς ἡμῶν· ὁ λύσας τὴν κατὰραν ἔδωκε τὴν εὐλογίαν· καὶ καταργήσας τὸν θάνατον· ἔδωρῆσατο ἡμῖν ζωὴν τὴν αἰώνιον.

*Nativitas tua, Dei genitrix virgo, gaudium annuntiavit universo mundo; ex te enim ortus est sol iustitiae, Christus Deus noster, qui solvens maledictionem dedit benedictionem; et confundens mortem dedit nobis vitam sempiternam.*

3. *Antiphonae*, quae in processione pro candelarum benedictione die 2 Februarii a nobis canuntur, fere eadem sunt quae in eodem festo a Graecis cantantur.

Κατακόσμησον τὸν νυμφῶνά σου Σιών  
καὶ ὑπόδεξαι τὸν Βασιλέα Χριστόν.

*Adorna thalamum tuum, Sion; et suscipe Regem Christum.*

Ἀσπασαι τὴν Μαριάμ  
τὴν ἐπουράνιον πύλην·  
αὕτη γὰρ θρόνος χερουβικὸς ἀνεδείχθη·  
αὕτη βασιτάζει τὸν Βασιλέα τῆς δόξης·  
νεφέλη φωτὸς ὑπάρχει ἡ Παρθένος,  
φέρουσα ἐν σαρκὶ Υἱὸν πρὸ ἑωσφόρου.

*Amplectere Mariam, quae est caelestis porta. Ipsa etenim visa est Thronus cherubicus:*

*ipsa gestat regem gloriae.*

*Virgo apparet nubes luminis adducens in carne Filium, qui est ante luciferum.*

---

tuam misericordiam confugimus, Dei genitrix, nostram deprecationem ne inducas in tentationem; sed de periculo libera nos sola casta et benedicta . .

Ὅν λαβὼν Σιμεὼν  
ἐν ἀγκάλαις αὐτοῦ,  
ἐκήρυξε λαοῖς,  
Δεσπότην αὐτὸν εἶναι  
ζωῆς καὶ θανάτου,  
καὶ Σωτῆρα τοῦ κόσμου.

*Quem accipiens Simeon  
in ulnis suis,  
praedicavit populis  
Dominum illum esse  
Vitae et mortis,  
atque Salvatorem mundi.*

4. Etiam partes ex quibus constat *Ave Maria* legi possunt in graeca liturgia. Ita ex. gr. in Vesperarum tropariis ferialibus canitur:

Θεοτόκε παρθένε, χαῖρε καχα-  
ριτωμένη, Μαρία, ὁ κύριος μετὰ  
σοῦ· εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξί  
καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς  
κοιλίας σου, ὅτι Σωτῆρα ἔτεκες,  
τῶν ψυχῶν ἡμῶν.

*Ave Maria gratia plena,  
deipara Virgo, Dominus te-  
cum: benedicta tu in mulie-  
ribus, et benedictus fructus  
ventris tui; quoniam anima-  
rum nostrarum genuisti Sal-  
vatorem.*

Pro secunda parte, in litaniiis maioribus quae in magno quadragesimae Απόδειπνον recitantur, legitur:

Παναγία δέσποινα Θεοτόκε,  
πρέσβευε ὑπὲρ ἡμῶν τῶν ἁμαρ-  
τωλῶν.

*Sanctissima Regina, ma-  
ter Dei, ora pro nobis pec-  
catoribus.*

Verba: *nunc et in hora mortis nostrae*, serius adiunctae fuerunt.

---

## **De solempni conventu in Redemptoris obsequium a Societatibus Catholicis Romanis Romae habito**

Haud credimus esse extra provinciam nostram aliquid dicere de solempni conventu a societatibus Catholicis Romanis in nostra Ecclesia die 4 Iunii habito; nam Sanctissimus cupit ut omnes mundi Catholici exemplum Societatum Romanarum sequan-

tur, ut ita in proximo anno singulares gratiarum actiones Christo Redemptori reddantur. En ergo compendiosa relatio.

Redemptoris simulacrum, luminibus floribusque exornatum, locum tenebat principem. Præerat E. mus Card. Parocchi, Urbis Vicarius, quem veluti corona circumdabant eques Persichetti, *Foederationis Pianaë* praeses; R. mus DD. Lazzareschi Archiepiscopus Neocesareae, eiusdem *Foederationis* assistens ecclesiasticus; eques beneficiarius Tolli, subpraeses; eques Prinzivalli, a secretis; comes Santucci et eques beneficiarius Alliata. In presbyterio aderant per plures Episcopi Americani, alique Episcopi et Archiepiscopi, viri nobiles Romani, item et nobiles mulieres. illi qui in Romano Consilio rem publicam administrant etc.; in ecclesia vero aderant socii et sociae catholicarum societatum. Plura vexilla earundem societatum sygmétrico modo huc illucque dispositae erant. Assistebant instrumentali symphoniae addicti *iuvenes Societatis iuventutis Romanae*. Praeibus ritualibus dictis, praeses Persichetti epistolam ad SS. mum D. N. Leonem Pp. XIII missam, eiusque responsura perlegit. In hoc notanda sunt verba illa: « SS. mus ex corde huic conventui, E. mo praesidi, omnibusque praesentibus benedicit; atque spem nutrit fore ut *ex hoc nobili principio exemplum sumant alii, contendantque omnes in honorem Redemptori eiusque Vicario reverentiam tribuendum*; atque ita, in mundo universo, pro humanae societatis salute, triumphum ducat pax illa, quae a Deo implorata, in veritate et iustitia fundatur. » Omnes huic epistolae plaudent. Dein idem praeses suam incipit pulcherrimam orationem, quae agit de necessitate, quae omnibus inest, reddendi obsequium Christo Redemptori, SS. mo D. N. Pontifici auditum praebentes, sive iubilaeum celebrando, sive seipsos SS. Cordi Iesu consecrando. Impii, inquit, uti Voltaire, Strauss, Rénan, negarunt Iesum esse Deum atque idcirco Redemptorem nostrum; quid vero? Christus etiam *hodie vivit, Christus regnat, Christus imperat* (acclamations). Deinde Americae Episcopis salutem dat, tam arcto vinculo Italiae et Romae coniunctis; nam Columbus qui novos Americae terras invisit, nedum italicus erat, sed et plane christianus. *Columbus noster est* (acclamations), proclamavit Pontifex. — A secretis Foederationis legit eleuchum operum, quae catholicae socie-



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



cui praesens esse de iure competit; idcirco ad voluntatem haud negotia fluent. Nihilominus Pontifex silet, immo et illos adiuvat ut finem attingant. Concludit: Petro ancipiti relinquenti Urbem Christus obviam occurrit. Petrus Illi dixit: *Domine quo vadis ?* Cui Redemptor respondit: *Romam peto ut iterum crucifigat.* Nobismet ominamur ut novo adventante saeculo Christus Pontifici appareat, uti quondam Angelus Petro, Eum a vinculis captivitatis expediat, Illique dicat: *Veni Romam, iterum resurrecturus.* Ad quae verba omnes surgunt clamantes: Io, vivat Pontifex, vivat Leo XIII; cunctique propemodum Eum Pa-  
rocchi adeunt illius manum osculaturi.

---

## APPENDIX

---

### E. S. R. UNIVERSALI INQUISITIONE

#### I.

Beatissimo Padre,

Amalia protestante non battezzata sposò Giovanni protestante battezzato; durante il matrimonio, Amalia fu battezzata nel Protestantesimo e visse col marito per qualche tempo. In seguito Amalia conobbe che Giovanni aveva rapporti illeciti con una donna; perciò lo abbandonò, e dopo qualche tempo ottenne dal tribunale civile il divorzio *ex capite adulterii* da parte del marito. Ora Amalia domanda il permesso di contrarre seconde nozze con un cattolico.

Si noti che i protestanti non conoscono che il matrimonio tra battezzato e non battezzato sia nullo.

Ciò posto, l'Arcivescovo N. N., prostato ai piedi della S. V. umilmente chiede:

Stante l'ignoranza della nullità del matrimonio *ex capite*

*disparitatis cultus*, la vita maritale di Amalia con Giovanni ri-validò il matrimonio dopo il battesimo di Amalia?

Che ecc.

*Feria IV, die 8 Maii 1899.*

In Congregatione Generali coram EE.mis ac RR.mis DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Inquisitoribus Generalibus habita, proposito suprascripto dubio, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EE. ac RR. Patres respondendum mandarunt:

Praevio iuramento ab Amalia in Curia N. N. praestando, quo declaret matrimonium contractum cum Ioanne post baptismum ipsius Amaliae, ab iisdem, scientibus illius nullitatem, ratificatum non fuisse in loco ubi matrimonia clandestina vel mixta valida habentur, et dummodo R. P. D. Archiepiscopus moraliter certus sit de asserta ignorantia sponsorum circa impedimentum *disparitatis cultus*, detur mulieri documentum *libertatis ex capite ipsius disparitatis cultus*.

Sequenti vero Fer. V, die 9 eiusdem mensis et anni SS.mus D. N. Leo Pp. XIII, per facultates Emo Cardinali huius Supremae Congregationis Segretario impertitas, resolutionem EE. ac RR. Patrum adprobare dignitatus est.

I. Can. MANCINI, *S. R. et U. Inquis. Not.*

II.

Beatissimo Padre,

Il Vescovo N. N., prostrato ai piedi della S. V., espone umilmente che nella sua Diocesi insieme ai cattolici trovasi fram-misto grande numero di eretici, il cui battesimo dà molto a dubitare della validità. Chiede perciò, per coloro che trovansi in articolo di morte ed in concubinato con tali eretici, ovvero uniti con solo vincolo civile, la facoltà (delegabile anche ai parrochi) di dispensare dagl'impedimenti di religione mista o di disparità di culto se esistono, quando amendue i contraenti, o almeno la parte cattolica, promette di allevare le prole nella religione cattolica o almeno la nascita, quando la nata oltrepassi i sette anni.



*Feria IV, die 12 Aprilis 1899.*

In Congregatione Generali S. Romanae et Universalis Inquisitionis habita coram EE.mis ac RR.mis DD. Cardinalibus in rebus fidei et morum Inquisitoribus, propositis suprascriptis precibus, ac rite perpensis omnibus tum iuris tum facti rationum momentis, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EE. ac RR. Patres respondendum mandarunt:

Quoad dispensationem super impedimento disparitatis cultus, cum agatur de impedimento dirimente, provisum per Decretum 20 februarii 1888. Quoad dispensationem super impedimento mixtae religionis, pro casibus, in quibus omnes dentur cautiones, et Episcopus moraliter certus sit easdem impletum iri, supplicandum SS.mo pro facultate dispensandi ad triennium. Pro casibus vero, in quibus vel praehabito actu mere civili, vel contractu coram ministro haeretico, vel utroque simul, non omnes praestantur cautiones, vel Episcopus moraliter certus non sit easdem impletum iri, supplicandum pariter SS.mo pro facultate sanandi in radice matrimonia itidem ad triennium, constituto in huiusmodi casibus de perseverantia consensus utriusque partis, facta ab Episcopo singulis vicibus expressa S. Sedis delegationis mentione, praevia absolute a censuris, si opus sit, et monito morituro de gravissimo patrato scelere, eoque certiorato, ob talem dispensationis gratiam a se acceptatam, matrimonium validum ac legitimum et prolem susceptam utriusque sexus legitimam habendam esse, cuius in religione catholica educationem, nec non proles patiter utriusque sexus forsansuscipiendae, una cum viri ad catholicam fidem conversione, si moriens convaluerit, pro viribus curare, gravissima ac continua obligatione tenebitur, descripto tandem in Regestis matrimonio, simulque adservato in Curia documento huiusmodi concessionis, communicationis, acceptationis, absolute et declarationis moribundi, servatis de cetero decretis. Contrariis quibuscumque non obstantibus.

Feria vero VI, die 14 eiusdem mensis et anni, in audientia a SS. D. N. Leone Div. Prov. Pp. XIII R. P. D. Adessori S. O. impertita, SS.mus D. N. resolutionem EE. ac RR. Patrum adprobavit ac praedictas facultates benigne concessit.

I. Can. MANCINI, *S. R. et U. Inquis. Not.*



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

*Porro Decretum S. Ufficii 5 Augusti 1759 AD EPISCOPUM COCOINENSEM, in resp. ad II, sic habet:*

« Cum militet ex parte coniugis conversi favor fidei, eo  
« (privilegio) potest uti quacumque ex causa, dummodo iusta  
« sit, nimirum si non dederit iustum ac rationabile motivum al-  
« teri coniugi discendendi, ita tamen ut tunc solum intelligatur  
« solutum iugum vinculi matrimonialis cum infideli, quando  
« coniux conversus (renuente altero post interpellationem con-  
« verti) transit ad alia vota cum fidei ».

*Instructio vero S. C. de Propaganda Fide 16 Ianuarii 1797  
PRO SINIS est prout sequitur:*

« In casu matrimonii dissolvendi ex privilegio in favorem  
« fidei promulgato ab Apostolo duo haec tantum spectanda, de  
« quibus fieri debet interpellatio: 1. Utrum pars infidelis velit  
« converti. — 2. Utrum saltem velit cohabitare sine contumelia  
« Creatoris, nulla praeterea habita ratione, utrum nec ne prae-  
« cesserit sive adulterium, sive repudium ».

Sequenti vero feria VI, die 21 eiusdem mensis et anni,  
in audientia a SS. D. N. Leone Pp. XIII R. P. D. Adessori  
S. O. impertita, SS. D. N. resolutionem EE. ac RR. Patrum  
adprobavit.

I. Can. MANCINI S. R. et U. Inquis. Not.  
IV.

*Beatissime Pater,*

Superior Missionis N. N. , ad Pedes S. V. provolutus, ex-  
ponit prout sequitur:

Vir aliquis, cum nondum baptizatus erat, iunctus est ma-  
trimonio cum muliere et ipsa gentili. Postea vir baptizatus est.  
At propter rixas continuas dereliquerunt cohabitationem. Vir  
christianus asserit nunquam mulierem hanc voluisse sibi sume-  
re in voluntate uxorem. Haec adhuc gentilis et baptizari desi-  
derans, ad virum redire non vult. An licet in his adiunctis,  
dum mulier baptizata nondum est, viro nubere aliam? Hanc  
quaestionem S. V. humiliter submitto.

*Feria IV, die 26 Aprilis 1899.*

• In Congregatione generali ab EE.mis ac RR.mis DD. Car-  
dinalibus in rebus fidei et morum Inquisitoribus Generalibus

habita, proposito suprascripto casu, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem EE.mi ac RR.mi Patres respondendum mandarunt :

« Curet Superior Missionis totis viribus ut, compositis iur-  
 « giis ac dissensionibus, coniuges iterum uniantur et pars infe-  
 « delis convertatur. Si autem ipsa renuat culpa viri converti,  
 « hunc adigat, etiam, si opus sit, per poenas canonicas, ad sa-  
 « tisfaciendum parti laesae. Si vero vir conversus nullum ei  
 « dederit iustum ac rationabile motivum discedendi, aut parti  
 « laesae iam satisfecerit, ac in periculo versetur damnationis  
 « aeternae, tunc hic, post formalem interpellationem, poterit ad  
 « aliam vota transire; et ad mentem. — Mens est ut in dubio  
 « iudicium sit in favorem fidei.

Sequenti vero feria VI, die 28 eiusdem mensis et anni, in audientia a SS. D. N. Leoni Div. Prov. Pp. XIII, R. P. D. Adessori impertita, SS.mus resolutionem EE. ac RR. adprobavit et confirmavit.

I. Can. MANCINI *S. R. et U. Inquis.*

V.

Beatissime Pater,

Vicarius Capitularis Dioecesis N. N. ad pedes S. V. provocatus quae sequuntur exponit.

Decreto S. R. et U. Inquisitionis diei 20 Februarii 1888. Sanctitas Vestra benigne annuit pro gratia, qua locorum Ordinarii dispensare valeant sive per se, sive per ecclesiasticam personam sibi benevisam, super impedimentis publicis matrimonium dirimentibus, cum iis qui in gravissimo mortis periculo constituti, et quando non suppetit tempus recurrendi ad Sanctam Sedem, iuxta leges civiles sunt coniuncti, aut alias in concubinato vivunt, ut morituri in tanta temporis angustia in faciem Ecclesiae rite copulari et propriae conscientiae consulere valeant.

Nunc vero in hac civitate N. N., nonnulli concubinarie viventes prolem genuerunt, et postea, relicto contubernio, iam iam graviter aegrotantes, cum eadem persona, cum qua in concubinato vixerunt, ad prolem legitimandam, vel mulieris famam aut damnum reparandum, vel ad scandalum tollendum, vel ad propriae conscientiae consulendum, matrimonium contrahere desiderant.

Hisce praehabitis, suprascriptus Vicarius Capitularis Sanctitati Vestrae, dubia, quae sequuntur enodanda proponit:

I. Utrum sub citato decreto S. R. et U. Inquisitionis diei 20 februarii 1888 etiam comprehendi valeant aegroti in mortis periculo constituti, qui actualiter non vivunt in concubinato, sed tamen in eo vixerunt, prolemque genuerunt quam legitimare oportet?

II. Utrum comprehendi etiam valeant aegroti, qui actualiter non vivunt, sed tamen vixerunt in nefario concubinato, quin prolem genuerint, vel genita iam obierit? Et Deus etc.

*Feria IV die 3 Maii 1899.*

In Congregatione Generali Sacrae Romanae et Universalis Inquisitionis, propositis suprascriptis dubiis, rite perpensis omnibus tum iuris tum facti rationum momentis praehabitoque, RR. DD. Consultorum voto, E.mi ac R.mi DD. in rebus fidei et morum Generales Inquisitores respondendum censuerunt:

*Detur Decretum fer. IV, die 17 Septembris 1890 latum super dubio proposito ab Archiep. Campostellan.*

Porro huiusmodi dubium ita se habebat: « Utrum vi decretorum diei 20 februarii 1888 et 1 Martii 1889 valeant Ordinarii per se vel per parochos dispensare super impedimentis... in articulo mortis constitutos, licet matrimonium civile quod vocant non celebraverint, nec vivant in concubinato? — E.mi PP. respondendum mandarunt: *Negative* ».

Feria vero VI, die 5 eiusdem mensis Maii SS.mus D. N. Leo div. prov. PP. XIII in audientia R. P. D. Adessori S. O. impertita, habita hac de re relatione, resolutionem E.morum PP. adprobavit et confirmavit.

I. Can. MANCINI S. R. et U. Inquisit. Notarius.

IMPRIMATUR

P. Fr. Albertus Lepidi O. P.

S. P. A. Magister.

IMPRIMATUR

Ioseph Ceppetelli Archiepiscopus Myren. Vicesgerens.

Proprietas Literaria.

G.B. Agnolucci, gerente responsabile

Roma, Tip. F.lli Amoroso — Torretta Borghese 22-25.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



# In Constitutionem Apostolicae Sedis

Qua Censurae Latae Sententiae Limitantur Commentarii

AUCTORE IOSEPHO CARD. D'ANNIBALE

*Editio Quarta*

curante **Federico Can. Polidori**

AB IPSO AUCTORE ULTIMIS STUDIIS NOTABILITER EMENDATA ET AUCTA

*Unumquodque Volumen in-8 Libel. 2,50*

**Rudimenta linguae hebraicae scholis publicis et domesticis disciplinae brevissime accommodata, scripsit D. r. C. H. Vosen retractavit, auxit, octavum emendatissima edidit D. r. Fr. Raulen Pret. Libell. 2, Friburgi, Brisgoviae, sumptibus Herder. Typ. Edit. Pontif. 1899.**

**Officia propria Mysteriorum et Instrumentorum Passionis D. N. I. C. iuxta Breviarium Romanum cum psalmis et precibus in extens. Pret. Libell. 2. Ratisbonae, Romae et Neo Eborac. sumptibus et typis Friderici Pustet, S. Sedis et S. R. C. Typogr. 1899.**

**Instructio pro ministris inferioribus in quibusdam functionibus Episcopalibus exarata a Sac. Aloysio Essl, S. S. Th. mae D. ac Vicerectore Episc. Seminarii Budviceni. Pret. Libell. 0,50. Budvicii 1899. Typis Episcop. Sumptib. propriis.**

**Praelectiones Iuris Canonici quas iuxta Ordinem Decretalium Gregorii IX. tradebat in scholis Pontif. Sem. Romani Franciscus Santi Professor. Editio tertia emendata et recentissimis Decretis accommodata, cura Martini Leitner, Vicerectoris in Seminario Clericor. Ratisbon. Liber IV. Ratisbonae, Neo-Eboraci et Cincinnati. Sumptibus et Typis Friderici Pustet, S. Sedis Apostol. Typogr. 1899. Pret. Libell. 4,50.**

**Institutiones Theologiae Dogmaticae specialis. Tractatus de Deo uno et trino, Auctore Bernardo Jungmann, Eccl. Cathedr. Brugens. Canon. hon. Philos. et S. Theolog. Doct. ac Profess. ord. in S. Theolog. Universitat. cath. Lovaniensis. Editio quinta 1899. Ratisbonae, Romae et Neo-Eboraci. sumptib. et Typ. Friderici Pustet, S. Sedis Apost. Typographi. Pret. Libell. 4,50.**

**Manuale pii Sacerdotis complectens preces et pietatis exercitia excerpta ex operibus Sancti Alphonsi Mariae de Liguorio et latine reddita ab uno ex Presbyteris Congr. SS. Redemptoris. — Altera editio auctior et emendatior. Ratisbonae, Romae et Neo-Eboraci Sumptibus et Typis Friderici Pustet, S. Sed. Apost. Typogr. Pret. Libel. 2,50.**

**Compendium Liturgiae Sacrae iuxta ritum Romanum in Missae celebratione et officii recitatione, auctore Ios. Aerttnys, C. SS. R. Theologiae Moralis et Liturgiae Professore. Editio altera aucta et emendata secundum novissima S. Sedis Decreta.**

**Manuale Theologiae Moralis in usum praesertim examinandorum: auctore Sac. Benedicto Melata S. T. D. Editio altera accuratior et aucta. Ordo, exactitudo, brevitatis, nullius rei ad rem pertinentis defectus, et reliqua primae Editioni adiuncta, incomparabilem sibi promerent laudem. Pret. Libell. 3.**

# HEMERIDES

# LITURGICAE

PUBLICATIO MENSILIS

CURA ET STUDIO

Congregationis Missionis

DIRECTIO: Via della Missione, 2 - Roma

PRETIUM ANNUM CONSOCIATIONIS

... Lib. 10 | Pro Exteris regionibus . . . Lib. 11  
Pro unoquoque numero . . . Lib. 1

ut quae Ecclesia de sacra  
nit probe cognoscantur et  
quanti ut sancta sancte  
et fidelium pietas sacrorum  
ugeatur.

(Breve PP. LEONIS XIII.  
10 Maii 1899).

Fili hominis, pone cor tuum et... au-  
ribus tuis audi omnia, quae ego loquor  
ad te de universis caeremoniis domus  
Domini, et de cunctis legibus eius.

(EZECHIEL, 44. 5.).

## SUMMARIUM

— Specimen biblicum, histo-  
liturgicum, pag. 553.  
nes Academiae Liturgicae Ro-  
pag. 559.  
Liturgic. Solutio, pag. 570.  
responsa, pag. 583.

Super Calendario studium , pag. 587.  
Solutio quaestionis pro mense Septem-  
bri propositae, pag. 592.  
Quaestio solvenda pro mense Novem-  
bri, pag. 597.  
Appendix, pag. ibid.

ROMAE

Desclée, Lefebvre & Soc.

S. S. die Apostol. et S. Rituum Cong. Typographi

Via Santa Chiara, 20-21.



Typis Desclée Lefebvre & Soc prodiit:

# Novum Diurnale Romanum

**Horae Diurnae Breviarii Romani** ex decreto Ss. Concilii Tridentini restituti, S. Pii V. Pont. Max. iussu editi, Clementis VIII, Urbani VIII et Leonis XIII auctoritate recogniti. Editio Tornacensis *undecima* post typicam. Roma — Tornaci, 1899.

Pluries lamentati sumus, cum amicis loquentes, adesse quidem editiones sive Breviarii, sive Missalis Romani, quae maximam praeseferebant elegantiam ac commoditatem; sed quod editiones Diurnalis Romani spectat, nos habere editiones, quae vel nullimode elegantes dici poterant, vel si aliquam praeseferebant elegantiam, esse illas maxime incommodas, quia eorum forma nimis grandis erat; idcirco parum respondebant fini, ad quem Diurnale destinatum est. Sed tandem editionem Diurnalis habemus, quae si dici non potest undequaue perfecta, tamen omnes praecedentes, ni fallimur, superat; cum in illa et elegantia et commoditas simul coniungantur. Et revera eius forma, aliquantulum oblonga, longitudinem vix habet 11 c.m, latitudinem 7 1/2, altitudinem 1 1/2; pondus vero voluminis, *zigrino* ut aiunt, religati vix 110 gr. attingit. Haec quod formam externam. Quod vero formam, ut ita dicam, internam et ipsa elegantissima est; nam charta indica, aliquantulum opaca, solidior est; typi vero, quamvis minuti, tamen facillime et absque ullo incommodo leguntur. Accedunt alia plura ornamenta. Non possumus itaque quin clarissimis Editoribus gratulemur, editionemque consociatis nostris aliisque sacri cleri viris commendemus. — Pretium Voluminis: solutum, Lib. 3; *Basana* religatum, foliis rubei coloris, Lib. 4,50; *Zigrino*, foliis inauratis, Lib. 5.50; cum ornamentis item inauratis, Lib. 8.25.

---

## MONITUM

Plura in potestate nostra sunt exemplaria duplicis fereque novissimae editionis Breviarii Romani in quatuor partes dispositi: quarum altera est in 12<sup>mo</sup> altera in 18<sup>mo</sup>. Rubricae universae, seu generales seu speciales, iuxta ultimam emendationem a S. R. C. factam, in propriis locis sunt. Nullum ex officiis recentioribus hucusque concessis deest. Citationes propemodum nullae. Charta solidior, typi undequaue perspicui nitidique vel maximam legendi facilitatem praestant. Quatuor alterutrius volumina solis venundantur, soluta quidem, Libellis 10.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

alterne a diversis choris, fuisse concertos (1). Paschale festum, domus Israel erat, magnalia ac beneficia recolentis Iahve, cuius fuerat cultui consecrata. Nil proinde, absoluto post ritu, praefato psalmo aptius, qui a maxima servitute liberationem recolebat. Canebatur inde psalmus 116 iuxta textum primigenum, 114, et 115 iuxta Alexandrinam et Vulgatam « Dilexi quoniam exaudiet » et « Credidi propter quod locutus sum »: qui pariter in iis temporum rerumque adiunctis aptior esse non poterat. Est enim eucharisticus cantus illius fidelis, qui Iahve laudibus effert, a quo in supremo discrimine auxilium habuit. Idcirco offeret in templo calicem salutaris, vel ad litteram, iuxta hebraicum, *salutarium*, auxiliorum videlicet, quae continuo Iahve famulo suo praestitit. Eucharistici libaminis est calix, quem in sacrificiis pacificis Hebraei adhibere consueverant. Apprime ideo haec omnia consociabantur calici, cuius unusquisque e convivis particeps erat in paschali coena, ut tanti memoria ritus laetitiam auget. Aptius quoque, sed serius, huiusmodi psalmus in Ecclesia Christi consociabitur calici Eucharistici Sacrificii, postquam ipsemet Christus, ea nocte qua illud instituit, primum tradet exemplum, iubens ut actus iteretur in sui commemorationem.

Sequitur psalmus 116 (Hebr. 117): « Laudate Dominum, omnes gentes ». Est quaedam species doxologiae: Deo debetur laus. At laus haec intra unius populi confinia coarctari nefas est: gentes omnes ad id participandum alliciuntur. Diei ad Messiam pertinentis felix alba prospicitur, cum gentes e remotioribus orbis terrae plagis ad mysticam convolabunt Sion, ut verum Deo cultum in spiritu ac veritate exhibeant.

Finis tandem *Hallel* imponitur cum psalmo 117 (Hebr. 118). Gratiarum actionis est ac victoriae hymnus magnificus, qui, pro aliis licet adiunctis temporum exaratus, de quibus

---

(1) V. Baethgen, op. cit. pag. 352.

interpretes discrepant, mirum in modum congruebat, exemptioni populi ab Aegypto recolendae, quemadmodum et aliis occasionibus, quibus *Hallel* concinere Hebraei assueverant. Eiusmodi est indolis psalmus, ut manifestam Messiae rationem ducat, uti ex eius, quem Christus usum habuit, in Evangelio (1) constat, ac deinde Apostoli Petrus et Paulus (2) Rabinorumque schola. In hoc quoque distincta ad domum Israel, Aaronis simulque ad proselytos ostenditur invitatio, uti in psalmo 114 superius visum est. Iam innuimus, versus 25 ac 26 in modulatione *Hallel* bis fuisse concertos, dum publice flectebant vocem, a Levitis primo, inde a populo. Recolendus profecto est accensi aestus animi, quo illos iteravit populus dum Christus gaudio triumphans ingressus est Ierusalem.

Hac altera parte *Hallel* absoluta, binae preces omnia concludebant, quas in praelaudato **Edherseim** integre relatas invenimus. Plus minusve ita sonabant:

« Omnia opera tua laudabunt te, Iahve Deus noster. Et omnes Sancti tui, iusti qui faciunt voluntatem tuam, et universus populus tuus, Domus Israel, in canticis iubilationis laudent Te, benedicant, magnificent, glorificent et exaltent, honorent, sanctificent et tribuant regnum nomini tuo, Rex noster. Quoniam bonum est laudare te, et iucundum laudem dicere nomini tuo, quia a saeculo et usque in saeculum tu es Deus. Spiritus viventium omnium laudabit nomen tuum, Iahve, Deus noster. Et spiritus omnis carnis glorificabit et exaltabit memoriam tuam, Rex noster. Quoniam a saeculo et usque in saeculum tu es Deus, nec nobis est Redemptor aut Salvator praeter te etc. ».

Quandoque praefatum ritum sequebatur *quintus calix*,

---

(1) Matth. XXI, 42: Marc. XII, 10: Luc. XX, 17.

(2) Act. IV, 11: Rom. IX, 23, Petr. II, 7.

cuius tamen sumendi potestas unicuique inerat, dum alii *quatuor*, etiam pro abstemiis in praecepto erant (1). Tunc grande *Hallel* solebat concini, quod, ut supra vidimus, psalmos 119-135 (hebr. 120-136) complectebatur.

(1) Quamvis argumentum praesens haud spectet, utile iudicamus hoc pro alumnis lectoribus notare, quod institutio Eucharistiae, cum in ultima coena peracta fuerit, Redemptor noster eodem usus est pane azymo, qui frangebatur inter convivas, ut corpus suum sacratissimum suis discipulis daret. Praevenit fortasse, ut pluries citatus Edersheim animadvertit, morem successu temporis ab Hebraeis invectum, utendi *Aphikomen* post esum agni paschalis (loc. cit. p. 209). Item: aut altero ex iis calicibus est usus, qui inter convivas dividendus erat, aut altero ex illis qui omnibus in praecepto erant, aut tandem quinto, qui necessarius haud erat, sed sumi tantum a singulis poterat. Quo posito, elucet quae tribuenda sit explicatio illis verbis, quae pronuntiavit Christus in tradendo calice « bibite ex eo omnes », quin opus sit, uti Protestantes contendebant, praeceptum astruere communionis sub utraque specie pro universis fidelibus. Si enim alter ex quatuor primis calicibus consecratus fuit (probabiliter tertius), sicut, nisi omnibus praesentibus hic satis fuisset, solemne erat iterum illum ad Patremfamilias seu praesidem conventus deferre, ut aliud vinum infunderet, ita, ea in hypothesisi per verba « bibite ex eo omnes » significasset Christus, omnes singulosque ita debere se gerere, ut unusquisque de eo biberet, quin expectaret, eodem deficiente calice, ut aliud vinum infunderetur, prout in more esse apprime noverant. Peculiaris autem erat ratio; agebatur siquidem de calice novi testamenti in sanguine suo etc. Si vero in quinto calice ponatur facta consecratio, cum hic in praecepto non esset, verbis « bibite ex eo omnes » significare Christus voluisset, nullum convivarum ea in coena abstinere debuisse a bibendo, sicut alias potuissent agere, aut fortasse egissent. Nova singularique virtute calix ille praeditus erat, quippe qui erat calix novi testamenti in sanguine suo etc. Ita Christi verba, cum multiplicem admitterent significationem, consecrarium evertitur, quod Protestantes optarent inferri.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



*panis* sufficebatur coenae, huius simul erat consecrarium mysticum historicumque; quinimmo, haec liceat dicendi ratio, erat imaginis in veritatem conversio. Quod si admittas, luculenter patet, qua ratione *Alleluia* hebraicae Liturgiae in christianam transierit (1).

Documentorum tamen inopiam ea super re ploramus. Si Apocalypsim excipias, frustra in reliquis novi testamenti codicibus *Alleluia* quaereres; nec in primaevis christianorum scriptis secuta conceditur eiusmodi cantici vestigia reperire. Patres Apostolicae aetatis, *Didaché*, aut Clementis Epistolae, *Alleluia* exempla non exhibent. At, Liturgiis constitutis, tunc

---

(1) Hunc quod attinet canticum *Alleluia* ita Thalsofer scribit:

« In der jüdischen Osternacht beim Paschamahl der Hebräer  
 « gesungen, war das *Alleluja* Ausdruck des Jubels für die Be-  
 « freiung aus der Knechtschaft Aegyptens. Die Befreiung aus dieser  
 « Knechtschaft selber aber war Typus gewesen von der Erlösung  
 « der Welt aus der Knechtschaft der Sünde und des Todes durch  
 « Jesu Tod und Auferstehung, wesshalb es für die Christen um so  
 « näher lag, auch ihrerseits um Ostern *Alleluja* zu singen, als  
 « Christus selber beim Paschamahl, bei der Einsetzung seines Sünde  
 « und Tod überwindendes Opfers das Hallel mit seinen Jüngern  
 « gesungen (MATTH. XXVI, 30), und darin dem typischen Pa-  
 « schahallel seine Erfüllung gegeben hatte. Nichts war daher  
 « natürlicher, als dass die Christen zunächst ihre Paschafeier durch  
 « *Alleluja* singen auszeichneten und dass sie sodann auch bei  
 « eucharistischen Feier überhaupt dem *Alleluja* einen Platz einrä-  
 « umten. Als ebenso natürlich erscheint es, dass sie das seiner  
 « wesentlichen Bedeutung nach ohnehin ge neinverständliche *Alle-  
 « luja* unübersetzt liessen, um es in der Sprache zu singen, in wel-  
 « cher der Heiland selber bei der ersten christlichen Opferfeier es  
 « gesungen und in welcher es nach Angabe der geheimen Offen-  
 « barung (19, 1 ff.) droben im Himmel die Engel und Heiligen  
 « vor Gottes Angesicht singen zur stetigen Feier des Sieges in  
 « Christo »; *Handbuch der katholischen Liturgik*, 1 Band, 2 Abtheil.

temporis velut iucunditatis ineffabilis sensus erumpit, illas omnes singulasque pervadit: ut Hieronymi et Augustini aevo *Alleluia* cuivis populo communis, ac proprius, fere dicam, evaserit.

(Contin.)

Prof, IGNATIUS SALVATORI



## QUAESTIONES ACADEMIAE LITURGICAE ROMANAE

**Circa** « ADDENDA ET VARIANDA » **in Rubricis.**

### IX.

DE MISSA PRIVATA DOMINICAE RESUMENDAE

AUT DE FERIA, SEMIDUPLICI OCCURRENTE.

(*Rubr. Miss. Tit. III. n. 1.*)

In Ecclesia Cathedrali B., impedita Missa Dominicae vicesimae quintae post Pentecosten, resumpta fuit iuxta Rubricam in feria tertia sequenti, in qua de *ipsa* feria erat agendum. Iam nunc Attilius Canonicus feria IV sequenti, in qua agendum erat de simplici, Rubrica sibi favente, uti censebat, iudicavit Missam de eadem Dominica privatam se facere posse, quod et in praxim deduxit, contradicentibus tamen reliquis Collegis suis, id contra Rubricam esse defendentibus. Item, in feriis Adventus, occurrente aliquo festo semiduplici, non de currenti festo agebat Missam, aut de aliquibus ex votivis, ut Rubricae potestatem faciunt, sed, pro sua devotione, de feria, seu de Dominica, quam resumebat. Idque a fortiori age-



*panis* sufficebatur coenae, huius simul erat consecrarium mysticum historicumque; quinimmo, haec liceat dicendi ratio, erat imaginis in veritatem conversio. Quod si admittas, luculenter patet, qua ratione *Alleluia* hebraicae Liturgiae in christianam transierit (1).

Documentorum tamen inopiam ea super re ploramus. Si Apocalypsim excipias, frustra in reliquis novi testamenti codicibus *Alleluia* quaereres; nec in primaevis christianorum scriptis secuta conceditur eiusmodi cantici vestigia reperire. Patres Apostolicae aetatis, *Didaché*, aut Clementis Epistolae, *Alleluia* exempla non exhibent. At, Liturgiis constitutis, tunc

(1) Hunc quod attinet canticum *Alleluia* ita Thalhoffer scribit:

« In der jüdischen Osternacht beim Paschamahl der Hebräer  
 « gesungen, war das *Alleluja* Ausdruck des Jubels für die Be-  
 « freiung aus der Knechtschaft Aegyptens. Die Befreiung aus dieser  
 « Knechtschaft selber aber war Typus gewesen von der Erlösung  
 « der Welt aus der Knechtschaft der Sünde und des Todes durch  
 « Jesu Tod und Auferstehung, wesshalb es für die Christen um so  
 « näher lag, auch ihrerseits um Ostern *Alleluja* zu singen, als  
 « Christus selber beim Paschamahl, bei der Einsetzung seines Sünde  
 « und Tod überwindendes Opfers das Hallel mit seinen Jüngern  
 « gesungen (MATTH. XXVI, 30), und darin dem typischen Pa-  
 « schahallel seine Erfüllung gegeben hatte. Nichts war daher  
 « natürlicher, als dass die Christen zunächst ihre Paschafeier durch  
 « *Alleluja* singen auszeichneten und dass sie sodann auch bei  
 « eucharistischen Feier überhaupt dem *Alleluja* einen Platz einrä-  
 « umten. Als ebenso natürlich erscheint es, dass sie das seiner  
 « wesentlichen Bedeutung nach ohnehin ge neinverständliche *Alle-  
 « luja* unübersetzt liessen, um es in der Sprache zu singen, in wel-  
 « cher der Heiland selber bei der ersten christlichen Opferfeier es  
 « gesungen und in welcher es nach Angabe der geheimen Offen-  
 « barung (19, 1 ff.) droben im Himmel die Engel und Heiligen  
 « vor Gottes Angesicht singen zur stetigen Feier des Sieges in  
 « Christo »; *Handbuch der katholischen Liturgik*, 1 Band, 2 Abtheil.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

bat in feriis Quatuor temporum Adventus et Quadragesimae, semiduplici permittente ritu. Quod cum alii absonum iudicarent a Rubricis et a Decretis, sequentia dubia, cuidam Rubricarum peritiori enucleanda *proposita sunt* :

1. *Utrum Missae de tempore, uti de Dominicis et de maioribus feriis inter votivas accenseri unquam valeant, ut legi privatim possint in semiduplicibus, sive occurrentes sint, sive non, earum natura, et iure positivo inspectis?*

2. *Quid his super Missis antiqua Decreta praedicaverint, quid seu eadem Decreta, seu Rubrica recens emendata decernant?*

3. *Quid inter Attilium suosque Collegas iudicandum?*

## SOLUTIO

**Ex dissertatione Rev. Dom. Richardi Paolucci Pontif. Seminarii Pii alumni, habita in Ecclesia Presbyterorum Congregationis Missionis, prope Curiam Innocentianam, die 26 Apr. 1899; acta Epitome per R. mum Dom. Aloisium Orestem Canon. Borgia.**

I. Quaeritur primo, utrum Missae de tempore, uti de Dominicis, et de feriis maioribus, inter votivas accenseri unquam valeant, ut legi privatim possint in semiduplicibus, sive occurrentes sint sive non, eorum natura et iure positivo inspectis?

Cum rerum tractandarum definitio ad earum certam cognitionem atque interpretationem sternat viam, antequam directe quaestionem agitandam arripiamus,

optime proderit brevius notionem statuere Missarum de tempore et votivarum.

Tempus, liturgice acceptum, indicat tantum Dominicas et ferias, in quibus non fit officium de aliquo peculiari festo Sanctorum : quamvis indicare etiam possit peculiaria aliqua festa Domini, uti ex. gr. Pascha, Ascensionem, Pentecosten etc. quae sub nomine quidem festorum veniunt, simulque ad tempus pertinent. Sed, generaliter loquendo, certissima est distinctio inter officia de tempore et officia de Sanctis. Hinc Rubrica Breviarii notat : « Si ordinandum sit officium de tempore, uti **de Dominica vel Feria** etc. (*Tit. 12, n. 2*) ». Paulo vero inferius ait : « Si officium sit ordinandum de Sancto etc. (*Loc. cit., n. 3*) ». Tempus ergo excludit festa Sanctorum, quae nunquam de tempore dicuntur, quamvis infra aliquod tempus occurrant, uti ex. gr. festa S. Stephani protomartyris, S. Ioannis Apost. et Evangelistae etc.

Dominicae aliae sunt maiores, aliae minores, uti maiores aliae, aliae vero minores sunt feriae. Quae autem Dominicae maiores sint, maioresque feriae, Breviarium enumerat : reliquae dicuntur minores. Officium sequitur Missa, hinc Missae de tempore sunt illae, quae non sunt de Sanctis, sed vel de Dominica vel de feria.

Cum autem Missam votivam dicimus, illam significamus, quam Rubrica non praescribit, utpote extra ordinem Officii. Namque ait Rubrica generalis : « Missa dicitur quotidie secundum ordinem Officii (*ante Rubr. Gen. Mis.*) » : licet esse aliquando possit **et extra ordinem Officii, votiva**. Itaque, ut Missa votiva sit, non debet esse in praecepto, saltem *per se*, neque, pariter *per se*, cum Officio convenire. Patet primum ; quia illud dicitur votivum, quod est iuxta votum Celebrantis : si autem praeceptum admittas, iam cessat esse iuxta votum seu desiderium

Missa, cum ex obligatione sit dicenda. Patet alterum; quia, iuxta allatam superius Rubricam, Missa dicenda est *secundum ordinem Officii*, si ergo eiusmodi sit, iam illam habes, quam Rubricae exigunt, ut amplius votiva non sit.

Diximus nihilominus, *per se*, ut intelligatur Missam votivam posse quandoque et a Rubricis praescribi, et cum Officio convenire, sed tantum *per accidens*. Ita ex. gr. Missa S. Mariae in Sabbato praecipua esse potest in quibusdam rerum adiunctis, et cum Officio recitato convenire, cum tamen indubie votiva sit, quidquid auctores inter se discrepantes dicant. Sed perpendas, quaesumus, praecipuum non esse *per se* impositum, sed tantum *per accidens*. Est praecipua *per accidens*; quia cum in Ecclesiis collegialibus non debeat omitti Missa Officio recitato respondens, et Officium recitatum sit ex hypothesis de S. Maria in Sabbato, ea de causa eiusmodi Missa praescribitur. Sed haec Missa unica est cum cantu, dum reliqui chorales ad illam dicendam nulla ratione tenentur, sed aliam, permittente ritu, celebrare queunt. Non ergo *per se* praescribitur, secus omnes ad Ecclesiam pertinentes Sacerdotes ad eam adigerentur, quod falsum est; sed tantum *per accidens*, ne videlicet Missa omittatur, quae Officio choralis respondeat. Item dicta Missa est secundum ordinem Officii, sed *per accidens* pariter et non *per se*; quia scilicet, non dicitur in collegialibus Ecclesiis talis Missa quia cum Officio conveniat, uti comprobatur in Missis non votivis; sed unice dicitur, ut Officium diei sine respondentis Missa non maneat. Hinc, ea excepta, nulla alia Missa cum dicto Officio convenire, ex necessitate, debet. *Per accidens* ergo, haud vero *per se*, convenit cum recitato Officio, proindeque, eo non obstante, votiva est. Idem quoque tenendum de aliis Missis, quae in collegialibus quandoque celebrantur Ecclesiis; quae Missae cum Officio



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



vel praeceptivae esse possint vel votivae, uti ex dicendis constabit.

Missa namque esse potest : 1. de festo , cuius obiectum potest esse, vel Dominus, vel Deipara, vel mysterium, vel aliquis ex Sanctis ; 2. de tempore, nempe aut de Dominicis aut de feriis. Si sit de festo, Missa appellabitur *festiva* : si de Dominica, *dominicalis* : si de feria, sub quo nomine et vigiliam intendimus, Missa dicetur *ferialis*. Missa autem dominicalis et ferialis dicitur *de tempore* ; quia omnes Dominicae et feriae ad tempus pertinent liturgice acceptum, iuxta superius exposita.

Nunc quaeritur, utrum Missae de tempore, videlicet dominicales et feriales, accenseri valeant inter votivas. Ut perspicuam demus responsionem animadvertendum est, Missam esse debere, in suis partibus, eiusmodi naturae, ut rerum, quae dicuntur, veritas comprobetur. Hoc probatione non indiget : secus fieri posset, ut Christus ex : gr : infans a mortuis resurgat, in caelum conscendat antequam patiatur, Spiritus Sanctus descendat super Apostolos, priusquam hi existant, etc. etc. Etenim tempore Nativitatis posset recoli resurrectio Christi, tempore Quadragesimae Ascensio Domini, etc. etc. Satis autem notum ponimus Ecclesiae sapientiam in festis quibuscumque liturgicis ordinandis. Iam nunc Missae de tempore ita ordinatae in Missali sunt, ut tempori ipsi respondeant, hinc et propter hoc *de tempore* nuncupantur. At Missae votivae quocumque anni tempore, semiduplici ritu occurrente, celebrari possunt, id Rubricis permittentibus. Si ergo Missae de tempore uti votivae dici possent, gravissima, quam mox innuimus, inordinatio facillime sequeretur. Et sane nonne risu dignum esset si Missam audires, paschali tempore, de Dominica quarta Adventus « Rorate caeli desuper et nubes pluant iuxta, aperiatur terra, et germinet Salvatorem » ? Quid,

si tempore Quadragesimae Missam faceres de Vigilia Ascensionis « Vocem iucunditatis annuntiate et audiat, alleluia etc. » ? Quid si tempore a Pentecoste ad Adventum diceres : « Puer natus est nobis, et Filius datus est nobis etc. » ? Id autem plus minusve comprobatur in omnibus Missis de tempore, uti et de Mysteriis ; quod autem de Introitu innuimus, ad reliquas plusminusve earumdem Missarum partes applicandum est : ut maxima, quam diximus, inordinatio vitari nequeat. Ergo concludendum, certo est, Missas de tempore uti votivas non posse haberi, ut inter votivas accenseri non possint.

Nihilominus considerandum est, inordinationem praefatam haud semper in eiusmodi Missis comprobari, sed tunc tantum, quando extra proprios relativos dies celebrantur. In propriis enim diebus, pro quibus in Missali inscribuntur, si recitentur, nullum ex una parte gignunt incommodum, et ex altera optime Celebrantis devotionem pietatemque fovent ac nutriunt. Si ergo in dictis diebus aliquod semiduplex occurrant, quod illas permittat, quare dictae Missae, uti aliae de Sanctis, celebrari nequeant profecto non intelligeretur. Evidens enim est, eas pro eiusmodi diebus, sive dominicis sive ferialibus, esse institutas. Consequenter iisdem diebus dicendae sunt, uti revera dicuntur quando de iisdem Dominicis et feriis recitatur officium. Quod si saepe omittantur, id per accidens est, quatenus nempe ritus duplici superior occurrens Celebrantibus obligat ad Missam cum Officio convenientem agendam. Posito ergo ritu semiduplici praefatis diebus occurrente, certo concludendum, dictas Missas optimo iure posse fieri, saltem earum natura inspecta.

Quod si ius positivum consulatur, aut de Dominicis agitur, aut de feriis. Quod spectat Dominicas sive maiores sive minores, certum eas numquam fieri



posse diebus, quibus occurrunt, si de iis non recitetur Officium. Namque aut Dominica est maior, et omitti eius Officium nequit, nisi aliquando duplici I cl. occurrente: hoc autem impedit, quominus de Dominica, licet occurrente, Missa fiat. Aut Dominica est minor, et eius officium omitti non potest, nisi duplex saltem minus occurrat, quod Missam de Dominica pariter impedit, utpote extra ordinem officii. Dominicalem nihilominus Missam alio modo esse posse votivam, dicitur in tertia responsione.

Quod vero ferias spectat, aut eae maiores sunt, aut minores: si maiores sint, uti feriae Quadragesimae, etc. earum Missae celebrari ex iure positivo, quod mox referemus, possunt, diebus quibus occurrunt, modo ritus Officii diei illas permittat: si vero dictae feriae sint minores, cum hae propriam non habeant dicendam Missam, sed pro ea sit Missa de Dominica iteranda, iure positivo, uti videbimus, silente, earum Missae celebrari non possunt. Lex enim quod voluit expressit; sed expressit tantum Missas de feriis maioribus, ergo de minoribus dici non debent.

Sed manet adhuc inquirendum, utrum praefatae Missae de tempore, cum propriis diebus recitantur suntque extra ordinem Officii, sint nec ne votivae: petitio namque nobis proposita inquit, num inter votivas sint accensendae. Pro responsione animadvertimus, quidquid hac super re alii disseruerint, superius expositis nobis esse inhaerendum. Iis autem perpensis, dicimus: aut hae Missae sunt praeceptivae, aut non; sed illud falsum est, ergo verum est istud: hoc est, Missae de tempore cum extra ordinem Officii propriis diebus recitantur votivae sunt.

At notes quoque velim Missam convenire posse vel cum integro Officio diei, vel cum partiali, quod per commemorationem agitur. Missae autem de tem-



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

Nonam ». Ex his verbis constat, Missas de feriis seu maioribus seu minoribus, fuisse quidem permissas imo praescriptas in Ecclesiis collegialibus, sed legem prorsus tacuisse super iis privatim dicendis, permittente ritu.

Decreta vero, nunc revocata, easdem Missas privatas omnino interdicebant. Decretum namque *Dubiorum* sub die 3 Mart. 1866 ad petitionem: « Missae de Dominicis vel feriis per annum dici ne possunt tamquam votivae »? simpliciter responderat: « Negative (*Dub. II. n. 5358*) ». Hoc autem conforme erat alii Decreto d. d. 21 Jun. 1855, quod easdem Missas prohibuerat (*Patriarch. Basilic. Vaticanae n. 5210*). Insuper in Decreto in *Hispanien.* relatis minus etiam antiquo, hoc est d. d. 20 Maii 1890, Ordinarius quaesierat: « Recitans privatim Officium aliquod votivum feriis Quadragesimae, Quatuor Temporum aut Vigiliarum, potestne Missam celebrare de feria in colore violaceo? Et S. C. responderat: « Negative ».

Sed ad recens ius gradum facimus. Rubrica recentius emendata sequenti modo se exprimit: « Missae autem Feriarum maiorum occurrentium celebrari possunt etiam in festis semiduplicibus (*Rubr. Gen. Miss. Tit. III, n. 1*) ». De Missis vero feriarum minorum penitus silet, uti etiam de Dominicarum.

Quod autem Decreta spectat, sufficiat innuere Generale Decretum *de Conformitate Missae cum Officio*, d. d. 9 Jul. 1895 et d. 9 dec. eiusdem anni confirmatum, quod sub fine edicit, occurrente semiduplici, unicuique liberum esse Missam celebrare, non solum votivam, sed etiam de feria. En textualia verba, quod ad rem nostram pertinet: « Si vero in..... Ecclesia vel Oratorio Officium ritus duplici inferioris agatur, unicuique ex Celebrantibus liberum sit Missam de requie peragere, vel votivam, vel etiam de occurrenti feria ».

Nunc quaestionem resumimus, an Missae tantum de feriis maioribus, uti iam diximus, an etiam de minoribus dici possint, cum Rubrica explicita verba de maioribus tantum faciat, sed Decretum de feria in genere loquatur, quae seu maiores seu minores sub se continet. Respondemus, Rubricam Generalem mox relatam indubie de feria in genere loqui potuisse, et tunc seu maiores seu minores certo intellexisset, et nihilominus solas nominavit maiores ferias. Ergo concludendum, eam ferias minores excludere voluisse. Quod si Decretum feriam nominet in genere, dicendum est, per eam non nisi maiorem esse intelligendam. *a)* Quia Decretum per Rubricam relatam satis explicatur, cui conforme sit oportet. *b)* Quia talem interpretationem iure admittit, cum eius scopus esset unicus, innuere scilicet Missam de feria in semiduplici non esse vetitam, quem obtinuit: Rubrica autem de qua feria sit intelligendam, ulterius dicit. *c)* Quia feria minor seu communis Missam propriam non habet, ut iam innuimus; nec praesumi potest, illius Missam voluisse intelligere, quae ut dici queat, e Dominica praecedenti sumenda foret.

III. Sed pergamus ad ultimum quaesitum, quod petit iudicium ferendum inter Attilium suosque Collegas.

Dictis inhaerentes, repetimus, Missas privatas de feriis maioribus esse permissas, haud vero de minoribus, quas implicite per exclusionem Rubrica prohibet. Attilius autem, contradicentibus Canonicis, celebrare se posse censuit Missam de feria IV. infra hebdomadam XXV. post Pentecosten, de Simplici occurrente festo. Porro feriae maiores sunt feriae Adventus et Quadragesimae, Quatuor Temporum, et secunda Rogationum; ergo feria, de qua Missam egit Attilius, minor erat, consequenter prohibita, uti superius dictum est. Ergo Missam Dominicae resumere nequibat, ut

iure Canonici Collegae illius ei adversarentur. Sed excusandus profecto, si recens Rubrica nondum in vulgus edita fuisset, cum Decretum, a Rubrica abstrahendo, tam de maiori quam de minori feria, in se inspectum, possit intelligi.

Sed praeterea Attilius in Adventu, occurrente ritu duplici inferiori, Missam semper pro sua devotione agebat de feria, vel de Dominica, quam resumebat. Iisdem autem in rerum adiunctis, tempore Quadragesimali, et feriis Quatuor Temporum, Missam de feria occurrente semper agebat, quod conquerebantur Canonici. At hisce in casibus Attilius nulla erat redargutione dignus, cum iuxta Rubricas operaretur et Decreta; ut ratio, hic, non pro Canonicis, sed pro eodem Attilio pugnet.

Aliqua oriri dubitatio posset, eo quod saepe Attilius in Adventu Missam, non de feria maiori facit, quam Rubricae permittunt, sed de Dominica, quam resumit. Sed perpendendum est, eiusmodi Missam esse quidem Dominicae, sed et ad feriam pertinere iuxta Rubricas Missalis (*Tit. III, n. 1*). Haec est autem Missa dominicalis, quae simul ferialis est, cum eadem sit, et quam Rubricae permittunt etsi privatam, quia ad ferias maiores pertinet.

---

## DUBIORUM LITURGICORUM SOLUTIO

---

I. *E Segovia (in Hispania)*. De facultate communicandi in Oratorio privato. — Ad ius quod attinet concedendi facultatem ad communionem non paschalem distribuendam in Oratoriis privatis, meritissimae *Ephemerides Liturgicae* (anno 1896, fol. 224) docuerunt illud, iuxta mentem Be-



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



ius Episcoporum omnino certum privata auctoritas infirmet ?

*Resp.* 1. Adm. Rev. Consulens satis legerit, ad solvendam quaestionem nostrae Academiae Liturgicae, a Brevium Secretaria fuisse solutorem edoctum, facultatem communionis agenda in Oratoriis privatis Sedi Apostolicae reservari, hanc esse mentem Summi Pontificis, et in praxi omnes recurrere, qui hoc cupiunt privilegium, ad Sedem Apostolicam per Secretariam *Brevium* vel *Memorandum*. Ad haec quid possumus addere ?

At, dices, Episcopi igitur, quod hucusque possederunt, ius amiserunt, tenendumque forsitan, eos amplius non posse uti facultate communionem concedendi in Oratorio privato ? Non credimus; sed fortasse distinctione utendum esse credimus inter *permissionem* et *privilegium*, sicque quaestionem solvere et inquirenti satisfacere. Quid *permissio* ? Facultas agendi id quod legi opponitur. Quid *privilegium*, exemptio seu privatio a lege. Nonne inter utrumque grave discrimen ? Qui privilegio gaudet, non subiacet legi : qui permissionem habet, legi subiacet, quamvis actu ad eam observandam non teneatur. Nonne dici optime potest, privilegium concedere communionis agenda in Oratoriis privatis, solius esse Pontificis: concedendi permissionem in iisdem Oratoriis, ad Ordinarium pertinere ? Ita credimus negotium componi. Certe nemo asserit, Ordinarios hoc privilegium posse concedere, quod morte concedentis cessaret ; sed uti communiter dicimus. eos permissionem seu facultatem tribuunt, attentis rationibus, quibus innituntur. At Summus Pontifex non potius facultatem, quam verum privilegium tribuit, quod sacrum tectumque manet etiam post eius obitum ; et rationibus inniti potest, si velit, sed potest quoque aliis de causis, vel ex sola sua liberalitate impertire.

Re fortasse sic composita, adm. Rev. Consulens ac-

quiescet simulque Ordinariis conquerendi ratio amplius non erit.

II. *Ex Urgellis. De ordine thurificationis.* Iuxta Decretum in Ferentina d. d. 14 Novembris 1654, thurificatio in Ecclesiis in quibus servatur alternativa Chori respectu Canonorum (prout evenit in hac Ecclesia Cathedrali Urgellensi), ab ea parte inchoanda est in qua Chori tabella appensa reperitur. Attamen Decretum in *Molinen.* d. d. 12 Septembris 1857, ad 25. statuit thurificationem debere incipere ab ea parte, in qua sedet dignior ex praesentibus, minime vero ab ea parte, cui Hebdomada contingit et cui apposita est Tabella Chori, quando, scilicet, Hebdomadarius non sedet in Choro, ut in Missa.

Quid ergo in praxi tenendum, cum huiusmodi Decreta sibi invicem opposita videantur?

*Resp.* Principium certum, quod recto liturgico sensui optime respondet, et a S. R. C. admittitur, hoc est, thurificationem ab ea esse parte chori incipiendam, quae est dignior: de hoc igitur non est dubitandum. Tota proinde quaestio huc spectat, quatenam sit vel censeri debeat pars ista dignior: haec autem ex Decretis pluribus perfacile concipitur. Namque sit, vel non, *per se* dignior, qui hebdomadarii munere fungitur, certe hic et nunc ipse digniorem chori personam repraesentat, uti patet; quia nobilior in recitatione vel cantu officii pars illi competit, quae consistit in munere hebdomadarii. Ergo ea pars chori est dignior, ubi est persona quae, vel est vel censetur dignior, et consequenter ab eadem parte, ubi dignior est, incipienda thurificatio. Hoc autem Decreta edicunt, uti videbimus. S. R. C. (26 Sept. 1643, num. 851 (1477) *S. Marci*) declaraverat: « thurificationem incipiendam esse a parte digniore ». Per alterum autem Decretum, quod est in *Adiccen.* 22 Iul. 1848, num. 2960 (5121) explicat quatenam sit pars ista dignior, subiungens: « Thurificationem



esse semper incipiendam a parte, in qua sedet hebdomadarius ». Ex his ergo patet, ius liturgicum hac in re satis esse perspicuum : adeo ut pars dignior chori, a qua thurificatio incipienda est, illa censenda sit, in qua sedet hebdomadarius.

Duobus praefatis concordat etiam alterum in *Ferentina* ; quaerentibus enim Canonicis Cathedralis Ecclesiae : « An thurificatio chori sit semper inchoanda a parte dextera et in qua manent seniores Canonici , vel potius a parte tabellae chori, etiamsi in ea contingat existere iuniores Canonici ? » S. R. C. apertissime per generale principium respondebat : « Thurificationem in Ecclesiis, in quibus servatur alternativa chori respectu Canonicorum, ab ea parte inchoandam, in qua chori tabella appensa reperitur (n. 973 (1737), 14 Sept. 1654) ».

Ex Decretis praefatis inficiandum non est, principium thurificationem dirigens, unum esse, incipere nempe illam debere a digniori parte, hanc autem in Ecclesiis, ubi alternativa chori habetur, constitui ex hebdomadario vel etiam ex tabella chori, si ille absit.

At gravis nunc opponitur difficultas, quia Decretum relative recens, seu *Molinen.* d. d. 12 Sept. 1857, n. 3059 (5251) ad XXV, contrarium statuere videtur. Namque S. R. C. exquisita fuit : « Utrum in Missa et etiam in Vesperis, quando hebdomadarius non sedet in choro, salutationes, thurificatio etc. debeant incipere ab ea parte, in qua sedet dignior ex praesentibus ; an ab ea parte, cui hebdomada contingit, et cui apposita est tabella chori ? ». Cui quaesito responsum est : « Affirmative ad primam partem ; Negative ad secundam ».

Quid ergo ? Reponimus inquirentes 1. Num Decretum istud, etsi oppositum aliis iam relatis, illa infirmare valeat ? Sed negativa, citra ullam controversiam, tenenda est responsio. Quia ex una parte per tria relata Decreta, ex



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

gnitates thurificandas dicit, inde Canonicos (*Loc. cit. n. 29*). Hinc Decretum *Altamurae* d. d. 17 Maii 1692, e nova Collectione expunctum, sed in loco indubie servandum, declarat Caeremoniale esse servandum, et thurificationem *incipiendam esse a latere, ubi sunt Dignitates*. Quinimo Decretum *Monopolitana* d. d. 31 Maii 1670, e nova pariter Collectione expunctum, sed et pariter in loco servandum, declarat quoad thurificationis ordinem *servandam esse consuetudinem*. Quaenam autem eiusmodi consuetudo? Ut prima Dignitas thurificetur ab una parte chori, deinde secunda Dignitas ab alia parte, postea tertia Dignitas a prima iterum parte, inde Primicerius ex alia parte, denique Canonici. Vel certe, si eiusmodi in loco viguisset consuetudo, servanda ea fuisset ex praefata responsione.

Ex his resultat, hac in materia consuetudines plurimum posse, quamvis unum sit principium, una norma generalis, quae thurificationem dirigit. Principium autem seu norma ex Decretis superius citatis constituitur, nempe *S. Marci, Ferentina, Adiacen.* ex quibus manifesto constat, thurificationem a parte, ubi est tabella chori, incipiendam. Si tamen consuetudo locorum sit diversa, ea servanda est, nisi pro bono pacis aliud S. R. C. decernat. Id autem, ad minus, comprobari posset in Decreto *Molinen.* quod ratione fortasse consuetudinis loci aliis Decretis opponitur. Sed illa legem faciunt, ius commune constituunt, cui generaliter adhaerendum: hoc legem non facit, nec norma esse potest, si Ecclesiam excipias, cui datum est. Optandum profecto foret, ut una cum Decreto, originis controversiarum, quae in Ecclesiis oriuntur, cognitio daretur legentibus Collectionem; tunc enim Decreta plura quae obscuritate laborant, clarescerent: quod tamen fieri ut plurimum non solet, et saepe non potest. Nihilominus hucusque exposita sufficere credimus, ut unusquisque in animum suum inducat, ex generali lege thurificationem a

loco tabellae chori semper incipiendam iuxta Decreta, Decreto *Molinen.*, pro loco tantum ius constituyente, neglecto ; quod et Caeremonialis Rubricis et Decretis ipsis plane conforme vidimus.

III. *E Lincio.* De suffragio Sacrae Familiae Titularis, in officiis votivis Eucharistiae, Passionis, de Imm. Conceptione et S. Ioseph. Quid melius, omittere in aliquo ex his officiis commemorationes aliquas communes, ut fiat com. Titularis, an omittere commemorationem Titularis et agere aliquas commemorationes communes ?

*Resp.* Sic dubium proposuimus, quia magis respondere credimus intentioni adm. Rev. Consulenti. Ut res fiat clarior, etiam pro aliis lectoribus, praenotamus, in num. 5 vertentis anni (*pag. 309, n. V*). Ephemerides dixisse, in officio votivo de Eucharistia, de Passione, de Imm. Conceptione et de S. Ioseph, non posse agi in suffragiis commemorationem Sacrae Familiae ; sive quia haberetur *bis in idem*, sive quia secus oporteret omittere aliquas commemorationes ex communibus : quod minus congruit. Adm. Rev. Consulens animadvertit, id non comprobari de Eucharistia et Passione, quod et nos concedimus ; quia cum duae faciendae sunt commemorationes de festis Domini, alterutra non omittitur, nisi identitas mysterii comprobetur. Haec autem conditio deest in officio votivo de Eucharistia aut de Passione, si habeatur com. de Sacra Familia. Quod vero spectat officium de Imm. aut de S. Ioseph, anceps haeret adm. Rev. Consulens ; quia, inquit, sive agatur officium de Imm. Conceptione, sive de S. Ioseph, in utroque casu omittenda foret com. subiecti principalis festi, quod Iesus est. Et patet ; nam si fiat de Immaculata, sive de S. Ioseph, non solum relativum Suffragium commune relinquendum esset, sed ipsa com. Sacrae Familiae, at in hac non commemoratur solum B. Maria et S. Ioseph, sed etiam Iesus, quod subiectum praecipuum

est festi Titularis, cuius proinde nunquam com. habere. Hoc autem est inconueniens, quia dum B. Maria et S. Ioseph supplentur, Iesus suppleri nequit.

Gratissime observationem accipimus, et negotio peritius considerato, iudicavimus aliter posse fieri, ut proin solutionem in praefato numero exhibitam negligentem, liter Dubium resolvere placeat, et forte melius, de quo lectores post solutionem iudicent. En itaque nostra sententia ratio praesens. Ubi Sacra Familia est Titularis, et tatur officium votivum, vel de Imm. Conceptione, vel S. Ioseph, fiat com. Sacrae Familiae, nec omittantur commemorationes communes de B. M. et de S. Ioseph.

Prima fronte haec solutio reiicienda absque dubio detur, cum *bis in idem* manifesto admittat; nihilominus lectores oramus ut nos in probationibus sequi velint. Com. Tituli est de praeepto Rubricae, ut si com. Patro loci, vigente usu, fieri in suffragiis possit, com. de Tit debeat omnino fieri, sive usus vigeat, sive non. Iam ve in casu nostro, haec com. omitteretur pro potiori parte quia festum Sacrae Familiae cum sit complexum, comprehendit Deiparam, S. Ioseph et Iesum, sed huius Sacrae Familiae esse Iesum potiore parte, nemo ambigit. tamen, si omittenda esset Sacrae Familiae com. omittenda quoque Iesu com. ex necessitate foret, quod prof minus congruit. Quod autem inconueniens auget, hoc e quod de tribus subiectis supplentur alia duo, de quorum altero dicitur officium, et de altero fit com., dum so Iesus excluditur. E duobus inconuenientibus quale mansit, ad lectores appellamus, ut minus eligant. 2. In Rubricam com. Tituli anteponitur aliis commemorationibus communibus, si dignior sit; ergo cum a Iesu dematur dignitas Sacrae Familiae, huius com. primas habere deberet super cetera suffragia, et nihilominus, quia ratione Deiparae aut ratione S. Ioseph habetur *bis in idem*



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



ac Titulus et Dedicatio propriae Ecclesiae, ambo duplicia l. cl. cum octava: reponi ne potest S. Martinus, infra totam suam octavam impeditus, in diem suam octavam, quae dies simul octava est alterius festi?

*Resp.* Negative respondere pro veritate coacti fuimus in brevioribus responsis in num. 7 vertentis anni (*pag. 462. XIX.*). Ratio est, quia ex pluribus Decretis, nec certo satis perspicuis, hoc erui poterat principium certum: Festum habens octavam, occurrens in Dominica, si impediatur alio festo maioris ritus vel dignitatis, **quod tamen non habet octavam**, et nulla dies libera infra hebdomadam occurrat, reponi potest in die octava, seu in Dominica, **in qua alias de ipsa die octava fieret** (*V. Decr. Urgellen. d. d. 11 Ian. 1884, n. 5904 ad IV*). Notanda porro sunt prima verba, diversis typis impressa, ex quibus manifesto patet, festum impeditum infra totam octavam suam, die proprio non excluso, ut reponi possit in die sua octava, non debere occurrere cum alio festo octavam habente. Quare autem? Quia iuxta alia verba, diversis pariter typis impressa, dies illa octava est eiusdem festi complementum, in quo de eodem festo fieret. Hoc autem accidere non potest, quando festum transferendum occurrit cum alio festo octavam habente; quia si hoc impedivit illud in die sua, certe impedivit ob potiozem ritum vel dignitatem. Iam vero, si hoc festum ea de causa aliud festum in die sua impedivit, impediet quoque in die octava, cuius dignitas ab ipso festo dependet. Ergo festum S. Martini, die sua impeditum a Dedicazione, non potest reponi in die sua octava, quia haec dies est etiam octava alterius festi, quae praevalet, sicut praevaluit festum. En ratio, ex qua coacti fuimus negativum responsum dare.

Ex his liquet, rationes in oppositum ab adm. Rev. Consulente allatas vim non habere. Quod enim festum dupl. l. cl., quocumque die occurrat, diem octavam ad sim-

plicem ritum redigat, saltem si occursum sit per accidens, hoc Rubricae Translationis leges exigunt. Item lex Rubricalis est, ut Dominicae maiores diei octavae praevaleant; sed etiam hoc in casu agitur de occurrentibus festis, dum casus noster respiciebat festum translatum a die sua, et quidem ex privilegio. Notum est autem, privilegia non posse extendi ad id quod non continent, sed accipienda sunt uti conceduntur. Vi igitur antiquorum Decretorum nil argui potest contra datum responsum, et apprime staret quod diximus.

Sed nunc nobis opportune occurrit novum Decretum in 3. Vol. Collectionis insertum ac vulgandum adhuc, secundum quod non est prohibitum, festum octava gaudens dieque sua impeditum in diem octavam ex privilegio transferre, quamvis haec sit dies octava alterius festi, a quo in die sua fuit impeditum. En Decretum istud ad litteram: « Festum duplex habens octavam, quando in die sua celebrari iuxta Rubricam haud valeat et infra totam suam octavam transferri nequeat, transferendum esse in ipsam octavam diem, quamvis in Dominicam incidat; dummodo non occurrat aliud festum vel ritum, vel primarii qualitate vel dignitate superius: quo in casu S. R. C. iubet, ut illud de more transferatur in primam diem liberam iuxta Rubricas ». Hic, uti patet, non requiritur ut festum impediens octava sit destitutum, quia Decretum de hoc plane silet. Ergo festum impeditum die sua et infra totam octavam, in die sua octava reponendum est, quamvis dies etiam octava sit alterius festi, quae ad simplicem ritum redigenda esset. Quod satis credimus sapienter factum; namque festum duplex, sive 1, sive 2 classis sit, satis est solemne, ut aliquo gaudere possit privilegio ne extra octavam suam longius abeat. Iam autem notum est, totam octavam velut unam diem festi computari, aequum est ergo, ut saltem, nisi infra eam fieri possit, celebretur in



die octava, nisi aliter ex necessitate fieri contingat. Quod si dicas, quid nimis esse ad simplicem ritum diem octavam alterius festi redigere, respondemus, maius esse incommodum ut festum extra suam octavam abeat, et forte satis remote, uti hodie accidit ex tanta multiplicatione festorum. Ceterum festum, cuius dies octava fit simplex, rite et solemniter celebrari die sua potuit; ergo cedat saltem diem octavam, ut alterum impeditum, ea die recoli queat. Hinc patet, adm. Rev. Consulentem ex novo mutato iure posse S. Martinum Titularem in die octava reponere, et ad simplicem ritum redigere diem octavam Dedicationis.

**V. E Catania. De functionibus, in quibus duo Diaconi pro Episcopo Pontificante adhibentur.** 1. In expositione, processione et benedictione SS. Sacramenti, functionem peragente Episcopo, quinam praeter Presbyterum assistentem ei ministrare convenit? Diaconi assistentes, vel Diaconus et Subdiaconus?

2. Si ministrent Diaconi assistentes nonne adsistunt in habitu proprio, idest cum dalmatica et tunicella supra rocchetum? An potius eis sumenda est alba, et a primo Diacono etiam stola?

*Resp.* Non omnes Episcopales functiones Diaconos assistentes requirunt, sed aliquae tantum; eaeque sunt, quas Episcopus in throno solemniter persolvit. Porro haud omnes functiones peragit in throno Episcopus, sed illas tantum, de quibus vel Caeremoniale Episcoporum vel Pontificale verba facit: reliquas in faldistorio. Ut aliquibus id ostendatur exemplis, innuere sit satis solemnem alicuius Ecclesiae aut etiam solius altaris consecrationem, benedictionem campanarum quam facit Episcopus, benedictionem et consecrationem Virginum etc. etc. quae nec thronum, nec proinde duos Diaconos, paratos inquam, assistentes requirunt. Cuius rei si rationem exquiras, ea in promptu est. Tunc Diaconos assistentes functio requirit, quan-



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

nus, sive alius Canonicus, vel Beneficiatus, aut alius, iuxta Pontificale; ergo esse debet minister diversus a Diacono Missae, quem secus lex certe nominasset, saltem inter alios. Denique chorus post expletam publicationem non debet respondere: *amen*; quia vocis huius cantus pertinet ad modulationem inceptam, quam per *amen* perficere necessario debet qui festa publicat.

2. Lectiones I Noct. e Dom. IV Quadragesimae impeditae, nisi reponi possint in die festo carente lectionibus propriis, iuxta Decretum *Patriarchalis Basilicae Lateranensis*, aliud antiquius invocans 26 Nov. 1735 in *Hispalen.* quibus aliud recens suffectum est in 3. Vol. Decretorum vulgandum, tamquam initium considerandae: ut legi debeant in festo minus digno habente lectiones proprias, omitterendas.

3. Martyrologium Rom. semel notat festa quae die natalitia recoluntur: bis ea, quorum S. Sedes diem natalitiam in quasi-natalitiam mutavit. Porro in Martyrologio nihil est mutandum: ut si semel notentur, semel relativa die Sancti sint annuntiandi: bis, si bis notentur. Si autem accidit ut festum in particulari Calendario sit alia die *assignatum*, iterum legendum, uti in Martyrologio prostat: si vero sit simpliciter *translatum*, annuntiatur pariter eo anno per verba: *Officium Sancti etc.* et nihil aliud. Elogium Ss. Cyrilli et Methodii annuntiatur die IX Martii, uti iacet, donec nova Editio Martyrologii fiat, in qua indubie ultimum elogium antiquo sufficietur. Nihilominus, si pro illo elogio antiquo novum legeretur dicta die, nil fieret, credimus, censura dignum; quia per novum certe vim amittit antiquum. Die 5 Iulii silendum prorsus arbitramur de dicto festo, quia dicta dies ad nihilum pro eo redacta est a S. Sede. Ubi autem hoc festum alia die *assignatum* fuit, tunc tertia vice annuntiandum est, uti habetur in novo elogio.

II. *Pro Gallia.* Ius liturgicum circa concursum et occursum Dedicationis et Patroni satis est perspicuum per recentius Decretum Gen. 4 Febr. 1896 (*V. Ephem. 1896. pag. 132*), cui responsum nostrum innixum fuit: Ut quid ergo Decreti antiqui servatio?

III. *Item pro Gallia.* a) Missa exequialis, praesente etiam cadavere, nequit haberi diebus, quibus Missa applicanda est pro populo, si alia Missa haberi non possit. b) Diebus, quibus celebratur officium, sed solemnitas festi in aliam diem transfertur, non existit prohibitio Missae exequialis. c) Si tamen dictis diebus Missa applicanda sit pro populo in Ecclesia, ubi una tantum Missa dicitur, redit quod diximus num 1. d). Existit Decretum *Andegaven.* in 3 Collectionis Volumine vulgandum, sub num. 3933, et applicandum in Gallia.

2. Ratio Missae in honorem Tituli minus gravis est, quam ratio Missae exequialis in festo solemniori, de quo fit tantum officium, et solemnitas transfertur. Nil ergo mirum, si illa vi Rubricarum vetita est, non autem ista. Ceterum exponi poterit Dubium ut authentica habeatur responsio: aliud dicere nequimus.

3. Biduum, quod Missas de requie attinet in die aut pro die obitus, esse potest, vel ab obitu, vel a depositione. Si primum, Missae non ultra biduum celebrari possunt: si alterum, celebrari possunt ultra biduum, neque ideo agitur contra Decretum *Aucto.* Cum enim dicitur: *non ultra biduum*, intelligitur quidem biduum ab obitu, sed etiam a depositione, quia unum pro alio sumi indifferenter potest. Si ergo sit biduum a depositione, quae post diem mortis ut plurimum comprobatur, non erit biduum, sed triduum ab obitu; et cadaver etiam hoc in casu censetur moraliter praesens.

4. Nonne potest sumi Oratio *Quaesumus* num. 6, si agitur de foemina? Quae necessitas alterius Rubricae?

nus, sive alius Canonicus, vel Beneficiatus, aut alius, iuxta Pontificale; ergo esse debet minister diversus a Diacono Missae, quem secus lex certe nominasset, saltem inter alios. Denique chorus post expletam publicationem non debet respondere: *amen*; quia vocis huius cantus pertinet ad modulationem inceptam, quam per *amen* perficere necessario debet qui festa publicat.

2. Lectiones I Noct. e Dom. IV Quadragesimae impeditae, nisi reponi possint in die festo carente lectionibus propriis, iuxta Decretum *Patriarchalis Basilicae Lateranensis*, aliud antiquius invocans 26 Nov. 1735 in *Hispalen.* quibus aliud recens suffectum est in 3. Vol. Decretorum vulgandum, tamquam initium considerandae: ut legi debeant in festo minus digno habente lectiones proprias, omittere.

3. Martyrologium Rom. semel notat festa quae die natalitia recoluntur: bis ea, quorum S. Sedes diem natalitiam in quasi-natalitiam mutavit. Porro in Martyrologio nihil est mutandum: ut si semel notentur, semel relativa die Sancti sint annuntiandi: bis, si bis notentur. Si autem accidit ut festum in particulari Calendario sit alia die *assignatum*, iterum legendum, uti in Martyrologio prostat: si vero sit simpliciter *translatum*, annuntiatur pariter eo anno per verba: *Officium Sancti etc.* et nihil aliud. Elogium Ss. Cyrilli et Methodii annuntiatur die IX Martii, uti iacet, donec nova Editio Martyrologii fiat, in qua indubie ultimum elogium antiquo sufficietur. Nihilominus, si pro illo elogio antiquo novum legeretur dicta die, nil fieret, credimus, censura dignum; quia per novum certe vim amittit antiquum. Die 5 Iulii silendum prorsus arbitramur de dicto festo, quia dicta dies ad nihilum pro eo redacta est a S. Sede. Ubi autem hoc festum alia die *assignatum* fuit, tunc tertia vice annuntiandum est, uti habetur in novo elogio.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



IV. *Pro Hispania.* 1. Imagines discoopertas in hebdomada maiori non licet deferre in processionibus, nisi ad summum in Sabbato Sancto.

2. Imagines Sanctorum in processione Corporis Christi deferri nequeunt, obstante Decreto recentiori.

3. Super tabernaculo, quae in illius ornamentum sunt, apponi possunt, non reliqua.

4. Laici in presbyterio tolerari possunt, semper tamen extra functiones liturgicas, maxime chorales.

V. *Pro Melita.* 1. Quaeritur, num pro duobus vel pluribus defunctis, quorum corpora non ultra biduum sepulta sunt, possint celebrari unicae exequiae cum unica Missa solemni de die obitus, ac privilegiis istius Missae. Respondemus, nullimode esse dubitandum, a fortiori fieri posse pro pluribus, quod pro uno permittitur. Supponimus nihilominus, eiusmodi Missam esse vere exequialem, seu primam quae in Ecclesia celebratur pro illis, sint duo. sint plures defuncti. At quare non canitur una pro singulis, si uti diximus res se habent?

2. Missae in die 2. Nov. debent esse de requie, quarum applicatio libera manet, si ergo dici de requie debent. quis vetat quominus una vel plures canantur? Si cani possunt, quare applicari non poterunt pro illa defuncti anima, quae magis Celebranti interest? Quod si de ea dies obitus recurrat, vel III, vel VII, vel XXX, vel anniversaria, quare non poterit Missa pro eadem cani? Id credimus posse, oppositum non intelligimus.

3. Privilegio gaudens celebrandi Missam votivam de B. Maria in omnibus Sabbatis, duplicibus secundae classis exceptis tantum, non potest die 2. Nov. eo privilegio uti; quia tali die, ob aliam legem, omnes Missae esse debent de requie, conventuali excepta,

4. Missam post acceptum nuntium obitus, nisi celebretur die prima pro eadem liturgice libera, diebus se-

quentibus vetitam credimus. Et iure merito : secus nimiae libertatis excessus haberetur, quam S. R. C. non concedit.

VI. *Pro Lincio*. De parvi Ritualis Benedicti XIII Rubrica circa manipulum dum Celebrans Pluviale indutus est, in initio Benedictionis palmarum, nescimus quid dicendum. Fortasse error est in editionibus aliquibus irreptus. Quidquid sit, Rubrica Missalis dicens : « Cum Celebrans utitur pluviali, **semper** deponit manipulum (*Tit. XIX, n. 4*) » servanda est prae illa, uti hoc in casu, ita in omnibus aliis, cum lex Missalis nullam exceptionem ponat. Hinc inter auctores omnes, vix aliquem reperies, qui manipulum cum pluviali adhibendum doceat : communiter admittitur Rubricam Missalis esse omnino servandam.

---

# SUPER CALENDARIO

## STUDIUM

---

(*Contin. Vid. n. 7 pag. 472*)

Prosequentes inquisitionem, ad alterum fructum percipiendum ex stabilitate Dominicarum naturaliter ducimur : ad habendum scilicet cyclum vel tabulam paschalem perpetuam, in qua ad alicuius anni Pascham inquirendam non modo littera dominicalis, sed et ipsa epacta inutilis evadit, proindeque tam brevis et facilis quam quae maxime. Et sane : ex tabula nostra mobilium festorum clare perspicitur, Paschata ab epactis tantum pendere, et cuilibet epactae vel pluribus simul epactis semper aliquod pascha determinatum respondere: ita ut cognita



tantum epacta, statim et pascha dignoscatur quod ab illa immutabiliter pendet.

Hinc sequitur principium, vi cuius ad cognoscendam pascham nil aliud requiritur nisi inquisitio et cognitio epactae. Unde cycli nonnulli paschales confici possunt, quorum quivis cursu unius saeculi, et aliquando etiam plurium, paschas indicat, non aliter quam ipsimet cycli epactales. Hi autem Cycli epactales nihil aliud sunt quam triginta cycli novemdecim epactarum, quorum quisvis cursu unius et aliquando plurimorum saeculorum inservit, et unus differt ab altero, immediate succedente, una unitate. Sicut videre est in tabula quam nos hic referimus (*Vid. in fin. Tab. Epact.*).

Ratio conficiendi hanc tabulam fuit sequens : Quoniam ab antiquis tamquam regula certa habebatur ut novilunia post 19 annorum cursum eodem die contingerent ac antea, veteres Patres nostri Aureum Numerum in Calendario ita ingeniose describere, ut sine ulla difficultate novilunia et lunam, praesertim paschalem, quotannis ostenderet. Tamen experimentis compertum est cyclum istum sufficientem non esse ad lunationes recte signandas, quippe quae sedem mutasse repertae sunt. Nam astronomi decessu temporis observarunt et reperierunt, cyclum lunarem post decem et novem annos utique eodem die cursum redintegrare, sed non eadem hora et instanti, ut antiqui opinati sunt, et praesertim cyclum antecedentem hora integra et 27' e 22" : ex quo sequitur, cyclum lunarem, 312  $\frac{1}{2}$  annis expletis, antecedere die una, exceptis 7 minutis nonnullisque secundis. Novilunia igitur in cyclo decemnovenali posita, post 312  $\frac{1}{2}$  annorum cursum antecedunt una die respectu dierum anni solaris, et altera die protrahit quoties in annis centesimis relinquatur bissextus. Unde patet novilunia in hoc cyclo sedem fixam non habere, sed nunc antea, nunc postea evenire extra dies ab antiquis determinatos. Si tamen ipsi hunc cyclum servare voluissent, ad novilunia signanda necesse erat 30 calendaria diversa conficere seu 30 descriptiones die-



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

In hac tabula igitur invenitur cyclus paschalis decurrens spatio alicuius saeculi propositi, eodem modo quo diximus inveniri cyclum epactarum in altera tabula, scilicet per litteras saeculares, et invenitur similiter pascha cuiuscumque anni illius saeculi per numerum aureum. Sic exempli gratia, si invenire debes, quando evenit, pascha anni 1899 secundum hanc tabulam, in primis quaeritur cyclus paschatum, qui pro toto saec. 1800 decurrit et inservit, sequenti modo: Quaero litteram huius saeculi vel etiam epactam, quae litterae respondet, modo iam antea dicto, et invenio esse C vel XXII; totus igitur cyclus decemnovenalis, qui illis respondet super eandem lineam ad dexteram, est cyclus paschatum pro toto saec. 1800 decurrens. Determinato cyclo paschali pro saec. 1800, facile invenitur pascha anni 99 huius saeculi, sequenti modo:

Quaero quinam sit numerus aureus anni 1899, et reperitur esse 19; et illa pascha quae, in cyclo invento, sub illo cadit, erit pascha 1899, nempe 2 Aprilis.

Sed etiam haec tabula mirum in modum brevior ac plane facilius reddi potest, ipsi hanc alteram substituendo.

### Tabula triginta cyclis decemnovenalibus paschatum constans.

I.	16 apr.	(1)	XVI.	2 apr.	(16)
II.	2 »	(20)	XVII.	23 »	(5)
III.	26 mar.	(9)	XVIII.	9 »	(24)
IV.	16 apr.	(28)	XIX.	26 mar.	(13)
V.	2 apr.	(17)	XX.	16 apr.	(2)
VI.	23 apr.	(6)	XXI.	9 »	(21)
VII.	9 »	(25)	XXII.	26 »	(10)
VIII.	2 »	(14)	XXIII.	16 »	(29)
IX.	16 »	(3)	XXIV.	2 »	(18)
X.	9 »	(22)	XXV.	23 »	(7)
XI.	26 mar.	(11)	XXVI.	9 apr.	(26)
XII.	16 apr.	(30)	XXVII.	2 »	(15)
XIII.	2 »	(19)	XXVIII.	16 »	(4)
XIV.	23 »	(8)	XXIX.	9 »	(23)
XV.	9 »	(27)	XXX.	26 mar.	(12)

Sed quomodo ea explicatur? eodem fere modo, ac antecedens, videlicet: Numeri romani, qui manent in sinistro latere lectoris, indicant triginta cyclos decemnovenales paschatum, quae loco epactarum suffecta sunt.

Numeri vero arabi, inter parentheses conclusi, indicant ubi initium sumant diversi triginta cycli et quo desinant: sic exempli gratia, primum(1) incipit a paschate quod incidit in diem 16 aprilis, et prosequitur inferius descendendo usque ad secundum (2), qui incipit et ipse a 16 apr. et prosequitur inferius descendendo usque ad tertium (3), et sic de ceteris. Primus cyclus incipit ab anno 1615, quia hoc anno iterum rëcurrit cyclus numeri aurei.

Usus vero huius tabulae hac brevissima formula comprehendendi potest: 
$$\frac{(Saec. - 16) - (m. \dagger p.)}{19}$$

30

Videlicet subtrahitur numerus metemptosium (m), sicut etiam proemptosium (p), a numero centesimalium vel saeculorum, a 1600 (16) decursorum; et quod superest indicat quot cycli decemnovenales lapsi sunt a saec. 1600; haec differentia per 19 multiplicatur; atque productum, cyclum decemnovenalem saeculi propositi annuntiat; si vero productum maius sit 30, per ipsum dividitur et residuum indicat cyclum.

Ut vero obtineatur pascha alicuius anni saeculi propositi, invenitur primo numerus aureus huius anni, et deinde enumerantur inferius tot unitates quot sunt unitates numeri aurei. Exemplo declarari potest. Quinam sit cyclus decemnovenalis paschatum pro saec. 1800? Subtrahitur 1600 a 1800, et habetur differentia 2, quaeritur postea, quot sint metemptoses saeculi 1800: videlicet — 2. et quot sunt proemptoses seu † 1: deinde fit summa utriusque, scilicet — 2 † 1 = — 1: haec subtrahitur a differentia saeculi 1800 super 1600 scilicet † 2, et habetur pro residuo 1. Ergo a saec. 1600 usque ad saec. 1800

unus cyclus decursus est: ut habeatur cyclus saec. 1800, multiplicatur 1 per 19 et habetur 19, quod idem valet ac ab 1 descendere per 19 unitates ut perveniatur ad cyclum quaesitum, hoc est (2). Hoc facto, petitur nunc quaenam sit pascha anni 1899: quaeritur in primis numerus aureus anni propositi qui est 19, et deinde initium sumendo a (2) per novemdecim unitates descenditur inferius, et habetur pascha 2 apr.

---

## SOLUTIO QUAESTIONIS

pro mense Septembri 1899 propositae.

---

### PROPOSITIO.

Ius transferendi (quoad solemnitatem) festum SS. Cordis Iesu, Ordinariis locorum datum (*Decr. in Romana, apud Ephem. Liturg. an. 1897, pag. 563*), ita ne intelligendum, ut in eandem diem, semel pro semper eligendam, transferri debeat, an potius ut in diem quotannis pro opportunitate diversam transferri valeat?

### SOLUTIO.

Omnibus mature perpensis, videtur quod sit respondendum: negative ad primam partem, affirmative ad secundam.

a) Singulare privilegium manifeste voluit Papa Leo XIII solemnitati SS. Cordis Iesu tribuere, et proinde pristinas ampliare concessiones, cum ad illas nedum remittat, ab eis procedat ad illud concedendum, vel independenter ab his agat condendo decretum.

Silet, quod felicis recordationis Pius Papa VII, per Sacram Rituum Congregationem, die 15 Aprilis 1815 indulserit, *ut sodalitates noviter aggregatae Congregationi Cordis*



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



per exhibito, Moderator Primariae Congregationis SS. mi Cordis Iesu penes Ecclesiam de Pace in Urbe ab ipsa S. Congregatione humiliter postulavit: Utrum iuxta praxim eiusdem Sacrae Congregationis, omnes Missae propriae de SS. Corde Iesu celebrari valeant in solemnitate translata ipsius SS. Cordis, et qualibet die a R. mis Ordinariis locorum in casu designata? » (1). Quaestio est omnium generalissima; agitur de qualibet die ab Ordinariis designanda, et non limitantur vices, quibus designare talem vel talem diem poterit unusquisque pro opportunitate temporum.

Quaenam fuit responsio? « Et S. R. C., referente subscripto Secretario, audito etiam voto Commissionis Liturgicae omnibusque accurate perpensis, rescribendum censuit: Firmiter manente festo SS. Cordis Iesu affixo Feriae VI post Octavam Corporis Christi, et quotannis recolendo cum officio et Missa propriis iuxta Rubricas et decreta, *eiusdem festi externam solemnitatem ad tramites Rescripti supravelati, in aliam diem a R. mis Ordinariis locorum designatam posse transferri etiam cum privilegio celebrationis Missae propriae de ipsomet SS. Corde Iesu* » (2). Porro sicut licitum erat vi rescripti supravelati, de licentia tamen Ordinariorum, eligere alium diem etiam pro celebratione festi cum Missa propria de SS. Corde Iesu, hodie S. R. C. permittit solemnitatem externam huius festi transferri in aliam diem ab Ordinariis designandam sine ulla limitatione quoad vices, ad differentiam prioris rescripti quod permittebat pro una tantum vice. Ubi autem lex non distinguit, nec non distinguere debemus; favores convenit ampliari, et contra eum qui legem dicere potuit apertius, est interpretatio facienda (3). Ergo decretum, de cuius intelligentia praesens habetur disquisitio, non audiri debet de die semel pro semper designanda, cum absolute loquatur.

Hoc eo certius videtur, quod in eodem loco limitet usum privilegii, quod adiungit pro celebratione Missae propriae de SS. Corde Iesu, et expresse notat: « Hoc autem privile-

---

(1) S. R. C. 23 Iul. 1897. — (2) Ibid. — (3) Regulae iuris.

gium iuxta praxim Sacrorum Rituum Congregationis excludit quoad Missam solemnem a duplicibus primae classis, et a Dominicis privilegiatis item primae classis, et quoad missas lectas etiam a duplicibus secundae classis, necnon a Dominicis, Feriis, Vigiliis, Octavisque privilegiatis; atque ea sub lege adhiberi posse, ut numquam omittatur Missa Conventualis vel Parochialis Officio diei respondens, ubi eam celebrandi adsit obligatio, et serventur Rubricae. Atque ita rescripsit. Die 2 Jul. 1897 ». Non est enim ratio ulla, cur non pariter se explicaret circa modum designandi diem pro solemnitate externa, si non esset generalissima, et si ius transferendi per unam designationem diei iam exhauriri deberet. Vide in particulari decretum 15 April. 1815, quod primum retulimus, non solum limitat privilegium ad recitationem Missae propriam pertinentem, sed cum concessio est pro una vice tantum, hoc non minus expresse declarat. Ergo, reservatione praefata hic non existente, dies designari potest iuxta opportunitatem temporum.

b). Designatio diei, si facienda esset semel pro semper nonne foret vera *assignatio*, quae praecise ideam includit sedis fixae et perpetuo designatae? Sed hoc non satis declarari videtur per verba decreti *diem a Rmis Ordinariis designatam*, et potius supponunt facultatem mutandi diem electam, quae in posterum non amplius conveniret. Nam per quas res nascitur, per has et dissolvitur; quod perfecte quod drat cum aliqua designatione ab Episcopo loci facta et a successore eius mutata, dum assignatio postulat sedem immobilem. Si igitur decretum non adhibet verba *diem assignatam* quae firmum sensum habent consecratum in Liturgia, pro certo tene quod non reddidissent mentem Congregationis, ideo hic non agitur de die semel pro semper designata.

c). Id insuper consequi videtur ex ipsa rei natura. Comperitum est unam ex rationibus, ob quas concessio haec facta est, eam esse, ut provideatur maiori facilitati et commoditati populi fidelis, satisfaciendi eius devotioni erga SS. Cor Iesu Sacramentis participandi, et plenariam indulgentiam lucranda Concedentis igitur intentio est ut Fideles possint quam max



me participes fieri huius solemnitatis et privilegiorum. Si autem eorum translatio manere deberet semper in die semel electa, contrarium pluries facile eveniret; dies quodam tempore opportunus, et uti talis ab Episcopo designatus ad bonum et in favorem alicuius ecclesiae, certe potest progressu temporis, et mutatis circumstantiis, fieri inopportunos. Ergo non eiusmodi fuit legislatoris voluntas, et Episcopus poterit alium diem alias magis aptum seligere.

Obiicies fortasse: Decet concessum a Principe beneficium esse mansurum (1), et ita, privilegio vix in usum redacto, amplius non licet ei renuntiare. Hoc esset proprie obiectio, et quidem ineluctabilis, si mutatio diei aequivaleret renuntiationi privilegii; sed nedum ei renuntietur, mutatur dies ut uberius et plenius delibetur, et imo hoc faciens Episcopus, non transgreditur limites privilegii, sed restat in suo iure, cum illius sit diem determinare ad celebrandam externam solemnitatem (2). Quapropter cum Ephem. Liturg (3), putamus dioecesim, quae iam per indultum obtinuerat facultatem transferendi supradictam solemnitatem ad Dominicam III post Pentecosten, uti posse novo privilegio, quod est magis extensum: secus dicendum foret privilegium converti posse in damnum, non in iuvamen privilegiati, quod est absque ullo dubio contra intentionem concedentis.

*d*). Contra solitum denique, S. R. C. non determinat in decreto diem, in qua celebranda erit solemnitas externa SS. Cordis Iesu, et lucrandae erunt indulgentiae, et quidem ut, ad differentiam huius diei, a quo deinceps recedere non liceat, Episcoporum arbitrio relinquatur diei electio, a qua recedere poterunt prouti melius iudicabunt. Sed si semel tantum pro semper eam designare possent, nemo qui non videat scopum, scilicet utilitatem populi et adaptationem diei ad circumstantias loci et temporis, pluries deficere debere, et cadu-

---

(1) Regul. iuris 16.

(2) Ann. 1899, pag. 260.

(3) S. R. C. 23 Iul. 1897.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

tare quatenus sint dictae Indulgentiae ac Facultates, quae praefato tempore suspensae manent.

#### SUSPENSIO INDULGENTIARUM.

Tempore Iubilaei suspensae manent, tam Romae quam extra omnes Indulgentiae, sive plenariae, sive partiales etsi perpetuae, exceptis sequentibus :

1. Quae concessae sunt in articulo mortis.
2. Quae concedere possunt Episcopi aliique Praelati locorum Ordinarii, iuxta Litteras Apostolicas SS. D. N. Benedicti XIV sub die 5 Apr. 1747.
3. Quae concessae sunt pro recitatione *Angelus Domini* ad campanae sonitum, mane, meridie et vespere.
4. Indulgentiae septem annorum, totidemque quadragenarum iis concessae, qui, servatis servandis, visitant SS. mum Sacramentum solemniter expositum pro Oratione 40 horarum.
5. Quae concessae sunt comitantibus SS. Viaticum.
6. Quas concedere solent Legati, Nuntii S. Sedis, et Episcopi exercentes Pontificalia.
7. Indulgentiae altaris privilegiati pro defunctis.
8. Quae pro iisdem defunctis directe concessae sunt.
9. Quae vivis concessae sunt, ut sive explicitae sive non applicentur pro defunctis, sed pro his tantum.

#### SUSPENSIO FACULTATUM.

Tempore Iubilaei suspensae manent, sed tantum extra Urbem, omnes facultates absolvendi a casibus reservatis, commutandi vota, et dispensandi super irregularitate et impedimentis, exceptis sequentibus :

1. Facultates Tribunalium sacrae Inquisitionis, Congregationis de Propaganda Fide, Officialium, Ministrorum et Missionariorum, quos eadem Tribunalia vel S. Sedes deputaverint pro haeresibus extirpandis.
2. Quas praefatum Tribunal concessit Missionariis in locis et tempore Missionis.
3. Quas Episcopi aliique Praelati locorum Ordinarii habent super dispensatione et absolutione subditorum in casibus occultis, etsi S. Sedi reservatis, prout ipsis a Tridentina Synodo seu alias, etiam in publicis, a iuri communi ecclesiastico, et ab

Eadem Apostolica Sede pro certis personis et casibus indultae permissaeque dignoscuntur ».

4. Quas Superiores Regulares certe ac pacifice possident, sed relate tantum ad suos subditos Regulares, non vero saeculares, tam Romae quam extra (*Ex Const. Cum nos nuper, § Reservatis, litter circul. n. 32 pag. 42. Conf. Ferraris ad verb. Iubilacum Append. Melata Man. de Indulg. pag. 96 etc.*).

## E SUPREMA S. OFFICII CONGREGATIONE

### DECRETUM

*Feria IV, 5 Iulii 1899.*

Huic Supremae S. R. et U. Inquisitioni relatum est quod in hac Alma Urbe nnulli Religiosarum Communitatum, necnon Seminariorum et Collegiorum Superiores, suorum alumnorum in eadem domo degentium Sacramentales excipiant confessiones. Ex quo quanta incommoda, immo quot gravia mala oboriri possint, nemo qui in sacris ministeriis vel mediocriter sit versatus pro comperto non habet. Ex una enim parte minuitur alumnorum peccata confitendi libertas, ipsaque confessionis integritas periclitatur; ex alia vero Superiores minus liberi esse possent in regimine Communitatis, ac suspicioni exponuntur aut se notitiis in confessione habitis uti, aut benevolentiores se praebere erga alumnos, quorum confessiones excipiunt.

Quapropter ut hisce aliisque malis, quae ex huiusmodi abusu facile oriri queunt, occurratur, Suprema haec S. Officii Congregatio, de expresso Sanctissimi D. N. Leonis PP. XIII mandato, districte prohibet ne ullus cuiusquam Religiosae Communitatis aut Seminarii aut Collegii Superior, sive maior sive minor, in hac Alma Urbe (excepto aliquo raro necessitatis casu, de quo eius conscientia oneratur) suorum alumnorum in eadem domo manentium Sacramentales Confessiones audire ullo pacto audeat.

I. Can. MANCINI S. R. et U. Inquisit. Notarius.

---

## ANDIENTIA PONTIFICIS

SS. Dominus Noster Leo Pp. XIII dignatus est fandi copium privatim concedere Aloisio e Comitibus Lefebvre, cui socius erat natus illius Carolus. Aloisius ex administratoribus Societatis a S. Ioanne ad pedes Sanctitatis Suae provolutus exemplar obtulit ultimae Editionis Missalis nuperrime vulgati, quod splendidius religatum ditissime exornaverat.

Pater Beatissimus pro sua humanitate diligenter hanc novissimam editionem examinare voluit, praeclarisque laudibus efferre, eamque seu ob artem, seu ob typos praestantissimam dixit. Comiti gratulatus est in utilitate, quam Ecclesiae Societas affert, uti Religioni, Familiisque; ac de illo honorifice praedicavit ob institutam Romae officinam librariam catholicam, aulamque ad legendum omnibus oblatam, quam novum appellavit benedictionum fontem pro benemerita Societate.

Tandem, pluribus dictis super Editione officiali **Manualis precum pro Iubilaeo**, quam praefata Societas pro Anno Sancto mox evulgatura est, emisit Votum, ut hocce Manuale in totius orbis fideles effundatur. Postremo Societati, Administratoribus, adlaborantibus, ipsisque operariis eorumque Familiis, effuso corde impertivit Apostolicam Benedictionem.

---

IMPRIMATUR

P. Fr. Albertus Lepidi O. P.

S. P. A. Magister.

IMPRIMATUR

Ioseph Ceppetelli Archiepiscopus Myren. Vicesgerens.

---

**Proprietas Literaria.**

---

**G.B. Agnolucci, gerente responsabile**

---

Roma, Tip. F.lli Amoroso — Torretta Borghese 22-25.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies





		17.	18.	19.	1.	2.
30	P. Epac.	ar. 16 apr.	2 apr.	23 apr.	9 apr.	26 mar.
29	N. Lit. Sac.	» 16 »	2 »	23 »	9 »	2 apr.
28	M.	» 16 »	2 »	23 »	9 »	2 »
27	H.	» 16 »	2 »	26 mar.	9 »	2 »
26	G.	» 16 »	9 »	26 »	16 »	2 »
25	F.	pr. 16 »	9 »	26 »	16 »	2 »
24	E.	» 16 »	9 »	26 »	16 »	2 »
23	D.	» 23 »	9 »	26 »	16 »	2 »
22	C.	» 23 »	9 »	2 apr.	16 »	9 »
21	B.	» 23 »	9 »	2 »	16 »	9 »
20	A.	» 23 »	9 »	2 »	16 »	9 »
19	u.	» 26 mar.	16 »	2 »	23 »	9 »
18	t.	» 26 »	16 »	2 »	23 »	9 »
17	s.	» 26 »	16 »	2 »	23 »	9 »
16	r.	» 26 »	16 »	2 »	23 »	9 »
15	q.	» 26 »	16 »	9 »	26 mar.	16 »
14	p.	» 2 apr.	16 »	9 »	26 »	16 »
13	n.	» 2 »	16 »	9 »	26 »	16 »
12	m.	» 2 »	23 »	9 »	26 »	16 »
11	l.	» 2 »	23 »	9 »	26 »	16 »
10	k.	» 2 »	23 »	9 »	2 apr.	16 »
9	i.	» 2 »	23 »	9 »	2 »	16 »
8	h.	» 2 »	26 mar.	16 »	2 »	23 »
7	g.	» 9 »	26 »	16 »	2 »	23 »
6	f.	» 9 »	26 »	16 »	2 »	33 »
5	e.	» 9 »	26 »	16 »	2 »	23 »
4	d.	» 9 »	26 »	16 »	2 »	26 mar.
3	c.	» 9 »	2 apr.	16 »	9 »	26 »
2	b.	» 9 »	2 »	16 »	9 »	26 »
1	a.	» 9 »	2 »	23 apr.	9 »	26 »







**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

# Desclée, Lefebvre & Soc.

S. Sedis Apostol. et S. Rituum Congr. Typographi

Parigi - Lione - Lilla - Tournai - Brusselle - Bruges - Gand - Malines - Anversa - Tolosa

---

## LIBRERIA CATTOLICA INTERNAZIONALE

ROMAE - VIA SANTA CHIARA, 20-21. - ROMAE



Si è pubblicato:

# I' Almanacco Illustrato delle Famiglie Cattoliche

A N N O X I    Ⓞ    p e l 1900    Ⓞ    A N N O X

*(Tiratura 80,000 copie)*

Elegante volume in-8° grande abbellito da numeros  
incisioni e da otto tavole in colore fuori testo ed arricchit  
di una artistica cromolitografia rappresentante La Sa  
Famiglia del celebre pittore BARTOLOMEO ESTEVAN MURILLO.

**PREZZO: L. 0.50**

(franco di porto)

## PREMI AI COMPRATORI

dell' Almanacco Illustrato delle Famiglie Cattoliche

PER L'ANNO 1900

**SERIE 1.<sup>a</sup>** — 1000 premi in libri  
da sorteggiarsi tra tutti i compratori.

**SERIE 2.<sup>a</sup>** — Dieci premi straordinari  
del valore di lire dieci in libri  
da sorteggiarsi tra tutti i compratori.

**SERIE 3.<sup>a</sup>** — Premio di lire venti  
a tutti i compratori dell' Almanacco  
che acquisteranno cinquanta lire di  
libri da scegliere in apposita nota.

**SERIE 4.<sup>a</sup>** — Premio di lire dieci  
a tutti i compratori dell' Almanacco  
che acquisteranno libri per lire trenta.

**SERIE 5.<sup>a</sup>** — Premio di lire cinqu  
a chi acquisterà libri per lire venti.

**SERIE 6.<sup>a</sup>** — Un magnifico rego  
latore a pendolo del valore di lire 3  
gratis a tutti i compratori dell' Al  
manacco.

(Il Programma esplicativo trovasi nell'interno dell'Almanacco)



# HEMERIDES \* \*

# \* LITURGICAE

PUBLICATIO MENSILIS

CURA ET STUDIO

**Congregationis Missionis**

DIRECTIO: Via della Missione, 2 - Roma

PRETIUM ANNUM CONSOCIATIONIS

. . . . . Lib. 10 | Pro Exteris regionibus . . . Lib. 11  
Pro unoquoque numero . . . Lib. 1

ert ut quae Ecclesia de sacra  
cernit probe cognoscantur et  
; quanti ut sancta sancte  
et fidelium pietas sacrorum  
ugeatur.

(Breve PP. LEONIS XIII,  
10 Maii 1899).

Fili hominis, pone cor tuum et... au-  
ribus tuis audi omnia, quae ego loquor  
ad te de universis caeremoniis domus  
Domini, et de cunctis legibus eius.

(EZECHIEL, 44. 5.).

---

## SUMMARIUM

ones. Academiae Liturgicae Ro-  
e, pag. 601.  
m Liturgic. Solutio, pag. 617.  
responsa, pag. 636.  
alendario studium, pag. 642.

Solutio quaestionis pro mense October  
propositae, pag. 651.  
Quaestio solvenda pro mense Ianuario,  
pag. 659.  
Appendix, pag. ibid.

---

ROMAE

**Desclée, Lefebvre & Soc.**

S. Sedis Apostol. et S. Rituum Cong. Typographi

Via Santa Chiara, 20-21.

---



DIVI THOMAE AQUINATIS  
SUMMA PHILOSOPHICA  
CONTRA GENTILES

Volumen unicum. Sumptus ital. Lib. 3.

---

**Cavagnis** — Institutiones Iuris publici ecclesiastici quas in scholis Pontificii Seminarii Romani tradidit. Editio tertia accuratior., 3 vol. in-12 L. 10.

— Nozioni di diritto pubblico naturale ed ecclesiastico, in-12 L. 3.

— Elementa Iuris Ecclesiastici, in-12 L. 1,50.

**Costantini** — Institutiones Theologiae moralis. Edit. accuratior et aucta, in-8 L. 6.

— Specimen casuum conscientiae, in-8 L. 2.

**Baldeschi** — Esposizione delle sacre cerimonie della Messa privata e solenne, 2 vol. in-18 L. 3,50.

**Bouquillon** — Theologia Morolis Fundamentalis. Editio 2<sup>a</sup> recognita et adaucta. 1 vol. gr. in-8 L. 12.

**Cani** — Opera Theologica, 3 vol. in-8 L. 6.

**Lorenzelli** — Philosophiae Theoreticae Institutiones, secundum doctrinas Aristotelis et Sancti Thomae Aquinatis. olim traditae in Pont. Collegio Urbano de Propaganda Fide. *Editio altera* notabiliter aucta et emendata 2 vol. in-8. L. 20.

Vol. I. complectitur Logicam et metaphysicam generalem.

Vol. II. complectitur Philosophiam naturalem, Biologiam, Psychologiam et Theologiam naturalem.

**Lombardi** — Iuris Canonici Privati Institutiones in Scholis Pontif. Semin. Romani traditae. Vol. I et II L. 10.

**Melata** — Manuale Theologiae Moralis in usum praesertim Examinandorum. Editio altera accuratior et aucta, in-16 L. 3.

**Platelli** — Synopsis totius cursus theologici, diligenter recognita et in variis locis locupletata, 5 vol. in-8 L. 25.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



1. *Utrum Missae de requie, in genere, ab exordio Ecclesiae Christi, singulis diebus pro defunctis fieri consueverint, et num argui possit quando limitatio incoeperit pro Missis de requie privatis, aut etiam pro solemnibus?*

2. *In quo differat ius praesens, circa vetitum Missarum de requie pro die obitus, a iure antiquo, et utrum ratione liturgica valeat ius viciens corroborari?*

3. *Quid iudicandum de agendi modo Rodulphi quoad Missam in Oratorio et dilationem parentalium, quid de agendi modo aliorum Sacerdotum, qui Missam de requie non applicarunt, ut in casu?*

## SOLUTIO

**Ex dissertatione Rev. Dom. Decii Botti, Pontif. Seminarii Romani alumni, habita in Ecclesia Congregationis Missionis, prope Curiam Innocentianam, die 17 Maii 1899; acta Epitome per R. mum Dom.**

I. *Utrum Missae de requie, in genere, ab exordio Ecclesiae Christi, singulis diebus pro defunctis fieri consueverint, et num argui possit quando limitatio incoeperit, pro Missis de requie privatis, aut etiam pro solemnibus?*

Christi Ecclesia, vix Synagogae suffecta, Machabaei illud libenter suscepit: « Sancta et salubris est cogitatio pro defunctis exorare (*II Mach. XII, 46*) », et ignito illo caritatis affectu, qui proprius fuit sui divini Fundatoris, nunquam insinuare cessavit, quini-  
mo et solemnem rituum apparatus sancivit, piis precibus

Sacrificia connectens, Notissimum, quippe est, prout ex plurimis constat documentis, iam ab Ecclesiae initio, universalem extitisse praxim divinissimi Sacrificii offerendi in animarum defunctorum suffragium, quod *pro dormitione* vocabatur. Ita Tertullianus (*De Cor. Mil. c. 3*), et S. Cyprianus, referens dispositionem Concilii cuiusdam, anterioris anno 218, qua poena privationis *Sacrificii pro dormitione* intentatur in illum, qui ad tutelam testamentariam vocasset presbyterum. Quoad vero tempus et locum celebrationis huius Sacrificii, notandum est, in catacumbis offerri consuevisse in cubiculis sepulcralibus, dum adhuc cadaver iacebat in feretro, prope loculum sive arcosolium, in quo deponendum erat. Ita S. Augustinus, loquens de matris suae exequiis: « Cum offerretur pro ea Sacrificium . . . . . , iam iuxta sepulcrum posito cadavere, antequam deponeretur, sicut fieri solet etc. » Romae celebratio pro defunctis rursus agebatur die tertia a depositione, septima, trigesima et anniversaria. Constitutiones Apostolicae addunt diem nonam et quadragesimam (*L. 6, 8, c. 43*). S. Ambrosius in oratione funebri Imperatoris Theodosii similiter: « Eius ergo principis et proxime conclamavimus obitum, et nunc quadragesimum celebramus ».

Attamen, propositis quaestionibus cathgorice responsuri, fatendum rem difficilem scitu expostulari, eo quod documenta priorum temporum fere absolute deficient. Unde standum erit iis, quae ex inductione, nisi certam pariant sententiam, tamen aliquomodo satisfacere videntur. Dicimus primo, tribus prioribus Ecclesiae saeculis, nullam extitisse diem, qua celebratio Missarum de requie, saltem praesente cadavere, prohibita fuerit. Hoc infertur ex accurato studio, quod fieri potest circa vitam, ut ita dicam, religiosam et liturgicam christianorum illorum temporum. Vetus Liturgia funebris, sepulcrales inscriptiones, tota



series subiectorum insculptorum vel pictorum in coemeteriis Christianis, apertissime docent praecipuum fuisse in mente fidelium fidei documentum de mortis mysterio, et de spiritus, laqueis corporeis soluti, destinatione, in spe beatae resurrectionis. Hinc optime S. Cyprianus (*De mortalit.*, 16, ed. Pam.) de fidelium exequiis ait : « Exercitia sunt, non funera ». Alibi vero idem S. Pater (*ib.* XX) corripit illos fideles, qui in carorum morte sese excessui doloris dabant, dicens : « non esse lugendos accersitione dominica de saeculo liberatos, quum sciamus non eos amitti, sed praemitti ». Ex his inferre licet, etiam eorum temporum Liturgiam, ut moribus et sensui religioso responderet, non esse considerandam veluti expressionem doloris, sed potius spei et gaudii : ex quo fiebat, ut optime rei responderet memoria sublimium mysteriorum vitae divini Redemptoris. Nil proinde obstare videtur opinioni, quam tuemur, ipsum sanctum diem Paschatis, attentis loci et temporis adiunctis, non impedivisse celebrationem funebris Missae pro sepeliendo defuncto. Haud sane obstabat splendidior apparatus, qui florentibus Ecclesiae aetatibus invectus fuit ; cum coacti sacra peragere in cryptis, protegentibus legibus sepulcrorum tutricibus, sub umbra vix raro lumine discussa, chisticolae solebant quamvis solemnitatem squallido cultu celebrare, corde tamen, fide altrice, ad sublimiores sensus elato. Aevo illo, omnia mortis ideam evocabant, illius tamen mortis, quae uti transitus considerabatur ad veram vitam, ad resurrectionem ; ac proinde Liturgia funebris animum non abstrahabat a iucundioribus mysteriis. Ceterum scriptores contemporanei, dum de hac Liturgia sermonem habent, tacent omnino de diebus utcumque vetitis. Nec valet in oppositum argumentari ex Ecclesiae spiritu, qui prouti nunc est, ita et fuit ab initio ; agitur hic enim de re



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

cum suo ordine dispositum ; hebdomadam ipsumque annum in ferias distributum ; vitam Christi Iesu veluti in sacrum cyclum revolutam per annum; Sanctos quoque statis diebus honoratos. Hoc ergo tempore necesse fuit limitationem ponere circa Missarum de requie celebrationem, ne diebus maiorum solemnitatum lugubres ritus immiscerentur, qui minus apti essent ad memoriam iucundissimorum mysteriorum fidei recolendam.

Hucusque ex simplici tamen inductione locuti sumus ; sed saeculi V initio, et praecise anno 411, primum huius limitationis documentum invenimus in primo Concilio provinciali, Bragae celebrato. Ita se habet quidam illius canon : « Qui secundum sectam Priscilliani festivitatem ipsius Coenae Domini diei ab hora tertia per Missas defunctorum soluto ieiunio, colit, anathema sit ». Id vero non statim ubique locum habuit. Invenitur sane inter usus et constitutiones plurium Congregationum monasticarum, uti ex documentis constat, quae saeculum X et XII attingunt, non fuisse, quacumque occurrente festivitate, Missas defunctorum prohibitas, dummodo praesente cadavere celebratae fuerint. Sic Martène (*Libro II, De Antiquis monachorum ritibus, cap. VI n. 42*) refert locum ex quodam codice sub titulo : « Liber usum Cisterciensium » huius tenoris: « Missae quoque pro defunctis non solent cantari Dominicis diebus et solemnitatibus, quibus sermo fieri debet in Capitulo, nisi praesens defunctus fuerit. Missa vero quotidiana, quae solet dici pro fratribus nostris defunctis tantum intermittenda est die Parasceve, et sequenti Sabbato et die Paschae et Natalis Domini. Hebdomadarius Missae illius quotidianae cantet de festo ad altare, ubi Missa eadem cantari solet, et dicat collectam *Inclina* in secundo loco. Si trecenarium fuerit, subiungat : *Deus cui proprium*. Quod si his tribus diebus (Natalis sci-

licet, Paschatis et Pentecostes) praesens defunctus supervenerit, supradictus hebdomadarius *dimittat Missam de festo* et agat Missam pro eo etc. ». Ita et Monachi Cluniacenses et S. Benigni Divionensis, eundem usum habebant, et in manuscriptis citatis ab eodem Martène (*op. c. L. V, c. X, n. 16*) adducitur etiam ratio : « Quod si in ipsa nocte Resurrectionis Dominicae, vel ipsius diei crepusculo obierit, quo scilicet oporteat eum ipso die sepeliri, matutinalis Missa pro eo cantabitur. Nam (notetur hoc) tanta est auctoritas ipsius defuncti, ut etiam in tanta solemnitate huiusmodi Missa non possit sine negligentia intermitteri ».

Plura alia huiusmodi habemus documenta, sed necessarium non ducimus ea referre. Ex his ergo deducimus, circa saec. X et XII, viguisse adhuc aliquibus in locis usum canendi, praesente cadavere, Missam de requie in quacumque solemnitate. Hoc autem ostendit, non tantum prohibitionem non fuisse iuris universalis, sed, si consideremus quomodo in monasteriis veteres consuetudines tenaciter servarentur, et apud monachos traditiones vivissimae existerent perlongo annorum decursu ; haec documenta, quamvis iuris liturgici particularis, potius favent nostrae opinioni, quod nempe antiquitus libertas cuicumque data fuerit, *saltem praesente cadavere*, Missam canendi defunctorum in qualibet solemnitate.

Haec, de Missis solemnibus, satis sint; restat ut aliquid innuamus de privatis. Quod priora tria saecula spectat, admissa libertate celebrandi pro diebus quibuscumque, et considerata tristissima et anormali Ecclesiae eorum temporum conditione, videtur posse concludi, non tantum permissas semper fuisse Missas de requie solemnes, sed etiam privatas: uti tales, quae iis in rerum adiunctis, nempe persecutionum, deficientiae ministrorum, unicae aptae essent celebrari. Dici-

mus praeterea, saeculis posterioribus, maiorem introductam fuisse severitatem circa Missarum privatarum prohibitionem, quam solemnum, atque ideo, saec. XI et XII, permissas tantum fuisse, quando aliqua non recurrebat festivitas, quo in casu penitus excludebantur etiam praesente cadavere. Id eruimus ex documentis contemporaneis, quae loquuntur de facultate celebrandi Missas de requie, etiam in quibusdam praecipuis solemnitatibus, sed semper cantatas, nunquam vero privatas.

Ad implementum huius historiae, circa usum Missarum de requie, oporteret loqui de forma stabili et generalis naturae, a Sacro Concilio Tridentino incoepa, a Paulo IV prosecuta et a S. Pio V completa; uti etiam de nova revisione a Clemente VIII, anno 1604, praecepta, sicut et de aliis, ab Urbano VIII, et a regnante Leone XIII peractis; sed cum id non inquiratur, in casu proposito, et cum aliquid innuere oporteat in responsione ad II, silebimus.

II. Inquiritur nunc: In quo differat ius praesens circa vetitum Missarum de requie pro die obitus, a iure antiquo, et utrum ratione liturgica valeat ius vixens cohonestari?

Pro die obitus seu depositionis, ab omnibus liturgistis intelligitur totum temporis spatium, quod a morte ad sepulturam intercedit, ita ut illud consideretur velut unus idemque dies. Hoc posito principio, exponemus quodnam fuerit ius liturgicum antiquum relate ad Missas de requie pro die obitus, et primo ad privatas. Rubrica Missalis ita se exprimit (*Tit. V, n. 2*): « Missae privatae pro defunctis quocumque die dici possunt, praeterquam in festis duplicibus et dominicis diebus ». Quae Rubrica illustratur plurimis Decretis S. R. Congregationis. Decretum generale datum 5 Augusti 1662, sic se exprimit: « Cum SS. D. N. in Visitatione Ecclesiarum Urbis acceperit in ple-



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



ex Instructione Clementina (§ 17, n. 2, 3, 4). Iuvat observare, cum cl. De Herdt, circa dubium ab aliquibus propositum, an iuxta antiquum ius fuerit licitum celebrare Missam exequiale lectam pro cantata in funeribus pauperum, quod, sicut « speciale . . . . indultum a S. R. C. pro dioecesi Brugensi et Mechliniensi datum est, scilicet ut in exequiis pauperum, qui solvere non valent expensas missae cantatae, praesente corpore legatur missa de requiem iisdem diebus, quibus permittuntur anniversaria defunctorum », ita « hoc indultum ad alias dioeceses et ecclesias, ubi est consuetudo, extendere licere, ex iisdem S. R. C. rescriptis, deduci potest ; et sic in generali indice decretorum, haec indulta resumuntur per haec verba : Ubi adest consuetudo celebrandi missam privatam supra defuncti pauperis cadaver, retineri potest (De Herdt — *S. Liturg. Praxis* — Tom. I, p. 62) » (1).

Haec pro Missis privatis. Quoad vero Missas cum cantu pro die obitus, hae habebantur normae : distinguebantur Missae exequiales 1. quando cadaver erat praesens ; 2. quando tumultatum non fuerat, sed praesens non erat ob civile vetitum ; 3. quando cadaver tumultatum fuerat, ob aliquam aliam causam. Hinc in primo casu, iuxta Rituale Rom. poterat celebrari quotidie, dum tamen Missa conventualis, vel parochialis, iuxta relativam obligationem, non impediretur, magnaue diei celebritas non obstaret. Iuxta Decreta S. R. C. notum erat quatenus essent magnae illae celebritates ; nimirum : a) triduum mortis Domini, etiam post Missam Sabbati; b) duplicia primae clas. de praeepto magno apparatus celebrata, quae sunt : Nativitas Domini et Epiphania, Dominicae Paschatis et Pentecostes, Ascensio Dom., Festum Corporis Christi, Assumptio et Immaculata Conceptio B.

---

(1) Ex novo adhuc vulgandò iure, Missa exequialis lecta pro defuncto vere paupere, licet iisdem diebus, quibus cantata.

M. V., Festum S. Ioseph, Nativ. S. Ioannis Bapt., Ss. Ap. Petri et Pauli et Omnium Sanctorum. Insuper Anniversarium Dedicationis Ecclesiae eiusque Titulus, et Patronus loci; c) tempore expositionis Augustissimi Sacramenti pro publica causa. In altero casu, habebatur hoc Decretum in *Aquen.* diei 2 Sept. 1741 : « Haec Missa non decantabitur in duplici primae classis haud festivo, si corpus praesens non fuerit » ; et alterum in *Piscien.* anni 1839, quo prohibebatur Missa cum cantu de requie, in secundis et tertiis feriis Paschatis et Pentecostes, si corpus « asservatur in conclave proximo Ecclesiae ». In postremo casu, Missa exequialis prohibebatur in Dominicis, duplicibus primae et secundae classis, et festis de praecepto; triduo maioris hebdomadae, octavis Epiphaniae et Corporis Christi, et exposito SS.mo pro oratione XL horarum (S. R. C. in *Viglevanen.* n. 5809, ad 10). Attamen notandum est, eo in casu, permissam fuisse Missam exequiale, tantummodo die proxime insequenti sepulturam, ab illis impedimentis libero; secus privilegium locum non habebat (S. R. C. 22 Maii 1693 in *Egitanien.* ad 5, et 17 Dec. 1779, *Ord. Min. S. Fr.* ad 9).

Tale ius antiquum. Praesens nunc inspiciamus. Iuxta Decretum **Aucto** a S. R. C. emanatum die 19 Maii 1896, extenditur latius facultas celebrandi Missam privatam de requie in die obitus. Illud enim statuit : « In quibuslibet Ecclesiis et Oratoriis quum publicis tum privatis, et in sacellis ad Seminaria, Collegia et Religiosas vel pias utriusque sexus Communitates spectantibus, Missas privatas de requiem, praesente, insepulto vel etiam sepulto non ultra biduum cadavere, fieri posse, die vel pro die obitus aut depositionis : verum sub clausulis et conditionibus quibus iuxta Rubricas et Decreta Missa sollemnis de requie iisdem in casibus decantatur, exceptis duplicibus



primae classis et festis de praecepto ». Praeterea, ad magis illustrandum hoc Decretum, S. C. interpellata, utrum « III. Missae privatae de requiem, quae sub expressis conditionibus celebrari possunt praesente cadavere, licitaene sunt in quibuslibet Ecclesiis vel Oratoriis sive publicis sive privatis? IV. Huiusmodi Missae privatae de requiem celebrari possunt sine applicatione pro defuncto, cuius cadaver est vel censetur praesens? V. Eaedem pariter Missae possuntne celebrari diebus non duplicibus, qui tamen festa duplicia primae classis excludunt, ut feria IV Cinerum? Et S. R. C. (in *Rom.*, 12 Ian. 1897) respondendum censuit. Ad III, *affirmative*; dummodo cadaver sit physice vel moraliter praesens; sed si agatur de Ecclesiis et de oratoriis publicis fieri debet etiam funus cum missa exequiali. Ad IV et V, *negative*. Praeterea habemus *Addenda* in Rubricis gen. Missalis, expressa his verbis: « Missae privatae pro defunctis ut in die obitus seu depositionis etiam in duplicibus celebrari possint praesente, sepulto vel insepulto, non ultra biduum cadavere; exceptis duplicibus primae classis, diebus duplicia primae classis excludentibus, et festis de praecepto ». Ubi vero, praeter exequialem, altera tantum dicitur Missa, quae applicari debeat pro populo, diebus festis suppressis, eadem Missa prohibetur celebrari pro defuncto. Quod pariter accidit in Vigilia Pentecostes, ubi peragenda est benedictio Fontis, nec non diebus S. Marci et Rogationum, ubi fit processio, si impediendae forent relativae functiones. Haec ex pluribus Decretis.

Nunc inspiciamus quae pertinent ad hodiernam disciplinam circa Missas exequiales. Post antiquas dispositiones, quas suo loco retulimus, die 13 Febr. 1892, S. R. C. in una *Calagurritana et Calceaten*, declaravit: « Cadaver absens ob civile vetitum vel morbum contagiosum (*etiam ob aliam gravem causam in alio Decreto inedito*), non solum insepultum sed et tumu-



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

nim : « Si agatur de Ecclesiis vel Oratoriis publicis, fieri debet etiam funus cum Missa exequiali ». Difficultas quaedam oritur ex Decr. in *Calagurritana et Calceaten.* ad 27, (13 Feb. 1892) in quo legitur : « dummodo non ultra biduum *ab obitu* » ; sed diem obitus et depositionis pro uno eodemque sumas, et omnis difficultas evanescet.

Quinam autem sunt dies hi solemniore, in quibus permittitur Missa exequialis ut in die obitus? Omnes profecto qui ab antiqua disciplina admittebantur pro funeribus corpore praesente, scilicet : dies omnes sive feriati, sive festivi de praecepto, cuiuscumque etiam ritus et classis, exceptis praecipuis anni solemnitatibus, quas superius enumeravimus.


Ad aliam vero quaesitus partem, utrum ratione liturgica valeat ius viciens cohonestari? Affirmative respondemus. Cum enim temporis decursu, valde auctus fuerit numerus festorum ritus duplicis, paucis remanentibus diebus liberis ad celebrandas Missas de requie, ex parte animarum in Purgatorio degentium defectus habebatur levaminis illius, quod ex praescriptis pro iis precibus evenire poterat: ex parte autem fidelium petentium easdem Missas, moeror quidam, et minor dispositio ad orandum pro defunctis, oriebatur ex defectu precum et exterioris funebris apparatus. Insuper considerandum est nullum, aut saltem parvum praeiudicium hac ratione inferri festis ipsis duplicibus, quia rarius accidit ut exequiae fiant, et salva fit Missa officio conveniens, uti adest illis dicendae obligatio. Ceterum etiamsi Missae lectae non celebrarentur de requie, iam ipse lugubris apparatus, pro exequiis institutus, ipse ritus longior Missae solemnis et adnexorum rituum, festo ipsi duplici plurimum detrahit. Cl. Catalanus in suo commentario ad Rituale Rom. (*Tit. VI. de Exequis, C. V*) hoc ipsum iam notaverat : « Veneror S. R. C. decreta, sed op-

tandum esset, ut si non in omnibus festis minus solemnibus, saltem in duplicibus non festis et infra octavas etiam privilegiatas possent dici Missae etiam privatae defunctorum praesente cadavere. Quid enim praeiudicat Sanctis duplicis ritus, si in una Ecclesia, ubi est praesens cadaver, et ubi omnia luctum spirant, vel Missae privatae de requiem dicerentur? ». Iis autem, qui voluissent potius opiniones hominum ad ritus sustinendos inclinare, quam Ecclesiam ipsis obsecundare, respondemus verbis ipsis periodici *Ephemerides Liturgicae* (Vol. 12 pag. 662): « Quamvis Missa potissimum constituat in animarum defunctorum levamen suffragium, spiritus fuit semper et est pie matris Ecclesiae, ut multis variisque modis defunctos sublevare studeat . . . . Quare? Quia Ecclesia militans iurisdictione non gaudet in defunctos, et omnia quae pro ipsis agit, a Dei misericordia dependent, ut illis applicentur. Ea propter et multiplicat et variat suffragia pro sua sapientia et pietate, ut prosit quantum potest illis, quibus qualia ex tot suffragiis diversis velit Deus applicare non novit. Qui ergo suffragia limitat non solum quod quantitatem, sed etiam quod qualitatem attinet, non agit iuxta Ecclesiae intentionem ».

III. Nunc demum ad tertium quaesitum, quo exquiritur: Quid iudicandum de agendi modo Rodulphi quoad Missam in Oratorio et delationem parentalium, quid de agendi modo aliorum Sacerdotum, qui Missam de requie non applicarunt, ut in casu? Relate ad Missam quam Rodolphus celebravit in Oratorio privato, ipso mane, post Patris decessum, nil arguendum praebet. Decretum enim id permittens, et alia posteriora, quoad Missam in Oratorio privato dicendam, in casu, relationem nullam requirunt cum Missa exequiali, hinc iure usus est indulto, quod permittit talem Missam etiam in duplici 2. classis. Relate vero

ad solemnes exequias die quarta post mortem praestitas, ut respondeamus, distinctione opus est. Si duplex 1. clas. et festum de praecepto fuissent de solemnioribus, in quibus excluditur etiam Missa exequialis, Rodolphus recte egisset, 1. quia utrumque impediebat Missam exequialem et lectas; 2. quia huiusmodi Missae celebratae fuerant infra biduum, in quo permittuntur. Si vero tantum duplex 1. clas. fuisset ex solemnioribus, excludentibus Missas exequiales, non tamen festum de praecepto, uti ex doctrina exposita manifestum fit, celebrare debuisset Missam exequialem hoc die festo de praecepto admissam, abstinendo a Missis lectis de requie, vetitis in casu. Si autem etiam duplex 1. clas. non fuisset de solemnioribus privilegiatis, hoc ipso die Missam exequialem facere debuisset absque Missis lectis, ob similem rationem.

Quod tandem spectat celebrationem Missarum de requie per plures Sacerdotes peractam, qui ob antecedentem obligationem applicare nequibant, pro anima Patris Rodulphi, hoc profecto arguendum est, eo quod nec Rodolphus committere poterat, nec Sacerdotes exequi rem a S. Rituum Cong. ne prohibitam (12 Ianuar. 1897, in *Romana*), quod nempe Missae privatae de requie celebrentur in exequiis, diebus ritus duplicis, sine applicatione pro defuncto.





**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



item esse debet de S. Paulo separatim, deinde alia de S. Petro (1). *d*) Denique, cum Vesperae integrae fieri debent de seq. dup. I classis, nulla tunc de praecedenti facienda est com. neque de S. Petro, extra Urbem (2).

Haec autem discussa fuerunt apud Commissionem Liturgicam, et sententia defensa fuit, iuxta quam responsum in loco citato dedimus. Sentiendi modus huiusmodi ad competentem auctoritatem relatus, approbatus quoque fuit; atque ideo coacti fuimus negligere Calendarium Urbis, quod utramque commemorationem ponebat in communi. Eapropter nec dictum Calendarium censura notari debet, quod antiquam secutum est normam, nec nostra evulgata solutio, quae praefatam normam optimo iure mutavit. Consequenter nostrae responsioni adhaerendum, Calendarium hac in re relinquendo, quod sequenti anno mutato iuri conforme fiet.

**II. *Ex eod. loco. De duplici I cl. agendo in die octava Corporis Christi privilegiata ad instar Epiphaniae.*** Apud nos Octava Corporis Christi privilegiata est ad instar Octavae Epiphaniae, ut infra illam festa tantum I classis etiam translata celebrari possint. Iam quaeritur, utrum unumquodque festum I classis, veluti Patroni Dioecesis, vel Regni etiam, in ipsa **die octava** celebrari possit nec ne?

*Resp.* Si ratiocinationi innixus quis respondere velit,

---

(1) Etenim hic quoque vim habet Generale Decretum, de quo in prima nota; et com. S. Petri nonnisi ratione concomitantiae locum habet.

(2) Quia praecedentis duplicis maioris com. a duplici I cl. excluditur, uti et dies infra octavam: exclusa autem commemoratione S. Pauli, cessat quoque ratio concomitantiae pro S. Petro.

sequens dare posset responsum : Octava Corporis Christi in casu privilegiata est ad instar Octavae Epiphaniae ; atqui dies octava Epiphaniae excludit quodcumque festum, etiam duplex I classis. Ergo. Omittimus probationem minoris, utpote certae ex Rubricis : ut consequens pariter tamquam certum et ipsum necessario admittendum foret. Nihilominus argumentationem deficere tenendum est ; quia agitur de privilegio, quod tantum dat quantum vult legislator. De cetero, privilegium conceditur, non quidem ut Octava Corporis Christi sit omnino privilegiata, ut Octava Epiphaniae, sed tantum **ad instar** Epiphaniae. Aliquid ergo haec Octava privilegii retinere potest, quod ex voluntate legislatoris illi non competat : quod revera comprobatur in casu. Hinc A Carpo docet : « Dies octava SS. Corporis Christi dumtaxat cedit festis **omnibus occurrentibus**, quae duplicia sint primae classis, etiam ubi privilegiis aequae decoratur atque Octava Epiphaniae (*Calend. perp. Adnot. infr. Oct. SS. Corp. Chr. n. 9*). Ratio, qua freta est dicta sententia est ipsamet legislatoris voluntas abunde manifestata in Decreto *in una Venetiarum* d. d. 25 Sept. 1852, ad 9. In quo quaerebatur : « Utrum in die octava Solemnitatis Corporis Christi, ubi celebratur cum privilegio ad instar Epiphaniae, faciendum sit occurrens officium Dedicationis vel Tituli propriae Ecclesiae? » Cui quaesito responsum fuit : « Affirmative **ut duplex primae classis** (num. 3006-5180) ».

Sed propositum nobis dubium non tam dup. I cl. respicit, quam duplex quodcumque eiusdem classis. Unde idem Rev. Consulens ponit exemplum de Patrono Dioecesis, Regni etc. Sed pariter affirmative reponimus. Primo, quia nunc saltem in casu amplius distinguere non licet inter duplicia I cl. solemniora et minus sollemnia, post emendatas Rubricas. Secundo, quia ipse A Carpo, ad quodvis excludendum dubium dicit, dictam diem octavam cedere



omnibus festis occurrentibus, si duplicia sint primae classis. Tertio denique, quia ipsamet authentica responsio Decreti affirmativa rationem assignat, dicens; « uti duplex primae classis ». Ut ergo aliquod festum diei octavae Corporis Christi praevaleat, sufficit ut sit duplex primae classis, occurrens tamen; atqui..... ergo. Inducere autem non licet distinctionem, ubi legislator absolute loquitur; ubi enim lex non distinguit, nec nos distinguere debemus. Diximus autem, *occurrens tamen*; quia aliud est dies infra Octavam, aliud dies octava: illa translata admittere privilegium dicit, ista vero an eadem translata admittat privilegium tacet. Ergo iuri communi standum est, secundum quod nec dies octava Corporis Christi, nec, et multo minus, dies Octava Epiphaniae translata duplicia primae classis admittit: quamvis illa non excludat duplicia primae classis infra octavam, ista vero infra octavam etiam duplicia minora; occurrentia tamen, admittat. Privilegia enim ad ea, de quibus tacent, extendi nequeunt.

III. *E Parisiis. De iure mutato quod diem 12 Novembris, 28 Ianuarii et 3 Februarii.* Quaeritur in quo haec iuris liturgici mutatio consistat.

*Resp.* Satis sit A Carpo doctrinam antiquam referre, relativis probata Decretis, ut antiquum ius innuatur. « Peragi quoque (*potest*) die hac (*2 Novembris*) festum translatum ritus duplicis minoris (cum Missis de requie et Conventuali de officio, ut supra), dummodo prope anni finem nulla dies vacua supersit pro eius aliorumque duplicium repositione S. R. C. 31 Maii 1817, in *una Dubiorum* ad 10, et 10 Febr. 1856, in *Alben.* ad 1. At si praeter Officia duplicia minora, transferenda quoque sint duplicia potioris ritus, nullam ex his reponi potest die Commemorationis Defunctorum. S. R. C. 27 Mart. 1779, in *una Ord. min Refor.* ad 7, et 12 Mart. 1836, in *una Civitatis Castellanae.* Non officium quidem duplex minus, quia ordo translationis



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

*Einsidlen.* et 31 Martii 1821, in *una Congr. SS. Redemptoris ad 7* ».

Iam nunc, expunctis relativis Decretis, hacc quoque doctrina amplius veritati non cohaeret: ut non remaneat tenenda nisi Rubrica specialis Breviarii Romani dicens: « Occurrente Dominica Septuagesimae, reponitur hoc festum in die 28 Ian. tamquam in sede propria (translato quocumque alio festo (1), si alicubi occurrat et transferri valeat, nisi sit altioris ritus, aut aequalis sed primarium et tunc legitur etc. etc. (*Ante fest. Pretiosiss. Sanguinis*) ».

Quod tandem pertinet diem 3 Februarii eamdem tradit relatus A Carpo doctrinam, quam singulari ornat animadversione, novum profecto ius probante et confirmante, si ita loqui fas sit. En textualia eius verba: « Haec dies tertia Februarii relinquenda est vacua a perpetua cuiusvis Officii assignatione, ut nimirum in ea reponi queat festum Purificationis, quando incidit in Dominicam privilegiatam. S. R. C. 9 Aug. 1689, in *Bergomen.* ad 2. **In praxi tamen non videtur Decretum istud vim suam obtinere;** namque Romae et alibi huic diei Officium aliquod est affixum, et sacra ipsa C. eiusmodi praxi minime refragatur, quippe cum anno 1858 nostrum adprobaverit Franciscanum Calendarium, in quo nempe dies haec Officio B. Odorici perpetuo adsignata reperitur. Quoties porro hac die Officium Purificationis est reponendum, Officium illud transfertur in diem proximam non impeditam, ac ita putatur Decreto illi satisfieri (*Adnot. in festa Febr. 3*) ». Hac posita animadversione, cuius nemo non videt aequitatem prudentiamque, manifesto liquet, Decretum citatum iam prorsus inutile evasisse, atque expunctioni iure meritoque obnoxii-

---

(1) Si ergo transferri debet, manifesto supponitur ea die posse semper aliud festum et occurrere et assignari.

um. Satis ergo hic quoque sit servare Rubricam specialem die 2 Februarii in Breviario posita.

IV. *Ex eod. loco. De quodam Indulto Dioecesis, num et Regulares participant.* Ordo Dioecesis Parisiensis haec habet: « Ex Indulto 19 Dec. 1872 conceditur ut fas sit in Ecclesiis Archidioecesis Parisiensis Missas de requiem *lectas* celebrare duobus in qualibet hebdomada diebus, occurrente licet officio ritus duplicis, exclusis etc. » Nunc quaeritur: Utrum liceat Religiosis exemptis hoc uti privilegio in suis Ecclesiis et Oratoriis?

*Resp.* 1. Privilegium, de quo in casu, concessum est Ecclesiis omnibus Archidioecesis. Dicimus, *omnibus*; quia propositio Indulti est generalis, nullamque ponit limitationem. Atqui Ecclesiae Regularium continentur, uti supponimus, intra limites dictae Dioecesis, ergo eorum Ecclesiae dicti privilegii participes sunt. *b)* Non obstat exemptio, quae aliud Regularium privilegium est, quod huic alteri de quo loquimur privilegio, nulla ratione opponitur: ut proinde optime possideri utrumque possit. *c)* Natura huiusce privilegii, eiusmodi est, ut nemini praeiudicium afferat, adeo ut potiusquam contra, ultra ius dicendum sit. Porro privilegium huiusmodi late interpretandum Doctores omnes conveniunt, ut applicari iure possit: « favores sunt ampliandi ». Ergo. *d)* Religiosis licet exempti, tenentur, quantum in re liturgica possunt, Dioecesim in qua morantur, recognoscere tamquam propriam; tenentur enim recolere Patronum praecipuum loci, agere Dedicationis Cathedralis Ecclesiae Officium, saltem si in civitate Episcopali degant, et in universa Dioecesi celebrare eiusdem Ecclesiae Titulum. Vere ergo, non solum in Dioecesi degunt, sed et Dioecesi quantum valent, sunt in re liturgica subiecti; quare ergo sentientes subiectionis incommodum, commodum huiusce privilegii sentire non deberent? *e)* Denique finis huiusce privilegii, potiusquam Ecclesia-

rum commodum, est utilitas populi et suffragium animarum piacularibus flammis addictarum. Atqui aequalem, nisi forte maiorem utilitatem, percipit populus, idemque capiunt levamen defunctorum animae ex hoc privilegio in Ecclesiis Regularium, quam in aliis Ecclesiis saecularibus Archidioecesis. His momentis permoti cum omni reverentia in eos, et maxime in ordinatorem calendarii Parisiensis, qui oppositam tenent sententiam, concludi posse credimus: Vi praefati privilegii, etiam Religiosorum, qui exempti sunt, Ecclesias, celebrare posse in Archidioecesi Parisiensi Missas de requie lectas duobus in qualibet hebdomada diebus, occurrente licet officio ritus duplicis, exclusis tamen etc.

*Resp. 2.* Quod Oratoria vero attinet, aut de privatis agitur, aut de semipublicis, aut de publicis. Si de primis agitur, respondemus negative. Quia novum prorsus est, Oratorium privatum posse appellari Ecclesiam; ergo privilegium concessum Ecclesiis intelligi non potest concessum Oratoriis privatis. Interpretatio in favorem fieri posset; sed plura impediunt quominus ea fiat. Nam primo, interpretatio eiusmodi aut *extensiva* esset, aut *comprehensiva*; sed utraque evaderet contra mentem legislatoris: quod facere non licet. Etenim supponi nequit voluisse legislatorem concedere tale privilegium Oratoriis privatis, in quibus ex solo privilegio Missae fiunt, cum locus Missae proprius sit Ecclesia. Insuper Missae hae de requie lectae stant pro cantatis, generaliter loquendo, quae ex defectu saepe ministrorum fieri nequeunt: Missas autem cantatas in Oratoriis privatis esse vetitas Doctorum omnium sententia est. Denique, uti diximus, privilegium istud est non solum in levamen animarum, quae in purgatorio sunt, sed etiam in commodum fidelium, qui eas celebrari pro eorum pietate curant, illisque saepe peroptant assistere: quod in casu nequirent, ut eorum utilitas, ex parte saltem, impe-



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



Si 3<sup>a</sup> enuntiatio eiusdem generis sequeretur (v. gr. si Octava festi cuiusdam mobilis incideret die qua apud nos recolitur memoria Sancti qui alium possidet locum in Calendario universalis et si, hac ipsa die, lectio romani Martyrologii profert 1<sup>o</sup> loco nomen Sancti de quo reticetur locus patriae vel mortis) tunc, enuntiata Octava, lector dicit: *Eodem die, Sancti N. de quo agitur tali die*; postea: *Ipsa die, Sancti N.* et sequitur elogium in Martyrologio descriptum.

2.<sup>o</sup> Si in enuntiatione festi vel in Calendario proprio descripti, vel accidentaliter translatis, nomini Sancti anteponeretur locus mortis vel patriae (v. gr. *Romae*, natalis Sancti N.), et si idem locus legendus esset ante enuntiationem festi immediate subsequentis, tunc nostram iuxta consuetudinem, non iterum pronuntiaretur vox *Romae* (vel alia similis) sed tantum a lectore diceretur: *Ibidem*. Et si 2<sup>o</sup> loco reperiretur in Martyrologio romano elogium Sancti cuius nomini ob similitudinem loci patriae vel mortis anteponeretur mentio ista: *Item Romae*, aut alia similis, lector diceret simpliciter: *Item ibidem*.

Possuntne hae suprascriptae regulae a nobis servari, vel in melius ex toto vel tantum ex parte mutari?

*Resp.* Praenotamus, equidem paucas Martyrologium praemittere Rubricas, in illius lectione servandas; at non ideo iudicandum esse alias admittendas, quas ponere Martyrologium certe poterat, sed non posuit. Ita Rubrica est: « Festa, de quibus eo die fit officium, semper primo loco ponuntur: quod etiam servandum erit et in festis mobilibus... et in Sanctis propriis particularium Ecclesiarum... qui... legi poterunt etiam primo loco..... Festa mobilia.... non potuerunt in Martyrologio adscribi; sed... unumquodque... immediate praeponatur lectioni Martyrologii illius diei... » Nunc autem post Rubricas sequitur Martyrologium, quod in festorum enuntiatione quandoque, imo

ut plurimum, notat nomen loci, non necessario patriae, sed ubi relativum festum agitur, quandoque, sed minus frequenter silet. Silet autem, vel quia festum ubique locorum celebrandum est: vel quia locum non habet, uti de festis mobilibus, de diebus octavis: vel quia pluribus in locis recolitur, aut alia de causa. Similiter notat passim, vel natalem, vel passionem, vel depositionem etc. pluries vero reticet vocem natalis, aut depositionis etc. dicens simpliciter: « S. Bartholomaei Apost.... S. Elisabeth viduae..... Osee et Aggaei Prophetarum etc. etc. ». Tacet autem; quia, vel alia die natalis dies in eodem Martyrologio notatur, vel quia subintelligitur, vel quia talis dies nescitur, quamvis pro « natali » aliquando « pro-natalem » vel alia de causa, quam investigare vix interest.

His positis, Rubrica alia, quae tamen non est inscripta in Martyrologio, inscribi poterat super additione verborum « eodem die », quando annuntiandum erat festum aliquod mobile, et festum sequens fixum vocem « Natalis » aut nomen loci non praeferebat: vel, si « natalis » vocem, aliamque similem praeseferebat, Rubrica poterat inscribi de praemittendo in sequenti festo: « eodem die ». Cum autem hae Rubricae non legantur in Martyrologio, quorum aliunde festa in eo inscripta, uti iacent sunt enuntianda, dictorum additionem verborum ratio probare non videtur. Atque idem dicendum videtur de aliis additionibus, in dubiorum expositione relatis. Insuper de iisdem addendis in casu verbis tacent generaliter auctores, uti Guyetus, Gavantus, Meratus ex antiquioribus: A Carpo, De Herdt, Maugère, Van der Stappen aliique ex recentioribus. Quinimo Meratus docet: « Circa modum legendi in choro Martyrologium, lector exacte servare debet dispositiones Rubricae Martyrologio praefixae etc. (*Apud Gav. Sect. V, Cap. XXI, n. III.*) ». Non ergo praefata verba addenda videntur, sed potius, servata Rubrica de festo,



quod recolitur, aliis praeponendo, reliqua elogia enuntian-  
da prouti in Martyrologio inscripta leguntur.

Hisce haud obstantibus, cum de consuetudine agatur, quae recens profecto dicenda non est, sed potius antiquitus inuenta, sequenti modo reponendum iudicamus. Dicta verba, seu additiones probandas credimus pluribus de rationibus, quas breviter innuimus. *a)* Ea non sunt contra, sed tantum praeter Rubricas Martyrologii. *b)* Ad festa Sanctorum inter se distinguenda optime inserviunt. *c)* Substantiam atque ipsa verba elogiorum, quae in Martyrologio leguntur, nullo pacto tangunt, ut intactas Rubricas et servatas relinquunt. *d)* Praxis ipsius Martyrologii has additiones probat exemplis suis; quia nullum enunciat festum, nisi aut locum nominet, ubi recolitur, aut verbum « item » vel « ibidem » praemittat, si unum tantum, primum in lectione, excipias, quod locum interdum tacet. *e)* Si haec, de qua loquimur, consuetudo, coonestari servarique non posset, omnes quoque et laudabiliores consuetudines reiiciendae forent.

Aliquam facere difficultatem potest quod de 3.<sup>a</sup> enuntiatione in dubio exponitur; quia velut novum in casu haberetur elogium. At iuvet referre quod probatissimus, simulque recentissimus auctor ex supra citatis, Van der Stappen, docet: « Quando alicuius Sancti Officium transfertur, sive perpetuo, sive accidentaliter, dicitur quidem eius elogium in suo proprio die, quemadmodum datur in Martyrologio; pro die vero translationis iterum annuntiat, sed breviter: e. g. *Officium Sancti N.* (addita qualitate) *cuius festum fuit*, vel *de quo agitur* (data indicatione Kalendarum (*Tract. de off. div. Cap. 1, n. 78, II. litt. b)* ». Idem docet A Carpo: « Martyrologium semper legendum est prout iacet, tametsi festa in eo descripta, alia die celebrari contigerit (*Calend. perp. Adnot. in Ianuar. d. 13 n. 4)* ». Haec autem doctrina habetur ex De-



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

1064 supra memorati libri, et cum decreto S. R. C. 15 Sept. 1753. Hinc quaeritur. Praedicta doctrina quomodo conciliatur cum ea, quae traditur in Ritu servando in celebratione Missae Titul. VI, n. 5, et eum responsione ab Ephemeridib. data in fasciculo Aprilis currentis anni, pag. 259 et 263 ?

*Resp.* Caeremoniale Episc. dicit. (*Lib. 2, Cap. 8, n. 4*): « Subdiaconus... tenet librum Evangeliorum... vertens renes, non quidem altari, sed versus ipsam partem dexteram, quae pro Aquilone figuratur ». Missale vero de modo quo stare debet Subdiaconus tacet, dicens tantum de Diacono: « Diaconus... vadit cum Subdiacono a sinistris ad locum Evangelii contra altare versus populum (*Tit. VI, n. 5*) ». Hinc patet: Evangelium iuxta utramque Rubricam canendum esse a Diacono contra altare, hoc est ex opposito modo, quo stat Subdiaconus tenens librum; quia hic non debet renes vertere contra altare, sed versus ipsam partem dexteram Ecclesiae. Ad rem De Herdt: « Sicut igitur Epistola cantanda est ad partem Epistolae contra altare, sic Evangelium ab altera parte ad locum Evangelii contra altare: cum hac differentia, quod Evangelium cantandum sit versus populum, ita ut Subdiaconus librum tenens tergum vertat versus dexteram Ecclesiae partem, quae pro aquilone figuratur (*Prax. Pont. Lib. II, cap. 8, n. 44, lit. e*) ». Ephemerides autem idem prorsus affirmarunt ad pag. 263, n. III, cohaerentes proinde cum Caeremoniali Episc. et cum Missali, sicut et cum cl. Solans, quem adm. Rev. Consulens citat. Hoc, quod partem spectat, e qua Evangelium canendum est.

Nunc ad modum tenendi librum Evangeliorum. Caeremoniale dicit: « Subdiaconus... tenet librum Evangeliorum ante pectus (*Lib. 2, Cap. 8, n. 44*) ». Missale habet: « Diaconus... vadit ad locum Evangelii... ubi Subdiacono librum tenente... dicit etc. (*Tit. VI, n. 5*) ». Hoc autem

et Ephemerides dixerunt ad pag. 259, not. 1 : ut proinde, hucusque saltem cum Caeremoniali, cum Missali, sicut et cum Solans illas convenisse manifestum sit. Sed Ephemerides excluserunt legile, quod Caeremoniale alibi admittit, ut dicat : « Diaconus... ponit librum apertum in manibus Subdiaconi, vel in legili (*Lib. 1, Cap. 9, n. 2*) ». Sed, uti adm. Rev. Consulens facile admittit, Ephemerides non excluserunt, imo admiserunt legile, cum Evangelium legendum sit in ambone. Iam nunc haud aliter fortasse Caeremonialis intelligenda Rubrica. Audias De Herdt : « Subdiaconus librum tangens (*tenet enim*), non se signat, neque inclinat, neque genuflectit, quia repraesentat legile immobile (*Prax. Pont. Lib. 1, Cap. 8, n. 45*) ». Et sane, cum librum quis manibus tenere debeat, ab his actibus, etsi ad omnes pertineant, suapte natura dispensatur, non enim posset. Inde prosequitur : « Si autem Evangelium in ambone cantetur, et Subdiaconus a latere dextero Diaconi assistat, tunc etiam se signat, inclinat, et genuflectit (*Loc. cit.*) ». Ergo et De Herdt in hoc convenit, quod tunc liber Evangeliorum in legili ponitur, quando Evangelium super ambone canitur. Nonne haec esse videtur sensus Rubricae praefati codicis ? Aliter autem non sunt locutae, nec diversam dedere interpretationem Ephemerides, quae proinde cum Missali convenerunt, et cum Caeremoniali Episcoporum, qui codices non discordant inter se, quamvis ille de legili taceat, de quo hic verba quoque facit.

Sed adm. Rev. Consulens Decretum quoque citat, ut inter hoc et supra relatos codices, uti et Ephemerides, incohaerentia haberi videatur. Referamus Decretum, quod est in una *Casalen.* d. d. 15 Sept. 1753 ad 3, n. 2425 (4235) : « An Diacono Evangelium cantante, Subdiaconus teneatur sustinere librum Evangeliorum, sive ante pectus, sive in lectorile existentem ; vel potius servanda sit asserta consuetudo vicens in Ecclesia Casalen. ? ». Respon-

sio autem est : « Affirmative ad primam partem : Negative ad secundam ». Equidem in hoc Decreto legile permittitur, quod confundi non debet cum legili fixo ambonis, de quo Caeremoniale. Ceterum assertio nostra in sua summa haec erat : librum Evangelii sustentandum esse manibus Subdiaconi : quo posito, adhibeatur legile mobile vel non, hoc vix nostra refert, dummodo Subdiaconus illum manibus aliquo saltem modo (1) sustineat.

VII. *E Senogallia. De octava Patroni praeferenda alteri inferiori.* Docuerunt Ephemerides (*n. 8 vertentis anni 1899, pag. 500, Resp. 6*), diem octavam Titularis vel Patroni (S. Stephani), concurrentem cum duplici min. primario (octava die S. Ioannis Ap.) integram sibi vindicare Vesperas, et de sequenti solam commemorationem agendam. Hoc autem difficile concipitur ; nam *a*) principium *Octava sequitur naturam festi*, intelligi non potest in sensu absoluto, secus absurdum induceret. *b*) Sub alio respectu, Rubricae nuperrime emendatae nullum dant speciale privilegium Octavis Titularium et Patronorum. *c*) Quod si S. Ioannes est Apostolus, eius Octava vi peculiaris nec mutatae Rubricae primas Vesperas a Capitulo habere debet, uti alibi (*Vol. XI, pag. 258 : Vol. XIII, pag. 268*) in Ephemeridibus legitur : *d*) idque etsi S. Ioannes alicubi esset Titularis, quia lex non distinguit. Quid ?

*Resp. a*) Principium, vi cuius *Octava sequitur naturam festi*, non esse in sensu absoluto accipiendum, cum

---

(1) Diximus : *aliquo saltem modo* ; quia liber Evangeliorum, ex consuetudine potest esse super legile, uti in Basilica Vaticana solet fieri. At etiam hoc in casu Subdiaconus ita se collocaret, facie ad Diaconum versa, ut librum quodammodo, licet super legili positum, manibus teneat. Secus positio Subdiaconi non nisi risu digna foret, ut quid enim versa stare facie ante Diaconum ? Num ad eius pulchritudinem vultus contemplandam ?



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



tatis locis, non casum nostrum particularem spectant, sed casum communem, iuxta speciales Rubricas de Octava Nativitatis resolvendum. *d*) Quod denique asseritur, in fine propositi dubii, videlicet S. Ioannem primas debere Vesperas habere a Capitulo, etsi duplex esset I classis, quia lex non distinguit, haud certum nos tenemus, sed dubium. Ex aliquo Calendario erui quidem id potest; sed ratio, quantum capimus, contrarium evincit. Quo enim iure applicaretur lex pro S. Ioanne Ap. Titulari, et ritus proinde dup. I classis, cum illa agat de eodem tanquam non Titulari et duplici II classis? Sed lex, dicitur, non distinguit: concedimus; at distinguere non tenetur et non potest. Non tenetur; quia loquitur tantum de iis festis secundum ritum, quem possident in universali Ecclesia. Non potest; quia non est in more Rubricarum specialium si aliquem vix casum excipias, ut in Commemoratione S. Pauli, particulares Ecclesiarum ritus supponere, et secundum hos aptare Rubricas: secus in infinitum abirent. Ratio proinde allata de lege, quae non distinguit, iuxta nos applicanda non est.

His positis, en nostra simplex argumentandi ratio, qua usi fuimus in solutione, de qua est quaestio, et cui tum innixi fuimus. Iuxta Rubricas reformatas, « quando dies octava cum alia die octava concurrit, Vesperae integrae fiunt de illa, quae est festi potioris ritus (*Tit. XI, n. 7*). » Atqui habentur in casu duae dies octavae, ex quibus altera (S. Stephani) est dup. I classis, altera (S. Ioannis) est dup. II classis. Ergo dies octava S. Stephani, utpote pertinens ad festum superioris ritus, Vesperas habere debet integras prae altera S. Ioannis, quamvis Apostoli, utpote ad festum pertinente ritus inferioris. Ineluctabili huic ratiocinio, quod propemodum in forma, scholarum more, ideo posuimus, ut eius magismagisque vis eluceret, addas auctoritatem, saltem quod festum attinet, Gavanti;

---

et, ni fallimur, ex oppositis momentis data solutio infirmari non potest; imo tamquam veritas nobis se ostendit, quam amplecti coacti fuimus. Etenim, quamvis octava dies uti duplex minus haberi debeat, suis nihilominus privilegiis fruitur in occurrentia, ut solis duplicibus II classis cedat, et in concurrentia suas sequitur leges a Rubricis praescriptas. Inter has autem praescribitur, in die octava primo considerandum esse ritum festi non quidem ipsius diei octavae, sed festi ad quod illa pertinet, secundo qualitatem primarii, tertio dignitatem personae. Porro, si festum sit superioris ritus, qualitas primarii et dignitas personalis nullam vim possidere valent. Sumus autem in casu; nil ergo valet in S. Ioanne dignitas Apostolica, quia S. Stephanus praevalet ritu. Et hoc quidem quod festum attinet; sed ipsum festum influit in octavam diem, quippe quae et ad idem pertinet subiectum, et ritum festi persequitur: quatenus nimirum, si festum sit superioris ritus, ut in casu, efficit ut dies octava alteri diei octavae, ad festum inferioris ritus pertinenti, indubie vi Rubricarum praevaleat. Hinc quoque diximus, principium, iuxta quod dies octava sequitur naturam festi, mica salis accipiendum esse, sed datae solutioni non officere, imo mirum in modum favere. Ex De Herdt et A Carpo aliquid erui fortassis potest contra datam solutionem; sed oppositio eorum in sola assertionem consistit, quae nec rationi ullae, nec ulli Decreto innititur. Hic itaque noster sentiendi modus, haec nostra ratiocinandi ratio, utrumque ceterum libenter sapientiori submittimus.



## BREVIORA RESPONSA

I. *Pro Utino*. Si nulla in Ecclesia, Metropolitana excepta, ante Missam solemnem fieri soleat aspersione aquae benedictae, distinguendum est: aut hae Ecclesiae Collegiales sunt, aut non. Si primum, cum generaliter loquendo Missa solemnis habeatur, quae cum ministris celebratur, (tunc enim aspersione aquae praescripta censetur), tunc eiusdem aquae aspersionis omissio inter defectus computanda est. Si alterum, cum generaliter Missa vel solemnis in usu non sit, vel solum privata habeatur, aspersione aquae omitti potest citra ullum defectum. Quod attinet thurificationem ministrorum inferiorum et populi in Missa solemni, aperta nimis est Rubrica Missalis, quae exigit ut omnes de choro primum, inde etiam populus thurificatione donentur (*Rubr. Missalis 10*): « Thuriferarius postea incensat acolythos et populum ». Idem ex certa lege teneas de osculo pacis.

Inferes, in Seminario, si solemnis habeatur Missa, ius et onus inesse praesidibus ut curent, eam celebrari ad normam Missalis Romani, uti et Caeremonialis Episcoporum: ut postea in proprias redeuntes Ecclesias quid et quomodo in sacris functionibus agendum sit optime sciant, et scientiam ritibus contrariam non afferant.

*Nota 1.* Studeant Rectores Ecclesiarum ruralium, ut Missae vel cum cantu vel solemni, quae celebratur, non laici inserviant, sed clerici talari et superpelliceo induti. Inter hos sacrae relativae caeremoniae sunt exercendae, non inter laicos.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

eam quoque legendam a clerico superpelliceo induto, officium enim Lectoris in actu functionis exercet.

V. *Pro eodem loco.* Nulla lex stricte praescribit patenas ex argento. Pontificalis verba (Ord. ad Synod.) dicunt quidem : « *Calix et patena sint aurei vel argentei* »; sed sicuti pro calice non nisi cuppa ut ex auro vel argento sit intelligitur, quae e stanno quoque ex Rubrica esse potest, dummodo interius inaurata, aliaeque partes ex diverso metallo, ita quoque pro patena intelligi potest aliud metallum, dummodo ea deargentata saltem interius sit. Ratio communem hanc interpretationem confirmat; quia, nempe, cuppa ad sanctum Sanguinem recipiendum destinata oxidari facile potest, sed id de patena, pro sacra tantum hostia instituta, comprobari nequit.

VI. *Pro Parisiis.* Indultum Card. Caprara circa solemnitates festorum transferendas non respicit tantum Ecclesias, quae tenentur ad Missam diebus festis pro populo celebrandam, sed omnes Ecclesias et Oratoria publica. En verba vulgandi adhuc Decreti ultimi : « Huiusmodi autem dispositiones S. R. C. servandas iubet in omnibus et singulis Ecclesiis Cathedralibus, Collegiatis, Parochialibus, imo et in quibuscumque Oratoriis publicis, in quibus Missa cantari solet, sive ad Saecularem sive ad Regularem Clerum illae pertineant ».

VII. *Pro Neapoli.* 1. Solius impartitio benedictionis sollemnis cum Sacramento, quin aliquae preces vel laudes eam praecedant, non est in more Ecclesiae. Si ergo Caeremoniale Episc. eandem benedictionem solemnem pluries permittit in processione Corporis Christi, dum publice Sacramentum defertur, eique exigit ut *Tantum ergo* praeponatur, quo iure sola detur benedictio, reliqua omittendo, non videmus. Lex, aut per integrum servetur, aut per integrum omittatur, cum permissiva sit. Utcumque ceterum res se habeat, in Benedictione, maxime sollemni cum

Sacramento, nulli stare licet, sed omnibus genua flectenda sunt.

2. Cum simplex tonsuratus calicem tangit, officium Subdiaconi in Missa gerens, necessarium non est, ut mapulam adhibeat, quamvis maioris esset reverentiae. Ecclesia enim id permittens, aptum illum ad eiusmodi ministerium facit. Communis praxis id plane confirmat.

3. Ecclesia, quae permittit ut clericus in Missa solemnium munus Subdiaconi in necessitate exercent, officia eiusdem Subdiaconi ipsi quoque permittere censetur: inter quae est munus calicem contrectandi ut purificet.

4. Hostias minores pro communione aliorum Sacerdos potest ponere super patenam cum hostia maiori, simulque offerre, factaque cruce, deponere, modo sint paucae: si plures fuerint ponet super corporale, vel melius in pyxide. Hoc ultimo sensu communiter intelligitur Rubrica Missalis (*Tit. VII, n. 3*).

5. Nulla lege tenetur Diaconus pyxidem elevare cum consecrandis particulis, dum Celebrans offert maiorem hostiam. Diaconus modo non eodem est minister Eucharistiae sub speciebus vini, sicut est sub speciebus panis. Hinc dicta elevatio est potius contra ritum, ad eum namque non pertinet.

6. Collectae imperatae ordinantur iuxta ordinem Missalis; et Collecta pro gratiarum actione illius loco ponitur, pro qua dicitur.

VIII. *Pro Lincio*. 1. Vigiliae, quae ieiunantur, ratione ieiunii ferunt colorem violaceum. Si ergo in aliquibus Dioecesibus, vel in aliquo Ordine regulari, aliqua Vigilia cum ieiunio ex lege vel praecepto recolitur, violaceus color erit adhibendus. Ita se gerere ex consuetudine RR. PP. Carmelitas pro vigilia, eorum propria tantum, B. M. V. de Monte Carmelo, certa scientiâ nobis constat.

2. In Decreto 2752 ad 7 verba quae respiciunt veti-

tum imaginis ad instar Numismatis vulgo dicti *miraculosi*, mendum certe constituunt, quippe quae indubie expungenda erant, sicut Dubium V. Certum proinde est, illa verba vim habere non posse dictam Imaginem prohibendi, quam posterius concessam esse abunde patet.

IX. *Pro Oppido Zabarcos*. Nullum videmus inconueniens in Celebrante, qui, ut aspergat Canonicos *stantes* in choro praealto, usque ad illos ascendat, seu ad subse-  
liorum planum, atque inde descendens in planum chori redeat. Quod autem Canonici descendant e propriis sedilibus, et ad Celebrantem, qui pervenit usque ad chorum, vadant ad aspersionem recipiendam, hoc minus conforme est Caeremoniali. Nihilominus, lex pro hominibus est, non homines pro lege; hinc situm et conformitatem chori, relativamque distantiam nescientes, nil dicere audemus contra. Ictus in aspersionibus non computantur a lege, sicut in thurificationibus: ut unum adhibere vel plures, e prudentia et loco dependeat.

X. *Pro Hispania*. 1. Altare aliud portatile in Ecclesia, occasione alicuius festivitatis, erigi licite posse, omnium observantiorumque etiam Ecclesiarum consuetudo, seu Urbis, seu totius Italiae, satis superque probat.

2. Decreta S. R. Cong.nis, quae publicae locorum Ephemerides referunt, in Calendariis adnotari certo possunt; sed cautela opus est, ut nonnisi ab Ephemeridibus catholicis melioris notae excerpantur: secus aliquod suboriri posset incommodum, uti alias accidit. Qua cautela adhibita, per se, Ordinarius id impedire non potest.

3. Antiquorum alicuius Ecclesiae privilegiorum usus est licitus, donec certo constet, ea non fuisse revocata vel imminuta.

4. Diaconus, etsi Canonicus, non potest in Missa solemni omittere incensationem Subdiaconi, quamvis hic in



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



meridibus discussimus super commemoratione agenda Sacrae Familiae Titularis in Suffragiis stant (*n. 9, cert. anni pag. 578*): quae autem super commemoratione B. Mariae et S. Ioseph iteranda adiecimus, pro eruditionem tantum inservire possunt; sed in praxi adhaerendum Decreto *Ord. Min. Capuccinor.* secundum quod com. Tituli agenda, et aliae de S. Maria et de S. Ioseph omittendae. Hoc nedum melius, sed et certum iudicium (*V. Ephem. 1896, pag. 706*).

---

## SUPER CALENDARIO

### STUDIUM

---

(*Contin. Vid. n. 7 pag. 472*)

Hi ergo sunt fructus, quos breviori licet calamo recensitos, e praefato studio potuimus percipere: fructus profecto mirum in modum inter se connexos, quippe qui alii ab aliis derivantes, nullo negotio inspicere ab omnibus queunt. Ecquis enim uno velut intuitu non statim percipit, Calendarium hucusque propositum, nonnisi Gregoriana perfectionem constituere? Hoc enim haud per nostrum destruitur, quinimo, sicut fundamentum aedificio completur, atque uti radix flore adornatur.

Obiici nihilominus posset, illud in casu nostro fortasse applicandum Stephani Pontificis primi: « Nihil innovetur: nisi quod traditum est. Verum responsio perfacilis, seu: Ad rem non facit. Nam Calendarium, uti ab initio demonstrasse credimus, res est, quae necessitati temporum in-

servire nata est, ac proinde expedit ut progrediatur. Hinc nullam debet admirationem parere, si praecedenti Calendario alterum suffici peroptamus. Ceterum, si plures, ut diximus, admissae libenter sunt perfectiones, quare et ista recenseri inter illas non poterit, quae ultima esse videtur? Anne minus quam aliae, hominum acceptione atque existimatione dicenda haec erit? Quis non videt quanta et quali brevitate ac simplicitate Calendarium Gregorianum hac nova perfectione resplendeat? Cui non patet quam facile, quamque pervium omnibus vel rudioribus reddatur? Neminem latere tandem potest quanto omnibus sit emolumento, seu in occurrentiis festorumque translationibus, quarum pars maxima, uti exposuimus, excluditur, seu in quampluribus, tum ecclesiasticis, quum civilibus officiis negotiisque gerundis, quae brevitatis amore praeterimus.

At obiicies iterum: Si methodus proposita admitteretur, actum esset de cyclis numeri aurei, epactarum, litterarumque dominicalium: qui haud dubium, perbelle demonstrant hominis ingenium; adeoque miro ordine evolvuntur et connectuntur, ut delectatione non pauca animum considerantem afficiant. Difficultas ista sequenti dilemmate resolvi potest. Calendarium, aut compositum fuit ad delectandum, aut ad utilitatem; sed vero, quavis ex parte perpendatur, cycli praedicti, nostro systemate admissis, intacti permanent, maioremque perfectionem accipiunt. Sane, si primum (quod tamen dicet nemo), scopum attingis, et quidem perfectius in nostro Calendario. Humani enim ingenii est a notis ad ignota ferri, a principiis ad consequentias, a causis ad effectus et vicissim: in quo vel maxima reperitur voluptas.

Hoc autem habes in nostro Calendario; quod, ut diximus, non destruit praecedens, sed perficit, et ab eo procedit tamquam effectus a causa, et consequentia a



principio. Cycli itaque antedicti, si speculative loquamur, potiusquam destruantur, data correctione nostra, perficiuntur. Si alterum admittatur, quod est veritati consonum, sole tunc fiet clarius, Calendarium nostrum, perfectius assequi utilitatis scopum, attenta praecipue praesentis temporis necessitate, ut illud isti locum cedere fas sit. At Calendarium Gregorianum praefatique cycli ideo ne in nihilum rediguntur? Minime gentium, uti patet; sed sarti tectique uti ipsius Calendarii nostri solidiora fundamenta manent. Atque insuper nobis inserviunt ad inveniendas Paschas, quae ab anno 1582 ad nos usque occurrerunt. Ergo et quod attinet praxim utilitatemque remanent.

Sed alii quoque insurgunt, qui videntes propositi Calendarii simplicitatem, cursumque civilem et ecclesiasticum unius anni, eodem fere modo ac praecedentis evolvi, vehementer clamitant contra uniformitatis excessum, quippe quae praesentem adimit varietatem. Quid ad hoc? Quid respondebimus? Verumne, adesse huiusce uniformitatis excessum, si quivis annus civilis eodem modo cursum iterat praecedentis? Scilicet si annus, post 365 vel 366 dierum variationes, ad suum principium redeat? Est ne nimia uniformitas in anno ecclesiastico, si festa Sanctorum fixa, iisdem feriis anni praecedentis, et festa mobilia quinque tantum diversis determinatisque diebus celebrentur? Nonne potius praefata uniformitas meliori iure varietas simplificada atque ordinata nuncupari posset? Ex opposito, quis varietatem nunc extantem in Calendario, eiusmodi nomine appellabit, et non potius confusionem inordinationemque dicet? Etenim nullus annus fit similis praecedenti, et Paschata cum festis mobilibus a se dependentibus unius mensis et quinque dierum cursu quotannis mutari, seu in 35 diversos dies in unoquoque anno incidere possunt. Est ne haec, varietas? Quis dicet? Num id delectat? Quis asseret?



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

hilo faciendum , et quibuscumque aliis utilitatibus illam anteponendam arbitramur, utpote quae ceteris longe lateque praestans.

Sed novus hic erumpit solvendus nodus, quem dissidentes possent detegere, et sequens est. Praefata Calendarii correctio, quam tot cumulatam laudibus patroni illius ostendere conati sunt, eo non pervenit, ut mobilium festorum determinatam firmitatem perfecte consequatur. Etenim, minus quidem, sed tamen Pascha et ab eo dependentia festa mobilia in unoquoque anno per aliquot dies discurrunt, ut semel pro semper uno eodemque die fixe nequaquam consistant. — Id quidem non ambigimus; sed placet hic difficultati oppositae ita respondere, ut obiicientibus plenissime fiat satis.

Desideratur itaque ipsum Pascha uno eodemque die, tam mensis quam hebdomadae, fixum determinatumque? Esto: et nobis arridet, fierique optime potest, quin de hucusque expositis aliquid immutetur, festis mobilibus uti patet, exceptis, quae Pascha sequuntur. Diem ergo seligamus, quo nullus alius opportunior, magisque congruus: sitque dies 2 mensis Aprilis. Primo: quia ex Decreto, quod communiter refertur Nicaenae Synodi, manifesto conicitur, Patres illos Pascha in Aprili potius, quam in mense Martio praedilexisse. Secundo, plenilunium diei 2 Aprilis est veluti centrum reliquorum, quae sunt 29, pleniluniorum. Tertio: Pascha diei 2 Aprilis traditioni respondet fidelium, ex qua Christi mors communius creditur evenisse in una ex sextis, sed ultimis, feriis mensis Martii. Quarto: haec dies Paschatis aevo praesenti, quod *aera christiana* dicitur, conformior est: licet Concilii Nicaeni Patres de aequinoctio verno tantum ad uniformitatem assequendam verba fecerint, quia aerae praedictae nomen minus tunc temporis innotuerat, ut proinde in Paschae celebrandae die minor quoque uniformitas haberetur.

Posita nihilominus die 2 Aprilis pro Paschate firmiter constanterque celebrando, sequitur primo neglectus, quem facimus, lunae decimaequartae Martii, post quam haud semper Pascha contingit celebrari: secundo, quandoque Pascha nostrum cum Hebraeorum Paschate coincidere. Sed vero primae difficultati reponimus: *a*) Pascha celebrandum post lunam Martii decimamquartam non fuisse certam dispositionem Nicaenae Synodi (1). *b*) Quinimo ipsam decimam quartam lunam mensis Martii non esse e scripturali traditione, ex ea enim inferri nulla certitate potest (2). *c*) Hebraei Pascha celebrabant luna de-

---

(1) « Concilii Nicaeni super hac re decretum non extat. Veteres historici non memorant, Patres illius Concilii cyclum decemnovenalem seu lunarem praescripsisse: statuerunt tantum ut uno eodemque die Dominico, amore uniformitatis, Pascha ubique celebraretur iuxta apostolicam traditionem. Praeceperunt autem Alexandrinae Ecclesiae, quae tunc in astronomicis calculis maxime excellebat, ut quotannis epistolas paschales Romano Pontifici mitteret de die, quo Pascha currentis anni iuxta supputationem celebranda foret, et Ipse pro sua auctoritate, si sibi videretur, probaret, totique Ecclesiae praescriberet: sicut legitur in prologo Paschali S. Cyrilli Alex., et in Epist. 94 S. Leonis M. ad Marcianum, et sicut consuetudo a RR. Pontificibus ante ipsum Concilium Nicaenum servata satis clare demonstrat. Quae consuetudo sic refertur a Patribus Concilii Arelat. I, an. 314 celebrati, can. 3, ubi Pontifici Silvestro dicunt: « De observatione Paschae, ut uno die et tempore per omnem orbem observetur, et iuxta consuetudinem litteras ad omnes tu dirigas ».

Unde sequitur diei Paschatis determinationem ante et post Nicaenum Concilium potius ab auctoritate R. Pontificis pendere, quam a calculis astronomicis, et lunae observatione, cum maxime nullum determinatum cyclum lunarem tunc extitisse, et phases lunares haud omnibus eodem modo se manifestasse, compertum sit.

(2) Sunt qui existimant cum Calmeto. et cum Zallinger,

cimaquarta, ut fugam ex Aegypto commemorarent: nostrum vero Pascha Christi recolit resurrectionem, quae cum fuga praefata nil communis habet. *d*) Basis lunae decimae quartae pro Pascha celebranda est infirma, orta est enim e duplici coena, altera hebraica, altera christiana, quae primaevo Christianorum tempore altera post alteram fieri coepta est (1). *e*) In praesenti quoque di-

---

Moysen non quidem lunam decimamquartam, sed diem decimumquartum primi mensis solaris ad Pascha celebrandum assignasse: et nonnisi post Alexandrum M. Iudaeos in usus sacros, et ob festorum ordinem, lunares menses observare coepisse. Scite Petavius: « Aliquot, inquit, ante Christum saeculis saltem lunarem observatum esse annum extra controversiam habetur. Ante illud vero tempus, atque ex Moysis instituto, crediderim idem esse factitatum, tametsi nihil ex Scripturis evinci posse videatur (*De doctr. Temp. L. 2, c. 27*) ».

(1) Nomen Paschatis inter Hebraeos denotabat coenam agni, per cuius sanguinem super postes aedium linitum ab Angeli exterminio liberati fuerunt, quamque semel in anno, sub luna XIV primi mensis, cum azymis celebrabant. Haec vero coena, imago erat illius nostrae coenae admirabilis eucharisticae, in qua Agnum Immaculatum manducamus, Christum, cuius sanguine pro nobis effuso liberamur ab exterminio Irae divinae, ac proinde sicut illa, sic ista Paschatis nomen accepit. Unde Divus Paulus aiebat fidelibus Corinthi: « Pascha nostrum immolatus est Christus. Itaque epulemur, non in fermento veteri, neque in fermento malitiae et nequitiae, sed in azymis sinceritatis et veritatis ». Primi Christifideles hebraei, templo Ierosolimae adhuc existente, propter primaevam et aeconomicam Apostolorum indulgentiam, dum Eucharisticam coenam celebrabant, alteram quoque non omittebant exemplo eiusdem D. N. Iesu Christi. Quod et ipsum etiam Petrum fecisse probari potest. Hic enim anno 42 vel 44 in urbe Ierusalem, iuxta 12 cap. Actuum Apostolorum, reperitur diebus



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



Quod alteram spectat difficultatem, animadvertimus, Hebraeos in diversa ac antiquitus conditione versari. Templo enim et altari destituuntur, adeo ut Pascha iuxta ritum ipsis praescriptum celebrare nequeant. Eoque magis hoc comprobatur, si consideretur, eos per universum orbem dispersos ac segregatos vix impraesenti verae Paschae et fidem et memoriam possidere. Consequenter nullius momenti incommodum videtur, si Pascha nostrum in hoc, quod proponimus, Calendario (quod ceterum et in alio, uti vidimus, accidere potest) in ipsum Hebraeorum incidat pascha, quod nil aliud iam esse comperimus, nisi quasi inanem sine mente sonum.

Ceterum quoad celebrationem Paschatis duo proponuntur hic sistemata, quorum unum vel alterum seligi debet. Nam, si aliquibus secundum non placet, aliquibus, dico, qui firmiter tenent, ne quasi superstitiose dicam, illud S. Stephani: « Nihil innovetur: nisi quod traditum est », scilicet, qui traditionem apostolicam quasi omnino certam et velut dogma fidei in medium proponunt, esto: sed vero quaenam pro iis ratio militat ad reiiciendum primum? Nam nulla laeditur per hoc traditio, etiamsi apostolica.

Hic finem facientes, omnia hucusque dicta de Calendarii perfectione summatim referimus. I. Dies ultimus anni communis, non appelletur amplius nomine aliis diebus hebdomadae communi, sed tantum denominetur « ultimus anni », sicut revera est, vel quolibet alio, uti placet. Similiter dies qui conflatur ex horis, quae singulis quatuor annis supersunt, nomine proprio « bissextilis »

---

etiam accidit ut celebretur Pascha in ipsa luna XIV, cum nempe luna XIV realis incidit in Dominicam et in Calendario signatur in Sabbato. Tunc Pascha, quae celebranda esset in altera Dominica, celebratur in prima.

---

nuncupetur et in principio anni ponatur. 2. Hinc *a)* Dominicae et hebdomadae feriae, fixae manent in anno. *b)* Paschata ad quinque tantum dies dominicos restringuntur. *c)* Festa Sanctorum quotannis in eodem die mensis et hebdomadae celebrantur. *d)* Cyclus solaris desinit. *e)* Cyclus epactarum non est amplius necessarius. *f)* Tabula paschalis conficitur plane simplex atque admodum brevis. *g)* Etiam haec tabula evanescit omnisque alia, si Pascha in die secunda Aprilis quotannis fixum maneret. Valeas, benigne lector.

P. P. SCHOLASTICUS Cong.nis Missionis.

---

## SOLUTIO QUAESTIONIS

pro mense Octobri 1899 propositae.

---

### PROPOSITIO.

In Absolutione pro Sacerdote defuncto, cuius cadaver non est physice praesens, quo loco sistere debet Crucifer cum Acolythis?

### SOLUTIO.

Quando absolutio praesente cadavere peragitur, feretrum in medio Ecclesiae, ita deponendum esse tradit Rituale, ut si corpus sit laici vel clerici Sacerdote inferioris, quacumque dignitate effulserit, pedes habeat versus Altare, si autem corpus sit presbyteri, caput habeat versum ipsum Altare: « Deposito feretro in medio Ecclesiae, ita ut defuncti pedes, si fuerit laicus sint versus Altare maius: si vero fuerit Sacerdos, ut dictum est, caput sit versus ipsum Altare (*Exequiarum Ordo*) ».



Licet Baruffaldus, (1) in cuius sententiam inclinat Meratus, teneat quod Crucifer inter feretrum et Ecclesiae ianuam sistere debeat, sive pro Presbytero sive pro laico funus peragatur, huiusmodi tamen sententiam communiter auctores reiiciunt, et recte quidem. Constat enim ex Caeremoniali Episcoporum quod « Subdiaconus cum cruce collocabitur ad caput Defuncti, quicumque ille sit », scilicet inter feretrum et Altare, si funus fiat pro Presbytero, inter ianuam et feretrum si pro laico; et Sacra Rituum Congregatio interrogata; « an in exequiis defunctorum Sacerdotum, praesente corpore, Subdiaconus se sistere debeat ad caput defuncti Sacerdotis, vel ad pedes », censuit rescribendum, die 3 Septembris, 1746: « Servetur Rituale Romanum, et in exequiis defuncti Sacerdotis, praesente corpore, locetur Crux ad caput Defuncti inter feretrum et Altare » (*Massae, et Populoniae — ad 2, Gardellini 4183*).

Cum non convenient auctores circa modum erigendi tumulum, pro defunctis Sacerdotibus absente cadavere, aliis censentibus tumulum ita erigendum esse, ut caput versus altare figeret, tenentibus autem aliis eodem modo collocandum esse ac pro defunctis laicis, aliqui dubitare coeperunt utrum in absolutionibus huiusmodi Cruciferi locus a tumuli collocandi modo pendeat, an fixus sit et invariabilis. Inde sequens proposita fuit quaestio:

In absolutione pro Sacerdote defuncto, cuius cadaver non est physice praesens, quo loco sistere debet Crucifer cum Acolythis?

Quidam forsam considerantes quod tumulus nonnisi ad representationem arcae cadaveris includentis ponitur, ab hoc deducunt maxime conveniens esse, quod Celebrans et Crucifer eodem loco se sistant absente corpore, ac si praesens cadaver esset.

Hunc tamen agendi modum, licet aliquid incongrui per se praeseferre haud videatur, omnino reprobandum tenemus; Rubricis enim repugnat, quibus inhaerentes sequentem statuimus thesim:

---

(1) Ad Rituale. Tit. XXXVI, n. 150.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

nam decreta particularia duplicis sunt generis ratione obiecti : aut enim indultum aliquod peculiare respiciunt , aut Rubricas. Si primum, unicam afficiunt Ecclesiam pro qua lata sunt. Si alterum , universalem afficiunt Ecclesiam , quia obiectum generale est, hinc *aequivalentia* appellantur : hoc est particularia, licet generalibus decretis aequivaleant. (1).

Nec refert quod tumulus ita erigatur, ut pedes versus altare figurent, nam ex modo quod sese exprimit Caeremoniale , constat quod absente cadavere locus Cruciferi nullimode pendet a modo tumulum collocandi. Attente ponderentur verba Caeremonialis. « Acolythi vero ceroferarii , ac Subdiaconus cum cruce ibunt ad pedes loci ; et Subdiaconus cum cruce collocabitur ad caput Defuncti , quicumque ille sit . prout in Rituali Romano ». Ex his verbis sequuntur duo : 1° quod aliquod interest discrimen inter locum, quem occupat Crucifer praesente cadavere, et locum quem occupat illo absente, quod patet ex verbis « nisi fiat absolutio praesente corpore » , quae aliquam oppositionem indicant : 2° quod dum, praesente Cadavere, locus quo sistit Crucifer, pendet a modo, quo Cadaver collocatur, alio quidem pro Sacerdotibus ac pro laicis, « praesente corpore . . . . Subdiaconus collocabitur ad Caput defuncti etc. », absente vero cadavere , non attenditur ad modum quo tumulus collocatur : « Acolythi ac Subdiaconus ibunt ad pedes loci ». Per pedes autem loci indicatur locus ianuae Ecclesiae vicinior , locus inter feretrum et Ecclesiae ianuam, minime vero locus quem occuparent pedes cadaveris, si praesens esset, nisi dicere velis quod Subdiaconus, absente corpore, se sistere debeat inter ianuam et feretrum pro Sacerdotibus, inter feretrum et altare pro laicis , quod nemo unquam dicere somniavit, quod nemo auctorum docuit, quod universali repugnat consuetudini.

Unde unanimiter docent auctores quod in absolutionibus absente cadavere crucifer omnino stare debet inter tumulum et Ecclesiae ianuam.

---

(1) Cfr. Ephem. Liturg. 1892 p. 127, et Solans, Manual liturgico. Tom. I n. 19.

Satis sit duos aut tres audire: « Deinde [Celebrans], ait Gavantus, capite detecto se sistit, ut in Rubrica; ex Caerem. Pap., lib. I, sect. 15, cap. I, non ad caput lecticae imaginarium defuncti, quod variari contingit in Sacerdotibus, et aliis; nam Sacerdotis caput versus Altare esse debet; aliorum vero pedes versus Altare, ut dicitur in Rituali Rom. de Exequiis: sed Celebrans debet esse semper inter Altare et tumulum, seu lecticam mortuorum absente corpore, Subdiaconus contra Altare ad pedes lecticae, seu tumuli; praesente vero corpore servatur Rituale citatum ». (1).

« Duo clerici, ait Martinucci, cum vasculo et cum thuribulo, Subdiaconus et Acolythy transeuntes super sinistram suam pergent ad pedes tumuli. Subdiaconus cum Acolythis ibi consistent, facie ad tumulum versa, quamvis exequiae celebrentur pro Sacerdote ». (2).

« Quomodocumque autem tumulus ponatur, ait de Herdt, crucifer tamen semper se sistit inter tumulum et portam Ecclesiae, et Celebrans inter Altare et tumulum, sive absolutio fiat pro Sacerdote sive pro laico ». (3).

Cfr. etiam Bauldry (4), Levavasseur (5), Solans (6), Fumagalli (7), De Conny (8), et Marcellum (9) apud quem accurata habetur Exequiarum descriptio, quae antiquitus per novem dies pro defunctis Cardinalibus in Urbe celebrari solebant. In huiusmodi exequiis, quae corpore iam sepulto peragebantur, « caput lecti fingebatur pars altari proximior, et pedes pars propinquior portae Ecclesiae, et Subdiaconus ponebat se ad pedes lecti.

FELIX RAVANAT.

(1) Thesaurus P. II, Tit. XIII, Rub. 4, m.

(2) Manuale Sacrarum Caeremoniarum Lib. IV, C. X, n. 21.

(3) Praxis Ritualis Cap. 7 § 19 n. III

(4) Manuale S. Caeremoniarum P. III, C. XIV.

(5) Cérémonial Part. VII, Sect. I, n. 203.

(6) Manual litúrgico, T. I, n. 1404.

(7) Promptuarium litúrgicum (p. 510).

(8) Cérémonial Romain p. 235.

(9) Sacrarum Caeremoniarum sive Rituum Ecclesiasticorum S. R. Ecclesiae libri tres L. I. Sect. 15, c. 1.

## AD PRAEFATAM SOLUTIONEM

## APPENDIX.



Praeter solutionem vulgatam R.mi F. Ravanat, aliae duae nobis missae sunt, nimirum Rev.mi A. Fourneret et Rev.mi N. Bossi: quorum omnium in re liturgica peritiam meritumque satis norunt lectores nostri. Singuli autem praesentem discutientes quaestionem in eandem devenerunt sententiam, utpote iisdem momentis innixi, Rubricarum, Decretorum et Expositorum. Si transactis temporibus proposita fuisset quaestio nostra, vix aliquid super exhibita solutione nobis animadvertendum fuisset. At impraesentiarum non possumus, quin aliquas addamus illi animadversiones, quae propositum quaesitum magismagisque declarent. Etenim antiquitus, cadaver in Absolutione esse tantum poterat *praesens* et *absens*; at, recenti iure spectato, esse potest; *praesens physice*, *praesens moraliter*, et *absens*. Ea de causa in quaestionis propositione diximus, quo loco sistere deberet Crucifer cum acolythis in Absolutione pro Sacerdote, cuius cadaver *non esset physice praesens*. In hac ergo quaestione aliquid pluris exigere lectores possent, num videlicet cadaver moraliter praesens influat nec ne in locum, ubi Crucifer sistere debeat. Intellegimus profecto, quod si debeat Crucifer sistere inter tumulum et ianuam Ecclesiae quoties cadaver non sit **physice praesens**, eo ipso consequitur, cadaver moraliter tantum praesens in dictum locum nil posse influere; sed aliud est consecrarium, esto legitime inferendum, et aliud est sententia aut veritas directe probata. Illud in quaestionis tractatione, ni fallimur, patet: hoc vero in eadem desiderandum relinquitur, et fortasse non adeo clare patet, uti videri prima fronte potest, saltem praesenti iure inspecto. Hinc sequentem addere censuimus Appendicem, in qua discutiendum aggredimur: Ubi sistere Crucifer cum acolythis



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



sa exequiali pro die obitus, quod in tertio Decretorum Volumine novae Collectionis legitur. Missa enim ista, praesente tantum moraliter cadavere, celebranda est *eodem prorsus modo ac si cadaver esset praesens*. Porro, si Missa ita celebranda est, quare diverso modo agenda erit Absolutio, quae est eiusdem Missae exequialis Appendix? Ratio in oppositum, illata ex disciplina hactenus retenta, haud satis probat ob distinctionem inter absolutam absentiam et moralem praesentiam recentius invectam.

5. Romae consuetudo viget, ex qua, cadavere Sacerdotis moraliter praesente, die scilicet vel pro die obitus, Absolutio peragitur eodem prorsus modo ac si physice cadaver praesens esset; idque servatur nedum pro Sacerdotibus, sed et pro Episcopis ac purpuratis Patribus. Ritus autem ac caeremoniae in dictis Absolutionibus, saepe pro Sacerdotibus defunctis, semper pro Episcopis et Cardinalibus, ab Apostolicarum caeremoniarum magistris diriguntur. Putandum ne, eos continuo hac in re se decipere, ipsosque se decipere Episcopos et Cardinales, qui eiusmodi Absolutiones peragunt?

6. Re in se spectata, aliud est dies III, VII, XXX et anniversaria, vel alia quaecunque, in qua funus aliquod peragitur cum Absolutione, et aliud est dies obitus vel bidui ab obitu. In illis enim cadaver est physice et moraliter absens, in ista vero physice quidem abesse potest cadaver, sed moraliter est praesens. In illis Absolutio habetur repetita, in ista autem Absolutio pro prima vice post obitum. Porro, ob temporum tristitiam, si Absolutio facienda esset hoc in casu tamquam si cadaver esset absolute absens, nunquam vel fere nunquam fieri posset uti praesens. Hinc fleret, ut diversa positio pro Sacerdote, quae ipsum ab aliis distinguit atque honorat, nunquam haberi, vel raro posset, ipsaque Rubrica pene inutilis evaderet. Nonne ergo quod S. R. C. de morali praesentia statuit pro Missa exequiali, extendi dicendum est etiam ad Absolutionem?

7. His perpensis, aliisque brevitatis gratia omissis, arbitramur, sententiam, quam praefati, laude ceterum dignissimi, solutores dederunt, uti veritatem teneri non posse. Quin imo in oppositam inclinamus, quae Rubricis aequam patientibus interpretationem cohaeret, Decretis vigentibus non opponitur. recto

sensui conformis videtur, et consuetudini Urbis respondet. Si ceterum opus sit, ut quaevis dubitandi ratio removeatur, et segura praxis haberi queat, audiendum erit competens Tribunal. cuius responso unicuique acquiescendum.

## QUAESTIO SOLVENDA

PRO MENSE IANUARIO 1900.

Locus Cruciferi in Absolutione pro defunctis, dependet ne a positione cadaveris vel coenotaphii, an non? E sacra Archaeologia, e Rubricis, ex expositoribus, e sensu liturgico potest ne aliquid erui?

## APPENDIX

### E S. CONGREGATIONE INDULGENTIARUM.

#### I.

**Leopolien. Ruthenen.** — 2 Iun. 1899 — Rescripto S. C. Indulgentiarum d. d. 8 Decembris 1897 Sanctitas Sua in genere definivit quod ad lucrandam Indulgentiam, quae concessa est pro exercitiis pietatis totius mensis vel novem vel in genere plurium dierum, praescripta S. Confessio et Communio fieri potest infra octo dies immediate post ultimam diem illorum piorum exercitiorum sequentes.

Cum autem ad lucrandam talem Indulgentiam praescribatur praeterea oratio ad mentem Summi Pontificis, atque saepe etiam visitatio Ecclesiae, ideo hodiernus Vicarius Capitularis Leopolien. Ruthenor. petit sequentium dubiorum solutionem :

I. An in casu, cum S. Confessio et Communio peragitur infra octo dies post finita exercitia pia, praescripta oratio et visitatio debeat fieri uno ex diebus in quibus praefata pia exercitia peraguntur? Vel potius

II. An in praefato casu haec oratio et visitatio fieri debeat eadem die, qua S. Confessio et Communio percipitur?



Et S. Congregatio Indulgentiis Sacrisque Reliquiis praeposita ad utrumque dubium respondit :

Nihil obstat ad lucrandas Indulgentias quominus visitatio et oratio fiant prout exponitur in I. dubio ; opportunius tamen erit si fiant prout in II. dubio proponitur.

Datum Romae ex Secretaria eiusdem S. Cong.nis die 2 Iunii 1899.

Fr. HIERONYMUS M. Card. GOTTI, *Praef.*

ANTONIUS Archiep. ANTINOEN. *Secretarius.*

## II.

SS. D. N. LEONIS DIV. PROV. PAPAE XIII

AD EPISCOPUM ANGLONEN. ET TURIEN.

### EPISTOLA

CONTRA ABUSUM DIFFERENDI BAPTISMI ADMINISTRATIONEM.

VENERABILIS FRATER

SALUTEM ET APOSTOLICAM BENEDICTIONEM.

Gratae vehementer, Dilecte Fili Noster, tuae Litterae titulo *Mali e Rimedii* ad istum Clerum et Populum elapso mense Martio datae, Nobis fuerunt, quibus pastoralis sollicitudine paternoque affectu inveteratum lamentaris abusum S. Baptismatis in hebdomadas, in menses imo et in annos pueris differendi, atque ad eum ab ista Tibi concredita Dioecesi exterminandum totus incumbis. Nil sane hac mala consuetudine iniquius, nil ecclesiasticis sanctionibus magis contrarium : utpote quae non solum tot animarum aeternam salutem, inexcusabili temeritate, in manifestum periculum infert ; sed eas insuper, intra id temporis, certo fraudat ineffabilibus gratiae sanctificantis charismatibus, quae per regenerationis lavacrum infunduntur ; resque aliquoties eousque deducere potest ut, quod proprio tempore omissum fuit ; nunquam amplius in posterum sit faciendum. Dum igitur Tibi, Dilecte Fili Noster, ut incoeptum opus strenue perficias ultro vires addimus ; non possumus quin tam detestabilem usum, in Deum simul impium, ac in homines, ubicumque infeliciter invaluerit, ex animo improbemus ex exsecremur.

Atque ut, Deo adiuvante, prospere Tibi res cedant, Tibimet.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

suppositum iam fuit, reservatio non nisi in peccata letalia cadat; confessionis complicitis auditio eiusmodi letale constituere posset. Iam nunc aliquis in confessione audiri dupliciter potest, videlicet: in ordine ad absolutionem, quod proprie dicitur *sacramentalem confessionem excipere*: vel absque ordine ad absolutionem, quamvis in loco ad id destinato, et cum externis ritibus confessionis sacramentalis. Hoc autem fieri alia de causa potest, puta ratione consilii, ratione directionis conscientiae etc. etc. Nunc autem, per se, natura sua, secluso positivo praecepto, neutro modo, quem diximus, excipere confessionem complicitis videtur letale peccatum. Quamvis enim Theologi universi id proclamant indecens satis ac periculis obnoxium, nihilominus nullus ex iis, quantum scimus, letale esse docet. Et revera, si per se naturaque sua letale esset, cohonestari nunquam posset, neque in mortis discrimine, quod falsum esse neminem latet.

Manet igitur videndum, utrum confessionem complicitis audire letale dici queat ratione positivi praecepti: quod profecto manifestum fit ex verbis iam memoratae Constitutionis Benedicti XIV, **Sacramentum poenitentiae**. Huiusmodi autem verba sic se habent: « Omnibus et singulis Sacerdotibus... auctoritate Apostolica et nostrae potestatis plenitudine **interdicimus et prohibemus**, ne aliquis eorum confessionem sacramentalem personae complicitis in peccato turpi... *excipere* audeat: sublata propterea illi ipso iure quacumque auctoritate et iurisdictione ad qualemcumque personam ab huiusmodi culpa absolvendam ». Ex his liquido infertur, confessionem complicitis excipere esse omnino prohibitum.

Verum, non de quacumque auditione hic loquitur Summus Pontifex, sed de auditione sacramentali, quam constat eam esse tantum, quae ad sacramentum perficiendum, hoc est ad absolutionem ordinatur. Omnes enim Theologi docent, eam tantum, et non aliam, esse et dici *confessionem sacramentalem*. Multoque magis, quia cum haec sit lex poenalis et odiosa, verba restrictivo sensu accipienda sunt. Tunc vero dicitur *in ordine ad absolutionem*, quando et poenitens propter illam ad confessionem accedit peccataque detegit, et confessarius ad hoc audit, quamvis postea absolutio quacumque de causa non interveniat. Nihil-

ominus, ut hoc letale evadat, necesse est ut confessarius advertat, et quidem antecedenter, saltem ad effectum reservationis, se confessionem complicitis excipere. Cum itaque hoc in casu, seclusa etiam simulatione confessionis, vere confessarius peccet, nemini dubitandum, Episcopum reservare sibi posse potestatem absolvendi complicem. At casus iste fere hypotheticus est; quis enim vellet, sciens et advertens, confessionem sacramentalem complicitis excipere, quem neque vere neque fecte intendat absolvere?

Cum igitur verba Pontificis prohibentis auditionem confessionis complicitis, hoc tantum, nihilque aliud importent, manifestum fit, ea ad simplicem auditionem absque ullo ordine, sive ex parte poenitentis sive ex parte confessarii, ad absolutionem, pertrahi nulla ratione posse. Haec enim auditio, neque est, neque ullo modo, nemine contradicente, dici potest confessio sacramentalis: ut proinde qui hoc facit, nullum laedat praeceptum, nullamque, ex hac parte, letalem culpam admittat. Hinc sequitur, reservationem Episcopi suo robore destitui.

Hactenus discussa compendifacimus et concludimus: *a)* Reservatio Ordinarii in letale tantum peccatum cadere potest: *b)* Aliud est reservatio casus absolutionis complicitis, et aliud est reservatio casus auditionis confessionis eiusdem complicitis: *c)* Confessio aut dicit ordinem ad absolutionem, saltem fecte. aut non: illa est confessio sacramentalis, quae prohibita est, haud vero ista; non tamen ex natura sua et per se: *d)* Confessio Sacramentalis prohibita est ex positivo gravique praecepto, haud vero simplex auditio, quae sacramentalis non est: *e)* Verba Benedicti XIV super reservatione casus absolventis complicitis intelligi nequeunt de simplici auditione confessionis, quae nullo modo sacramentalis est: *f)* Auditio in confessione sacramentali reservari potest ab Ordinario, sed vix aliquid roboris haberet. *g)* Simplex auditio peccatorum reservari non potest, quia nulla lege prohibita: nisi Ordinarii hanc legem primo, si velint, statuunt.

#### IV.

Alia nobis quaestio proponitur circa Decreta S. R. Cong.nis, nondum evulgata, num videlicet obligent nec ne, vel saltem utrum iis quis se possit conformare.

*Resp.* Vel dicta Decreta ius novum constituunt libertatem coarctans, vel ius novum, antiquum relaxans. Si primum, inquirimus quomodo haec Decreta dignoscantur, cum evulgata nondum fuerint. Certe eorum notitia aliquo modo haberi debet. Iam nunc, aut eiusmodi notitia certa est, aut incerta: si incerta, nullo modo obligant, cum lex dubia non sit lex. Si certa vero est, neque Decreta posse obligare tenemus. Ea enim saltem per evulgationem dignosci debent, quae tamen non supponitur. Quod si Ephemerides publicae dicta Decreta non evulgent, dicant autem illa evulgatum iri, etiam hoc in casu ad illa observanda neminem teneri credimus. Ratio est, quia, cum tertium Decretorum Volumen in eo iam sit, ut publici iuris fiat, unicuique facultas est, illius publicationem expectandi, ut de legis, seu quod essentiam, seu quod accidentalia attinet, existentia et authenticitate certus omnino fiat.

Posse autem illis quemque se conformare, dummodo certa pro eo sit lex, non dubitamus, quod probatione non indiget.

Si alterum, tenemus unicuique esse licitum Decretis inhaerere S. R. Cong.nis, dummodo certam de illis notitiam habeat. Ratio est, quia de re agitur favorabili; et cum certum sit eam legislatorem concessisse, unusquisque indulto favore uti potest. Nisi enim contrarium constet, iure praesumitur, S. R. Cong.nem se non opponere utentibus, imo velle ut statim ac favor innotuerit, esto private, eo uti unusquisque possit.

Inferre potes, Anniversaria etsi late sumpta, pro defunctis, sive ad laicas, sive ad ecclesiasticas Communitates pertinentibus, optime haberi posse in duplici minori, etiam infra octavam Commemorationis omnium fidelium defunctorum. Hoc enim indulget Decretum Generale adhuc evulgandum, sub die 2 Dec. 1891.

---

IMPRIMATUR.

P. Fr. Albertus Lepidi O. P.  
S. P. A. Magister.

IMPRIMATUR.

Joseph Ceppetelli Archiepiscopus Myren. Vicesgerens.

---

**Proprietas Literaria.**

---

**G.B. Agnolucci, gerente responsabile**

---

Roma, Tip. F.lli Amoroso — Torretta Borghese 22-25.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



**Il Piccolo Ministro del Santuario** istruito nelle sacre Ceremonie secondo il Rito Romano, *previe alcune brevi nozioni sulla Gerarchia cattolica, Chiese e sacre suppellettili ecc. per un Sacerdote Romano Cooperatore Salesiano.*

Quanti intersit, ut adolescentes Ecclesiarum servitio addicti, et clericorum officio fungentes pro eorum capacitate sint instructi, ut tot liturgicae functiones, ordinariae, extraordinariae, pontificales in divini cultus honorem feliciter eveniant, nemini latet. En autem praeclara quae opportune prodit Opella, tempori et rei apprime respondens, et quam, attenta liturgicarum rerum peritia, experientia et gratia eximii Compositoris, eademque Opella in se inspecta, non possumus quin veluti gemmarum sertum iure dicamus, nostrisque Consociatis enixe commendemus. Pret. Libell. 1,50: quod et pro Consociatis imminuetur.

---

Typis **Desclée, Lefebvre & Soc.** prodierunt:

**Tanqueray** — Synopsis theologiae dogmaticae ad mentem S. Thomae Aq. hodiernis moribus accommodata, 3 vol. in-8. L. 18.

— Theologia dogmatica fundamentalis, De vera Religione, de Ecclesia Christi, de Locis theologicis. Editio altera, in-8. L. 6.

— Theologia dogmatica specialis; Tom. I. De Fide, de Deo Uno et Trino, de Deo Creante et Elevante, de Verbo Incarnato. Editio quarta, in-8, L. 6.

— Tom. II. De Deo Sanctificante et Remuneratore, seu de Gratia. de Sacramentis et de Novissimis. Editio tertia, in-8, L. 6.

**Legs Sac. Mich.** — Praelectiones in Textum Iuris Canonici in Scholis Pont. Sem. Romani traditae, 2 vol. in-8, L. 15. Volumen tertium sub praelo est.

— — De Iudiciis Ecclesiasticis Civilibus. Lib. I, vol. - L. 8.

— — De Iudiciis Ecclesiasticis Civilibus in specie, et in primis de Ordinatione Curiae Romanae. Lib. I, vol. II. — L. 7.

**Sebastianelli** — Praelectiones Iuris Canonici: Vol. I. De Rebus, in-8, L. 6. Vol. II. De Personis, in-8, L. 6.

**Ianssens** — Praelectiones de Deo Uno ad modum Commentarii in Summam Theologicam Divi Aquinatis. — Tomo I. — L. 7.50.





**Praelectiones Iuris Canonici** quas iuxta *Ordinem Decretalium Gregorii IX.* tradebat in scholis Pontif. Sem. Romani **Franciscus Santi Professor**. Editio tertia emendata et recentissimis Decretis accommodata, cura Martini Leitner, Vicerectoris in Seminario Clericor. Ratisbon. Liber IV. Ratisbonae, Neo-Eboraci et Cincinnati. Sumptibus et Typis **Friderici Pustet**, S. Sedis Apostol. Typogr. 1899. *Pret. Libell. 4,50.*

**Institutiones Theologiae Dogmaticae specialis. Tractatus de Deo uno et trino**, Auctore **Bernardo Jungmann**, *Eccl. Cathedr. Brugens. Canon. hon. Philos. et S. Theolog. Doct. ac Profess. ord. in S. Theolog. Universitat. cath. Lovaniensis.* Editio quinta. 1899. Ratisbonae, Romae et Neo-Eboraci. sumptib. et Typ. **Friderici Pustet**, S. Sedis Apost. Typographi. *Pret. Libell. 4,50.*

**Manuale pii Sacerdotis** complectens preces et pietatis exercitia excerpta ex operibus Sancti Alphonsi Mariae de Ligorio et latine reddita ab uno ex Presbyteris Congr. SS. Redemptoris. — Altera editio auctior et emendatior. Ratisbonae, Romae et Neo-Eboraci Sumptibus et Typis **Friderici Pustet**, S. Sed. Apost. Typogr. *Pret. Libel. 2,50.*

**Compendium Liturgiae Sacrae iuxta ritum Romanum** in Missae celebratione et officii recitatione, auctore *Ios. Aerttnys*, C. SS. R. Theologiae Moralis et Liturgiae Professore. Editio altera aucta et emendata secundum novissima S. Sedis Decreta.

**Il Sacerdote santificato** nelle sue azioni quotidiane pel Teol. Coll. **Gio: Morino**, Prete della Missione.

**Officium festorum Nativitatis et Epiphaniae Domini eorumque octavarum, necnon festorum eo tempore occurrentium ex Breviario et Missali Rom. pro maiori recitantium commoditate digestum.** Ratisbonae, Romae et Neo-Eboraci. Sumpt. et typ. **Friderici Pustet**, S. Sedis Apost. et S. Rit. Congr. Typogr. 1899. Editionis perfectio nil acquirentibus, in suo genere, desiderandum relinquit. *Pret. Libell. 2. solutum, 2,50* eleganter religatum.

**MONS. VINCENZO NUSSI.** — **Manuale Educativo ed Istruttivo** con citazioni di vari autori commentati ed illustrati ad uso della gioventù studiosa. *Pret. Libell. 1,50.*

**Theologia Moralis** ad mentem S. Alphonsi M. De Ligorio Episc. et Doct. et ex eius Operibus potissimum deprompta, addita Constitutione Apostolicae Sedis, cura et studio Ioannis Morino Congregationis Missionis S. Th. Doct. Coll. — Editio V.

**Il Piccolo Ministro del Santuario** istruito nelle sacre Ceremonie secondo il Rito Romano, *previe alcune brevi nozioni sulla Gerarchia cattolica, Chiese e sacre suppellettili ecc.* per un **Sacerdote Romano** Cooperatore Salesiano.

Quanti intersit, ut adolescentes Ecclesiarum servitio addicti, et clericorum officio fungentes pro eorum capacitate sint instructi, ut tot liturgicae functiones, ordinariae, extraordinariae, pontificales in divini cultus honorem feliciter eveniant, nemini latet. En autem praeclara quae opportune prodit Opella, tempori et rei apprime respondens, et quam, attenta liturgicarum rerum peritia, experientia et gratia eximii Compositoris, eademque Opella in se inspecta, non possumus quin veluti gemmarum sertum iure dicamus, nostrisque Consociatis enixe commendemus. *Pret. Libell. 1,50*: quod et pro Consociatis imminuetur.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

Candidus patefacit Iulio Caeremoniarum magistro, qui de eiusmodi novi iuris interpretatione minus nihilo suasus, haec secum *quaerit* :

1. *Quinam sint dies privilegiati pro Missis defunctorum faciendis, sive lectis sive solemnibus, et quodnam inter eos discrimen intercedat, quo nempe sensu privilegiati singuli dicantur, antiquo cum recenti iure collato?*

2. *Utrum nova Rubrica de Missis pro die obitus seu depositionis, accipienda sit in sensu composito vel diviso? Et in quo consistat Rubrica alia de unica Oratione in iisdem Missis, et num eadem sit atque antiqua, an diversa?*

3. *An bene senserit et se gesserit Candidus, vel quomodo instruendus in casu?*

## SOLUTIO

**Ex dissertatione Rev. Dom. Philippi Giobbe, Pontif. Seminarii Romani alumni, habita in Ecclesia Congregationis Missionis, prope Curiam Innocentianam, die 14 Iunii 1899; acta Epitome per R. mum Dom. Paulum Saraiva Apost. Caerem. Magist.**

I. *Quinam sint dies privilegiati pro Missis defunctorum faciendis, sive lectis sive solemnibus, et quodnam inter eos discrimen intercedat, quo nempe sensu privilegiati singuli dicantur, antiquo cum recenti iure collato?*

Piissima mater Ecclesia, de animarum piacularibus flammis addictarum bono sollicita, peculiare se-

tegit statuere dies, quibus suffragia Missarum' celebratione fructuosissima praestarentur. Sunt hi plus minusve privilegiati, adeo ut etiam quae in anni decursu celebrantur festivitates haud semper, nec pari ratione, eiusmodi suffragia impediant. Privilegiati nimirum sunt in defunctorum solatium dies sequentes: obitus seu depositionis defuncti; dies qui sequitur nuncium mortis alicuius; tertius, septimus, tricesimus et anniversarius; demum anniversarius late sumptus. Hinc Missae de requie sive lectae sive cantatae diversimode permittuntur, iuxta particularia privilegia uniuscuiusque praefatorum dierum. Sed, ut ordinatim procedamus, ad singulas quaestionis partes singulatim respondebimus.

Primo dicemus de Missis de requie lectis. *a)* In praesenti disciplina dies privilegiati pro Missis lectis in die obitus seu depositionis defuncti magis extenduntur, quam in antiqua. Et re vera, dum antea non permittebantur nisi in semiduplicibus, simplicibus, feriis et diebus infra octavas non privilegiatas, hodie, post Decretum Sacrae Rituum Congregationis, datum sub die 19 Maii 1896, Missae in die vel pro die obitus aut depositionis, praesente, insepulto et etiam sepulto non ante biduum cadavere, celebrari valent in cunctis Ecclesiis et Oratoriis publicis, semipublicis et privatis singulis diebus, quibus non occurrit festum de praecepto, aut ritus duplicis primae classis, sub qua nuncupatione veniunt et dies eiusmodi duplicia excludentes. Notandum est autem, Sacra R. Congregatione sic volente, hanc facultatem, extra dies ritus semiduplicis et simplicis, feriales. Vigiliarum et infra octavas non privilegiatas, respicere tantum Oratoria privata in domo defuncti existentia, pro numero Missarum inibi permissarum, Ecclesias vero et publica Oratoria, nec non et semipublica in quibus fiunt exequiae, pro die earundem exequiarum,

et pro singulis Missis quae inibi celebrantur, dummodo pro illo defuncto applicentur, et excepta Missa Conventuali, ubi adest obligatio, aut Parochiali in festis suppressis. Si vero exequiae non fiant in semipublico Oratorio, nil prohibet quin Oratorium huiusmodi considerari possit uti privatum, ad effectum praefatas Missas celebrandi. *b)* De aliis Missis privatis diebus tertio, septimo, tricesimo, anniversario, nec non die mortis nuntium insequenti in dissito loco, nova Decreta nullum privilegium addiderunt super antiquam disciplinam, unde nunc etiam permittuntur iisdem diebus quibus antea, nempe semiduplicibus et inferioribus non privilegiatis. *c)* Novum privilegium datum est pro Missis lectis de requie celebrandis in Cappellis coemeteriorum, quando aliunde facultas habeatur inibi Missas faciendi. Ex eodem superius citato Decreto, excipiuntur dies tantum in quibus occurrunt festa 1.<sup>ae</sup> vel 2.<sup>ae</sup> classis; Dominicae aut festa de praecepto; feriae, vigiliae et octavae privilegiatae.

Secundo autem loquemur de Missis de requie cantatis et solemnibus. Circa has Missas disciplina praesens sensibiler quoque immutata est. Antiquitus tunc tantum Missa exequialis cantari poterat, cum cadaver fuisset realiter praesens in Ecclesia, exceptis festis principalioribus primae classis, triduo maioris hebdomadae et tempore publicae et permanentis expositionis Ss.mi Sacramenti. Cadavere non praesente, sed non sepulto, solemne Missae funus mittebatur diebus non impeditis a Dominicis et duplicibus primae classis. Quando vero cadaver tumultatum fuisset, sed non ultra diem sequentem dictam tumulationem, Missa cantari poterat diebus tantum, quibus non occurrisset festum de praecepto aut duplex 1.<sup>ae</sup> vel 2.<sup>ae</sup> classis. Verum post Decretum S. R. Cong.nis diei 13 Februarii 1892, quo ad duos dies extendebatur pri-



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



dies Cinerum et hebdomada maior ; tandem diebus publicae adorationis Ss.mi Sacramenti. Eodem fruuntur privilegio Missae cum cantu, quae celebrandae essent post acceptum obitus nuncium. *d)* Quod tandem spectat anniversaria late sumpta, notandum est, nullum Decretum, saltem ex hucusque publicatis, permittere, ut celebrentur diebus ritus duplicis sive maioris sive minoris ; quinimo plura ex antiquis absolute prohibere. Attamen, praesenti disciplina liturgica inspecta, generatim in re funeraria tam praeter antiquam mitigata, in specie vero facto ipso considerato, quod inter anniversaria stricte sumpta hodie adnumerata sunt alia, quae antea tantummodo in duplicibus minoribus mittebantur (*S. R. C. 19 Iunii 1700, n. 2059, ad 6*), videtur posse licite in praesenti celebrari anniversarium late sumptum etiam diebus duplicis minoris communis, rationabiliter praesumendo transpositionem privilegii ad anniversaria improprie dicta, ab iis, quae hodie ad stricte sumpta transierunt, dum prius considerabantur ut late sumpta. Ceterum quamvis adhuc ignoretur, an S. R. Congregatio velit in hanc sententiam venire, optandum est ut hoc sensu res definiatur, ob animarum in Purgatorio degentium solatium et ad pietatis viventium satisfactionem (1).

Ad plenam propositi casus solutionem obtinendam, necesse est aliquid dicere super dubio, an inter anniversaria stricte, aut saltem late sumpta adnumerari valeat illud, quod in futurum statuatur pro die quodam mobili, feriae hebdomadae respondentis, in qua obitus alicuius acciderit ; ita ut privilegiis respe-

---

(1) Ex novissimo proxime vulgando Decreto, anniversaria late sumpta, quae sunt illa a Communitatibus semel in anno pro defunctis confratribus celebranda, reipsa permittuntur in duplicibus minoribus.

ctive propriis praefatorum anniversariorum frui possit. Iuxta veterem disciplinam, anniversaria stricte sumpta illa erant, quae a testatoribus fundata, singulis annis celebranda erant determinata die in perpetuum statuta, sive vere dies obitus fuisset, sive pro illa electa (V. Ephemer. Liturg. *an. 1897, pag. 359*). Nunc tamen non amplius exigitur, ut anniversaria tamquam stricte sumpta habeantur, quod a testatoribus ipsis fundata sint, sed satis est illa incidere die ipsa anniversaria, ab obitu seu depositione vel saltem determinata in perpetuum. Iamvero, dici potest feria aliqua dies vere ab obitu seu depositione de anno in annum recurrens, aut saltem in perpetuum determinata ?

Profecto aliquoties id evenire poterit, cum nempe feria hebdomadae in diem incidet mensis, quo obitus accidit ; sed hoc veluti quaedam exceptio potius considerandum est. Ceterum quae hucusque, diei anniversarii, interpretatio facta est, semper intellexit diem mensis fixum post annum recurrentem. Ita ut dicendum aliam interpretationem saltem novitatem sapere. Hoc tamen bene fieri posset circa anniversaria late sumpta, quae a Communitatibus celebrari valent etiam in duplicibus minoribus, quia idcirco *late* sumpta vocantur, quia non eodem die singulis annis celebrantur.

II. Utrum nova Rubrica de Missis pro die obitus seu depositionis, accipienda sit in sensu composito vel diviso ? Et in quo consistat Rubrica alia de unica Oratione in iisdem Missis, et num eadem sit atque antiqua, an diversa ?

In hac altera quaestione inquiritur primo, an nova Rubrica, num. 2, de Missis pro die obitus seu depositionis, accipienda sit pro una vice tantum, an distinctim pro die mortis et alium depositionis. Tale dubium originem duxisse videtur e particula *seu*, quae



legitur in Rubrica, et quae, primo intuitu, non omnibus satis clara visa est. Impraesenti tamen, res est omnimoda certitudine plena, Rubrica intelligi debet pro una vice tantum a die mortis usque ad secundum diem post sepulturam inclusive. Diximus enim superius Sacram Rituum Cong.nem die 8 Iunii 1896 declarasse Missas privatas de requie, de quibus Rubrica loquitur, quando agitur de Ecclesiis et publicis Orationibus, permissas habendas esse, dummodo funus celebretur cum Missa exequiali. Iamvero scimus ex Decreto eiusdem S. Cong. in *Tudertina*, 23 Maii 1846, Missam exequialem permissam esse tantum pro una vice in gratiam uniuscuiusque defuncti. Clare inde patet, quod, cum permissae sint Missae privatae ut in die obitus seu depositionis tantum ob rationem Missae exequialis, quae non permittitur, nisi uno tantum die et una vice tantum, Rubrica absque dubio intelligi debet de unica vice, videlicet, ut aiunt Liturgistae, pro primo die liturgice non impedito ab illo obitus ad secundum post sepulturam.

Inquiritur secundo in quo consistat nova Rubrica de unica Oratione in Missis de Requie, et an differat ab antiqua. Brevi utramque exponemus. Nova Rubrica, n. 3, clare et explicitè praecipit dicendam unam tantum Orationem « in Missis omnibus, quae celebrantur in die Commemorationis omnium Fidelium defunctorum, die et pro die obitus seu depositionis, atque etiam in Missis cantatis vel lectis, permittente ritu, diebus tertio, septimo, trigesimo et die anniversario alicuius defuncti, nec non quandocumque pro defunctis solemniter celebratur ». In antiqua disciplina, privilegium unicae Orationis, quoad Missas lectas, omnibus extendebatur, exceptis quotidianis. Quod autem Missas solemnes spectabat, nulla fiebat distinctio, sed una tantum dicenda erat Oratio « quandocumque pro defunctis solemniter celebretur », ac



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

---

cum habere potest. Debebat igitur pro anniversario constituere diem sive obitus, sive depositionis, aut si fundasset in perpetuum, quemcumque diem, sed fixum, seligere. Docens, unicam Orationem in singulis Missis, de quibus in casu, esse dicendam, nullimode erravit, namque Rubricae cohaesit dicenti: « quandocumque pro defunctis solemniter celebretur », quod intelligendum est et de Missis lectis diebus privilegiatis pro defuncto applicandis.

---

## DUBIORUM LITURGICORUM SOLUTIO

---

I. *E Neapoli.* De inexistencia legis inquirendi a Celebrante super qualitate altaris fixi aut portatilis. Iuxta Rubricam hostia et maior pars calicis debent esse super aram lapideam, quod et circa pyxidem praedicant auctores. Saepe tamen arae lapideae multum distant ab antipendio altaris, ut Celebrans currat periculum consecrandi extra lapidem. Hinc quaeritur: Utrum inhaereat obligatio cuicumque Celebranti diligenter prius inquirendi, an altare sit fixum, an portatile, an lapis sit longior, latior etc.?

*Resp.* Negative. Cum de lege discutitur, ea prouti iacet accipienda, non autem mutanda est: secus non erit amplius lex, sed eam exponentium opinio. Verum procul dubio est, Sacrificium super altare esse agendum, hostiam et pedis calicis maiorem partem esse debere super idem altare, super quod Sacrificium fieri debet; nihilominus non ita se exprimit Rubricae lex, uti adm. Rev. Consulens di-

cit : videlicet, non ait Rubrica, hostiam et maiorem partem calicis esse debere super aram lapideam ; sed dicit : « ara lapidea . . . tam ampla sit, ut Hostiam et maiorem partem calicis capiat (*Rub. Gen. Miss. Tit. XX*) ». Hinc notandum discrimen utriusque dictionis. Ex prima namque dicendi ratione facile derivaret obligatio, in Celebrante, praevidendi, inspiciendi, et attendendi, num lex servata maneat : quod anxietatem certe pareret et scrupulos, uti et gravissimum Celebranti incommodum, quoties Missam deberet facere. Ex altero vero dicendi modo hoc unum sequitur, aram lapideam iuxta legem esse construendam, ut Hostiam et maiorem partem pedis calicis continere valeat, de quo et lapidarius, et qui ei curam concredit reformandae arae, et ipse Episcopus consecrator videant, non singuli Celebrantes. Hi enim supponere iure possunt ac debent, altaria sive fixa sive portatilia iuxta legem constructa esse, et aram lapideam rite fuisse super mensam positam. Quod si certum non esset, lex indubie extaret, ex qua Celebras ante Missam de his omnibus securus fieret, gravia sunt enim ; quod tamen prorsus a veritate alienum esse latet neminem. Sacerdos itaque Missam dicturus, omnia rite facta supponens, accedat ad altare, opus suum reverenter et devote agat, nec de ara lapidea se occupet, quippe quod ad eum non pertinet.

Pyxidem quoque super aram lapideam, utpote consecratam, esse debere non contradicimus ; hostiae namque minores intra Missam consecrandae et ipsae ad sacrificium pertinent. Nihilominus perpendenda lex, quae non dicit eas super aram lapideam esse collocandas, sed tantum : « super Corporale ante calicem, aut in aliquo . . . vase mundo benedicto . . . retro post calicem (*Tit. celebr. Tit. II, n. 3*) ». Mirare proinde sapientiam legis ! Non dicit minores hostias ponendas super aram, quamvis super eam esse debeant, sed super Corporale, quod esse tamen debet super

aram. Hic dicendi modus ideo positus est, ni fallimur, ut Celebrantes securi procedant, sine scrupulis et anxietatibus, Corporale enim videtur oculis, non autem ara, quam tobaleae cooperiunt. Sequamur ergo in sua prudentia legem, et cum lege prudentes erimus: secus, dum legislatore prudentiores esse praesumimus, facile in laqueos delabimur. Ceterum nota, Corporale, quod praeter aram lapideam exigit omnino Rubrica, ideo requiri, ut hostiae sive maior sive minores, quae ex parte fortasse intra sacrum lapidem non continentur, intra illud indubie contineantur: quod proinde veluti moralis extensio arae lapideae considerandum est.

*Nota.* Pyxis hostias minores continens, nulloque velo, ex defectu legis, cooperta, per aedituum, vel per clericum reverenter ad altare deferri, vel super eo poni potest intra Corporale, eodemque modo in sacrarium ab altari post purificationem reportari, saltem ex inducta nec reprobata consuetudine.

II. *E Lincio. De Nocturno Off. Defunctorum post nuntium obitus accepto.* An quando pro Defuncto *in loco dissito* (pro quo Defuncto ergo *alibi* exequiae fiunt) recitatur (statim ac mortis nuntium accipitur, « in die vel pro die obitus ») *unicum* Nocturnum cum Laudibus Officii Defunctorum, recitandum sit semper *primum* Nocturnum, vel potius Nocturnum feriae currentis? « De Herdt » p. 5. n. 127 4., et « De Carpo » Bibl. liturg. p. 2. n. 22 dicunt, « *primum* Nocturnum in casu esse recitandum in die depositionis *praesente cadavere*, secus dicendum esse de feria occurrente. — Sed aliqui putant non esse distinguendum, et — quando in die vel pro die obitus recitatur *unicum* Nocturnum — semper esse dicendum *primum*, sive corpus sit praesens, sive Defunctus sit in loco dissito. — Quid ergo rectius tenendum?

*Resp.* Nota Rubrica est Ritualis Romani, *primum* No-



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



quoque funerum agendorum necessitate Rubrica loquitur: quae omnia *temporis angustiam* posse inducere nemo non videt. Quid ergo mirum, si primum Nocturnum praescribatur, secundo ac tertio ex necessitate angustiae temporis omissis, ad quae primum dicit ordinem? Nonne videtur quasi Rubrica dicere: primum dicatur, alii, si necessitas id exigat, omittantur? Apparet ergo ratio primi Nocturni in die obitus; at ubi ratio in die post nuntium obitus acceptum? Ubi relatio inter primum et secundum et tertium? Ubi cadaveris praesentia? Haec quidem, dum primi Nocturni momenta ostendunt, Rubricamque probant, simul praedicare videntur, extra eiusmodi casum, non primum, sed aliud dicendum esse Nocturnum, quod feriae respondeat. Quid nimis ergo nobis videtur, primi nocturni recitationem in casu fundare tantum in Missa ut in die obitus dicenda. Quod attinet auctoritates allatas, loca a cl. Consulente citata reperire non potuimus, quod fortasse exacta non sint. Certum est, De Herdt (*pars 5, n. 127, 4*) non stare pro primi Nocturni, sed pro alterius iuxta feriam recitatione, in casu. A Carpo autem (*Pars quinta, n. 220*) favet recitationi primi Nocturni, sed citat peculiare proprii Breviarii praescriptum, quod profecto nobis inservire non potest, attentis Ritualis Rubrica et Decretis. Eapropter, salvo meliori iudicio, censemus, primum Nocturnum esse tantum recitandum in die et pro die obitus, haud vero post acceptum obitus nuntium; tunc enim ex generali regula illud currentis feriae recitabitur.

III. *Ex eodem loco. De concursu diei Oct. festi secund. cum festo dup. mai. secundario.*

a) Octava Dedic. Eccl. *non prop.* concurrit cum festo (*secundario*) Ss. Redemptoris (dup. mai.).

b) Octava (festi *secund.*) Praesentationis B. V. concurrit cum eodem festo translato Ss. Redemptoris.

c) Octava Patrocinii S. Ioseph (f. *secund.*) concurrit

cum festo (*secundario*) translationis S. N. Confessoris (dup. mai.).

d) Octava festi (*secundarii*) Impressionis Stigmatum S. Francisci concurrit cum festo (*secundario*) Translationis S. N. Confessoris.

Quaer. 1.º Quomodo ordinandae sunt Vesperae in praedictis casibus ?

2.º a) Si praedictae Octavae, — ac generaliter omnes Octavae festorum *secundariorum* tum Domini, tum Sanctorum, — concurrunt cum festo duplici *sive* maiori, *sive* minori *cuiuscumque dignitatis*, sed **primario**, solam obtinent in Vesp. commemorationem. b) Si vero concurrunt cum festo dup. *minori*, sed **secundario**, integras habent Vesperas, si festum concurrens est inferioris dignitatis; dividunt Vesp. si fest. est aequalis dignitatis; porro solam habent commem. si festum maiori pollet dignitate. — An recte? c) Pro die Octava festi *secundarii* nostro in casu eadem valent regulae sive eius fest. sit I.º, sive sit II.º classis. — An recte? d) Et an idem valeat, etiam si Octava festi *secundarii* 2.º cl. concurrat cum Octava festi item *secundarii* 1.º cl. ?

*Resp.* 1. Omnes dies octavi Dominum et Deiparam spectantes, de quibus supra, pertinent ad festa *secundaria*, quamvis festa, cum quibus illi concurrunt, sint pariter *secundaria*; ergo praefati dies octavi nullo privilegio gaudent iuxta Rubricas, quae privilegiatos tantum declarat dies octavos festorum Domini et Deiparae, si haec *primaria* fuerint. Primi tres dies octavi, nempe a.), b.), c.) concurrunt cum duplici maiori, et proinde, excluso privilegio, servanda est ultima pars Rubricae Tit. 11, n. 7, dicens: « Ceteris vero non paribus . . . , concurrente die octava cum festo duplici, Vesperae erunt . . . de duplici, cum commemoratione alterius . . . ». Superius enim iam Rubrica dixerat: « Concurrente . . . die octava cum se-



quenti duplici maiori . . . , totum officium fit de sequenti cum commemoratione Octavae ». Ergo, in casu, Vesperae erunt de sequenti cum com. praecedentis. Quartus octavus dies, nempe d.) ad festum secundarium pertinens concurret cum festo etiam secundario, de quo adm. Rev. Consulens tacet ritum. Qui, aut dup. minus est, aut maius : si primum, Vesperae dividuntur : si alterum, integrae Vesperae erunt de seq. cum com. praecedentis. Dividuntur Vesperae in prima hypothesisi, quia ritus diei octavae est dup. minus, nulloque potest, in casu, privilegio frui; ergo, cum etiam sequens sit dup. minus, habetur concursus inter duo duplicia minora, quae proinde, ceteris paribus, Vesperas dividunt. Integrae Vesperae sunt de seq. in altera hypothesisi, quia sequens cum dup. maius sit, duplici min. praecedenti praevalet, iuxta supra relatam Rubricam.

*Resp. 2. a)* Prima propositio verissima est, et principiis superius expositis perfecte respondet, et Rubricis : adeo ut quaecumque dies octava festi *secundarii* sive Sanctorum, sive Deiparae, sive etiam Domini, concurrens cum duplici *primario* quocumque, sive minori sive maiori, sola gaudeat commemoratione. Cum enim agitur de festis secundariis in conflictu cum primariis, dies octavi cedunt, quia nullo privilegio fruuntur. *b)* Quod pertinet vero propositiones sequentes, alio modo eas exprimimus, ut principiis expositis ac Rubricis clarius respondeant, hoc est : praefatis diebus octavis secundariis concurrentibus cum duplici minori pariter secundario, in disparitate dignitatis praevalet concurrens dignius : in paritate dignitatis, dividuntur Vesperae. *c)* Quoad ultimas denique propositiones, et ipsae veritatem assequuntur, et sic fortasse melius exprimi possent : Die octava festi secundarii, cuiuscumque classis, concurrente cum duplici minori secundario, in disparitate dignitatis, praevalet concurrens dignius, et integras habet Vesperas : in paritate dignita-



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

Rubrica docet quid agendum, seu quomodo concludenda in casu separationis. At Matutinum non est quid completum, in suo genere, sed incompletum, cum sit pars Horae; proindeque haud *iure* separatur a Laudibus, sed alia de causa, puta commoditatis, ut Rubrica Gen. de eo quod sit in casu separationis agendum plane sileat. Inde palam sequitur, unamquamque Horam nullum, *ratione sui*, ordinem dicere ad aliam Horam, sed tantum *ratione integritatis officii*, quatenus scilicet officium ex omnibus singulisque partibus constituitur, et integre dicendum est. Merito proinde unaquaeque Hora cum *Pater* concludenda, quia *Pater*, in casu, ipsius Horae conclusionem constituit. Sed vero haec non comprobantur in Matutino, quod cum sit pars Horae, ad reliquam eiusdem Horae partem, quae suum complementum est, ordinem dicit *ratione sui*: ut sine causa cum *Pater* absolveretur, ne dicamus contra ipsum ritum. Et sane, sicut imperfectum ad suam perfectionem, quae assequenda est, continuo clamat, ita Matutinum tendit ad Laudes, quibus perficitur: ut pars prima ab altera separata abrumpi non debeat, saltem iure, multoque minus inter utramque *Pater* interponi. Quid enim, si inter alterum, et alterum eiusdem Horae psalmum, *Pater* recitares? Nonne contra Ritum esset, postulantem ut *totum* non abrumpatur per Orationem dominicam, sed singulae partes sine ullius extraneae precis interpositione recitentur? Diversus quidem, sed similis est casus noster. Certe diversus, quia Matutinum pars est a Laudibus distincta, et separationem, saltem ex consuetudine, imo ex institutione antiquissima suffert. Sed tamen est similis; quia liturgicae loquendo Matutinum et Laudes unam constituunt simul Horam: ut quamvis separentur, prima ad secundam partem clamet, ut perfectionem sui, et *Pater* respuat, potiusquam sufferat. 4. Matutinum ex tribus Nocturnis constituitur, quorum separatio fieri etiam potest

data rationabili causa, quamvis magis inter se sint connexa, quam Matutinum et Laudes. Atqui nulla est necessitas *Pater* interponendi inter unum et alterum Nocturnum in casu separationis. Quare autem, nisi quia partes sunt Horae unius, et altera clamat ad alteram ut totum continetur? Ergo a pari. 5. Denique 'sapiens mater Ecclesia docet in casu, *Pater* non esse dicendum exemplo suo; in nocte enim Nativitatis Domini Matutinum separatur a Laudibus per Missam. Quid agit? Rubricam sequitur dicentem: « Quo (*Te Deum*) finito, dicitur  $\psi$ . *Domine vobiscum.*  $\Re$ . *Et cum spiritu tuo.* Oratio . . . Et dicto *Benedicamus Domino*, celebratur. . . Missa (*Rub. spec. post Matutin.*) ».

*Resp. 2.* Relata sententia opponitur Decreto praefato, num. 5961, sed non opponitur eidem, uti in nova Collectione inscribitur, num. 3653 (5961), quod palam fiet.

V. *Ex eod. loco. De Gloria et non Credo in Missa votiva infra aliquam Octavam Gloria et Credo ferentem.* Affirmant Ephemerides et probant missas Simplicium esse vere festivas. Alicubi die 18 Aug. fit de infra Octavam Assumptionis cum commemoratione S. Agapiti. Si quis Missam legeret de S. Agapito, deberet ne dicere non tantum *Gloria*, sed etiam *Credo*, ratione Octavae? Insuper: Infra Octavam Corporis Christi prohibentur Missae votivae. Posset ne die semiduplici, aut infra Octavam, legi Missa de Simplici, quae non votiva est (?) sed festiva?

*Resp. 1.* Missa, uti alibi notatum est, vel praeceptiva est vel votiva (*V. Ephem. num. 9, pag. 563 et seq.*); certe enim votivum et praeceptivum non conveniunt inter se, et oppositionem dicunt, sicuti praeceptum et consilium. Missa praeceptiva cum integro Officio convenire debet, et respondere Rubricarum praescriptis. Missa autem votiva nec cum Officio, saltem integro, convenit, nec ex Rubricis praescribitur. Ergo Missa cum Officio, saltem

integro, conveniens est praeceptiva, et quae cum eo non convenit votiva est. Cuiusnam naturae est Missa, de qua agitur? Agitur de Missa Simplicis, de qua fit ad summum commemoratio. Ergo non convenit cum Officio integro. Cuius ergo naturae est, praeceptivae, an votivae? Responsio patet: est votiva, et non praeceptiva.

Iam nunc, ut alibi exposuimus (*V. loc. cit.*), nec Missa festiva, nec Dominicalis, nec ferialis praeceptivo opponitur, imo neque votivo: adeo ut Missa, sive festiva sit, sive dominicalis, sive ferialis, esse possit praeceptiva, aut votiva. Equidem, ut alibi diximus, haec quae exposuimus, aliquid novi continent; sed si penitius perpendantur, nullo negotio admittentur. Nulla enim ratio subest, ex qua Missa praeceptiva aut votiva esse nequeat vel de festo, vel de Dominica vel de feria. His positis, patet, Missam S. Agapiti, in casu, esse festivam, Officio integro nihilominus non respondere, et non esse praescriptam ex Rubricis; ergo patet etiam, illam esse votivam. Erit ergo votiva et festiva, quae duo, uti diximus non opponuntur. Votiva, quia non est ex Rubricarum praescripto et non convenit cum integro Officio: festiva, quia est de festo occurrente, de quo facta est commemoratio.

Nunc ad propositum dubium: Utrum Missa de S. Agapito non solum *Gloria*, sed et *Credo*, habere debeat? Cui reponimus: *Gloria* habere debet. Quare? Tantum propter se, agitur enim de festo, haud vero propter Octavam cum qua nullam relationem habet; ergo non *Credo*. At, si ageretur de Missa votiva, alicuius Sancti, occurrente alio semiduplici, infra illius Octavam, haec argumentatio institui posset: Missa de Octava non solum *Gloria* habet, sed et *Credo*; ergo si *Gloria* dici debet propter Octavam, habere debet et *Credo* propter eandem rationem. Placet ne consequens? Non arbitramur: imo nec nobis arridet. Itaque animadvertas, *Gloria* non quidem dici



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



ficationi minime respondens. Sed, expositis admissis, omnia ni fallimur, luce meridiana clarescunt, et difficultates solvuntur.

---

## BREVIORA RESPONSA

---

I. *Pro Castello Saltus Rotundi.* 1. Ex Decreto *Imolen.* 26 Apr. 1834, n. 2715 (4726) necesse non est ut in sacra Hostia appareat imago I. C. cruci affixi. Laude proinde dignum est, si ea sculpatur in Hostia, sed lex non extat. Hinc potest esse insculptus in ea solum SS.mi Nominis consuetum signum, sine imagine, iuxta consuetudinem loci.

2. Indubium est, confectionem et administrationem Sacramentorum in cotta et stola esse peragendam: Canonici autem Roccheti usum habentes etiam idem Rocchetum adhibere possunt, sed cotta semper requiritur. Haec lex: ubi vero contrarius vigeat usus, seu abusus, auctoritas competens invocanda, ut legis observantiam imponat. Probandam autem non credimus difformitatem unius vel alterius, qui stent pro lege, cum reliqui in contrarium agunt, si gravioribus abusibus et scandalis locus fiat. Consultius credimus patienter agere, donec auctoritas observantiam inducat.

3. Si ex abusu, ut supra innuimus, Roccheto Canonici pro cotta utantur, cum super hanc ex Rubrica (quae tamen fere universaliter in desuetudinem abiit) induere illi possint amictum pro Missa, sequitur etiam hunc eos posse induere super Rocchetum: nisi velis dicere, alterum

ab altero inconvenienti dependere. Ex lege tamen soli Prae-  
lati saeculares amictum induunt super Rocchetum, reli-  
qui, etsi Canonici, supra cottam, nisi privilegio gaudeant.

II. *Pro Senogallia.* Posita Rubrica dicente : « Si . . . .  
secundae Vesperae non sint de hoc festo , tunc hymnus  
Vesperarum coniungitur cum hymno Matutini » , et ad-  
misso, quod certum est, octavam diem S. Ioannis Bapti-  
stae utrisque Vesperis carere, palam sequitur , hymnum  
primum Vesperarum eiusdem S. Ioannis Baptistae coniun-  
gendum esse cum hymno Matutini. Non mirandum , in  
Calendario Cleri Romani de hoc silentium fieri, cum nova  
res sit, et probabilius ad id Calendarii ordinator non at-  
tenderit, sed more consueto se gesserit.

III. *Pro Neapoli.* 1. Nulla lex vetat , albam posse  
habere a latere dextero, imo et laevo, aperturam, vix visi-  
bilem, ut ratione necessitatis, Sacerdos, quin illam elevet,  
educere possit e pera sudariolum vel linteolum. Eiusmodi  
usum vigentem experti sumus etiam in Galliis , et non  
diffitemur multum afferre commodi, et non dedecere.

2. Cingulum pro Missa, quod coloratum permittitur,  
esse potest cuiuscumque coloris ; decet tamen ut non nisi  
ex aliquo sit de quinque coloribus inductis et probatis.

3. Consuetudo , ex qua Celebrans e sacrario exiens  
dicat adstantibus : *Benedicite* , eique reponatur : *Orate* ;  
et tandem concludat per *Procedamus in pace*, potius nobis  
improbanda, quam probanda videtur. Certe consuetudo  
laudabilis est , sed silentium in sacrario , et Rubricarum  
observantia, quid laudabilius pro nobis est, magisque aesti-  
mandum, quam quod privata devotio adinvenire potest.

4. Cappella principalis optime in casu illa censetur ,  
quae Ecclesia nominatur, cum pro internis tantum inser-  
viat , et vix aperiatur exteris. Cappellas autem internas  
credimus uti privatas haberi posse omnes, ut cuique liceat



ex Celebrantibus Missam in his facere proprio Officio conformem.

5. Posito, quod iure consuetudinis Patroni loci in suffragiis commemoratio fiat, haec ponatur loco suo iuxta dignitatem: in casu, cum de Martyre agatur, ante S. Titularem, qui ex Confessoribus est.

IV. *Pro Austria.* 1. Aspersionum Praelato accedenti cum cappa ad Ecclesiam tradere debet, ex generali norma, dignior eiusmet Ecclesiae. Praelatus autem solus ius habet aspergendi deinde fidelem populum, non dignior Ecclesiae. Fidelium aspersionum, praesente Sacramento Exposito, nihil obstat quominus fiat: lex prohibens non extat in casu. Praelato vero Roccheto et Mozzeta tantum induto, aspersionum in casu porrigere potest ad summum caeremoniarum cum cotta, quem deinde idem Praelatus aspergit.

2. Si in Missa solemni facienda sit communio cleri, vel etiam populi, ritus fert ut *Confiteor* non legatur, sed cantetur. Conf. quae exposita sunt in num. 7 vertentis anni 1899, pag. 453 et seq. Dub. V.

3. Deosculatio vel quasi-deosculatio ampullarum, quae non traduntur Celebranti in Missa solemni, nec Rubricis cohaeret, nec rationi liturgicae: adeo ut censeamus merito, a tali deoscultatione abstinendum.

4. Decretum Generale, aliaque si quae sint, super usum throni pro Pontificalibus Episcopi extranei, ita sunt intelligenda, ut solus Episcopus Ordinarius ius habeat thronum suum cedendi alteri Episcopo. Purpurati Patres ius extra Urbem semper habent, in solemnibus Pontificalibus, ad thronum. In casu, Praelatus Ecclesiae nulli tenetur thronum suum cedere Episcopo, Ordinario excepto; ergo, si velit, iure suo utatur, et non cedat. Genuflexiones Episcopo extraneo debitas non credimus, quando faldistorio utitur, sed si utatur throno, illi debentur, sicut Ordinario: admittenda proinde videtur praxis. Ita praxis de throno alio,



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

# SUPER ORATORIIS

## IUS LITURGICUM.

Plura super Oratoriis quaesita ex Hollandia nobis proposita sunt: ut necessarium iudicaverimus ea omnia ab aliis separatim sedulo perpendere, sicque illis facere satis. Eoque maxime, quia aliquid novi ius praesens liturgicum, vel clarius renovati, super iisdem Oratoriis determinat, quod facile lectoribus nostris incognitum adhuc est. Quin itaque propositis dubiis, uti sunt ab adm. Rev. Consulente exposita reponamus, omnia ac singula in iis, quae sumus dicturi, complectemur, sicque et adm. Rev. Consulenti et aliis lectoribus iuvabimus.

1. Exploratum impraesenti est, quae Oratoria sint privata, quae publica, et quae semipublica. Prima nempe sunt, quae et domestica dicuntur: altera, quae « auctoritate Ordinarii ad publicum Dei cultum perpetuo dedicata, benedicta vel etiam solemniter consecrata ianuam habent in via, vel liberum a publica via fidelibus universim paudent ingressum (*Decr. Gen. d. d. 23 Ian. 1899, n. 4007*)». Ultima vero, seu semipublica ea sunt « quae etsi in loco, quodammodo privato, vel non absolute publico Auctoritate (*etiam*) Ordinarii erecta sunt; commodo tamen non fidelium omnium, nec privatae tantum personae aut familiae (*haec namque privata sunt, uti domestica*), sed alicuius (Communitatis, vel personarum coetus inserviunt (*Decr. cit.*) ». Quae autem sint eiusmodi, citatum Decretum explicite nominat et recenset, ut super hoc silere possimus, cum praefatum Decretum iam innotescat, quippe

quod vulgatum (*Vid. Ephemer. Liturg. cert. an. 1899, n. 4, pag. prima*).

2. Notum nunc Venerabilibus lectoribus faciamus oportet, quod ceterum iam ex parte noverint, plura Decreta super Oratoriis e nova Collectione expuncta fuisse, et specialiter duo, quae aliqua obscuritate laborabant, uti Decretum in una *Marsorum*, d. d. 12 Nov. 1831 ad 34, et aliud in *Mechlinien*. 7 Dec. 1844, ad II. Quibus duobus addendum et Decretum in *Marianopolitana*, relative recentius, d. d. 18 Jul. 1885, ad V, VI, VII, VIII, IX, X, XI, super eadem materia. Expunctis autem Decretis aliud generale suffectum est, quod, ni fallimur, superiori relato super Oratoriis privatis, publicis ac semipublicis in mente habito, vix aliquid difficultatis relinquere potest. Cuius nodus spectabat praecipue Titularium festorum celebrationem in Oratoriis licitam vel illicitam. Nunc autem, definitum cum sit, Oratoria publica esse ab Episcopis saltem solemniter benedicenda, quod praesens negotium pertinet, inter Ecclesiam et Oratorium publicum, distinguendum non erit amplius. Et sane, quare solemniori cultu liturgico Ecclesiarum Titulares sunt recolendi, nisi quia vel consecratae vel solemniter benedictae? Atqui idem statutum est etiam circa Oratoria publica, ergo et horum Titularium festa eodem erunt solemniori cultu recolenda. Hoc autem quod nuper Academia Liturgica Romana agendum censuit (*13 Febr. 1895*), ex ipso Rituali constat, quod Ritum inscriptum habet benedicendi *notam Ecclesiam seu Oratorium publicum*. Idipsum autem decernit S. R. C. in adhuc evulgando Decreto Generali sub die 5 Jun. 1899, quod in tertio Decretorum Volumine palam fiet. En autem textualis dispositio: « In quibusvis Ecclesiis publicisque Oratoriis, vel consecratis vel saltem solemniter benedictis, relativum Titularis festum quotannis esse recolendum sub ritu duplici primae classis cum octava (*num. I*).

3. Quod si quae pro Oratoriis publicis sint habenda scire cupias, idem Decretum te apprime docebit, declarans: « . . . . pro Ecclesiis et Oratoriis publicis, ad effectum celebrandi Titularium festa, illas sacras aedes esse intelligendas, quae pro Missis celebrandis sacrisque aliis etiam solemnioribus functionibus peragendis ab Ordinariis locorum destinatae, vel consecrantur vel solemniter benedicuntur, ut publico fidelium usui libere plus minusve deserviant (*num. III*) ». Nec arbitrandum obstare, si non clericus, sed aliquis tantum Rector alicui ex dictis Oratoriis sit addictus. Id enim etiam in pluribus Ecclesiis parochialibus comprobatur, quarum nihilominus festum Titularis esse ex lege celebrandum nemo dubitat. Quare ergo celebrari non debet festum Titularis Oratorii publici, etsi unus tantum Rector illi sit addictus? Hinc praefatum Decretum decernit etiam: « Relativi Titularis festum a toto Clero, si extiterit, vel a Sacerdote Rectore Ecclesiae aut publico Oratorio addicto per integrum officium celebrabitur: secus, in defectu cuiusvis cleri, per solas Missas, iuxta Rubricas (1) (*num. IV.*) ». Vix autem innuen-

---

(1) Adnotare heic necesse est, antiquum ius esse mutatum per haec verba praesentis Decreti, quod antiquis opponitur. Haec Decreta e nova Collectione expuncta exhibebant doctrinam, quam refert cl. De Herdt in sua *Praxis Liturgiae*, pars 4, n. 219, 3.<sup>o</sup>, videlicet, unam tantum Missam et quidem cum cantu haberi posse in festo Titularis Ecclesiae vel Oratorii publici, cui nullus Clerus est adscriptus, sub ritu tamen I cl. cum *Gloria* et *Credo* et cum commemorationibus occurrentibus, quae in festis I cl. admittuntur. Decreta, quibus praefatus auctor innitebatur, erant: 1692-1839: 4357-4507 ad 8: et 5713 ad 1, quae tamen impraesenti non sunt amplius. Itaque verba novi Decreti « per solas Missas », significant, non unam tantum, sed omnes Missas, etiam praeter cantatam, lectas fieri posse in Festo



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



Domibusque Regularium, relativum Titularis festum non celebrabitur, nisi in casu, quo aliqua ex iis consecrata, vel benedicta solemniter fuerint (*num. V*) ». Uti patet, praefata Oratoria sunt illa, quae in Decreto super Oratoriis semipublicis, semipublica appellantur. Ergo relatis alia quoque, uti patet, addenda sunt Oratoria locorum, quae in praefato Decreto enumerantur, hoc est quae pertinent ad Collegia Ecclesiastica, ad pia Instituta et Societates votorum simplicium, aliasque Communitates sub regula sive statutis saltem ab Ordinario approbatis, ad Convictus et Hospitia iuventuti litteris aut artibus addiscendis destinata, ad Orphanotrophia, nec non ad arces et carceres, aliaque similia Oratoria, in quibus ex Instituto aliquis Christianifidelium coetus convenire solet ad audiendam Missam, denique ad Cappellas in coemeterio rite erectas, vel erigendas quoque, dummodo iuris publici plusminusve sint, uti in pluribus locis comprobatur. Ergo, posita horum Oratoriorum consecratione vel benedictione solemniter, festum quoque Titulare iure celebrari potest et debet, si aliquis saltem clericus sit alicui ex iis Oratoriis addictus. Posito enim, quod Oratorium, de quo est quaestio, licet semipublicum, est consecratum vel benedictum solemniter ut in Rituali Romano, manifesto sequitur, illud quoad celebrationem Titularis publico aequiparari.

5. His suppositis, si in aliquo Seminario, vel ecclesiastico Collegio, vel etiam Nosocomio habeatur Oratorium consecratum, vel solemniter benedictum, in eoque adsit saltem Rector canonice institutus, vel Praeses, Professores, alumni in sacris constituti etc., nullimode dubitandum, praefatos ad Festum Titularis dicti Oratorii esse obligatos, ipsi enim clerum illius constituunt.

At obiicies: cl. De Herdt opponitur, scribens . . . .  
*Ut officium Titularis et Dedicacionis Ecclesiae recitari possit . . . . requiritur . . . . ut sit vera Ecclesia et*

*non Cappella* : ita in parte 4, n. 219 (*Prax. Liturg.*). Verum de asserto suo probationem sumit ex Decretis, quae in nova Collectione non sunt amplius. Ceterum idem auctor, si probe exponatur, nec nostrae sententiae, nec novissimo Decreto Generali relato opponitur. Quare? Quia supponit Cappellam, de qua loquitur, uti Oratoria, quae existunt in Seminariis, Hospitalibus, Domibus Regularium etc. non esse consecratam, et etiam, ut merito censi potest, neque solemniter benedictam. Postquam enim locutus est de dictis Oratoriis, addit: « Vrae Ecclesiae. . . . non sunt Cappellae seu Oratoria publica, quae in Nosocomiis, similibusque locis existunt. . . ., neque Cappellae Seminariorum, nisi sint consecratae . . . » Atqui nos agimus de Oratoriis, seu Cappellis, quae consecratae sunt; ergo praefatus auctor, neque ipse nostro sentiendi modo adversatur: quamvis, etsi contrarius esset, nihil officeret, quia sumus in novo iure constituto, quod ille compertum habere non poterat. Idem sentias de cl. Bouvry, aliisque pluribus, qui amplius attendendi non sunt (1).

---

(1) De festo Anniversarii Dedicacionis cuiuscumque Ecclesiae vel Oratorii, sive publici, sive semipublici, consecrati celebrando, nulla moveri potest rationabilis quaestio. Sicut enim celebratio festi Titularis sequitur vel consecrationem vel solemnem benedictionem Oratorii; ita celebratio Anniversarii Dedicacionis sequitur illius consecrationem. Quemadmodum ergo, posita saltem benedictione solemniori Oratorii, Titulus illius ius habet ut cultu liturgico quotannis recolatur; ita, posita Oratorii consecratione, ipsum Oratorium ius habet ut cultu pariter liturgico quotannis recolatur, sicque honore habeatur, per celebrationem anniversariam consecrationis eius. Quod ceterum abunde constat ex Decreto in *Marianopolitana*, d. d. 29 Nov. 1878, n. 3471 (5754): quod agens de Oratorio semipublico, apertissime docet: « Dummodo Oratorium fuerit reapse consecratum et non



6. Hinc patet, solemnes functiones in Oratoriis publicis non esse vetitas ; si enim integrum in iis , dummodo consecrata vel benedicta sint solemniter , officium praescribitur, a fortiori reliquae solemnes functiones in iisdem permissae dicendae sunt. Namque functio. pro recolendo Titulari maximam constituit solemnitatem : ut si illa est praescripta, ab re vetitae reliquae dicerentur, utpote minus solemnes, saltem liturgice perpensae : ubi autem plus conceditur, minus non denegatum iure praesumitur , saltem in eodem genere. Quod si hoc verum est de Oratoriis publicis, idem quoque de semipublicis praedicandum, dubitari non debet, quando tamen conditio in iis comprobetur de consecratione, aut saltem de benedictione solemnem, par enim est ratio. Facile inde inferes, in dictis Oratoriis, sive publicis, sive semipublicis, optime posse decantari Missas: quae indubie, generaliter loquendo, minus solemnes functiones sunt, quam illae quae constituuntur ex integro Titularis officio. Idem dicendum de aliis functionibus, quae consistunt in benedictione Candelarum, Cinerum, Palmarum atque Mulieris post partum, ex eadem semper ratione; dicta enim Oratoria ob consecrationem vel solemnem benedictionem aequiparantur veris Ecclesiis. Ad rem liceat evulgandum adhuc referre Decretum ; quod est in *Romana*, d. d. 21 Nov. 1893: « I. Sacra Rituum Congregatio statuit et declarat : Benedictiones Candelarum, Cinerum atque Palmarum esse ex obligatione faciendas in omnibus Ecclesiis collegialibus; in aliis autem posse fieri. II. Sacra eadem Congregatio decernit : Benedictionem mulieris post partum fieri debere a Parocho, si expetitus ipse fuerit : posse autem fieri a quocumque Sacerdote, si expetitus

---

simpliciter benedictum, celebrandum esse officium, tam Sancti Titularis, quam Dedicacionis ».



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

*et Orbis*, sub die 12 Ian. 1704, ad 5 : consequenter si in semipublicis Oratoriis fiant, nullius iura laeduntur. c) Apud S. R. Cong.nem quaesitum fuit : « An Confraternitates erectae in Oratoriis, tum publicis tum privatis (*pro quibus ultimis semipublica intelligenda iure credimus, cum Confraternitates in Oratoriis strictiori sensu privatis seu domesticis se coadunare difficillime concipiatur*), seiunctis ab Ecclesiis parochialibus, quoad dictas functiones ecclesiasticas, habeant . . . . dependentiam a Parocho ? » Et responsum est : « Negative (*Decr. cit. n. 4.*) » Inter eas autem functiones, solemniores quoque comprehendi, uti Benedictiones Candelarum, Cinerum atque Palmarum, consequenter et solemnem Missam, abunde constat ex Dubio 5 sequenti, quod de iisdem explicita verba facit. Ergo dictas functiones fieri posse supponitur in semipublicis Oratoriis. d) Praxis Romana, quam Seminaria, et Collegia etiam laicalia, quamplura pacifice, auctoritate approbante, servant, idem demonstrant. Collegium Urbanum Pontificium de Propaganda Fide, Almu Collegium Capranicense, Scholae Apostolicae ad Clericos et Presbyteros bonis moribus et scientiis imbuendis institutae (1), Collegium laicum Pontificium a Ghislerio dictum, etc. etc., haec inquam, aliaque similia Instituta, Oratorio gaudent interno, generaliter pro relativa Communitate inserviens, ex quibus plura scimus nec consecrata nec solemniter benedicta, cum nihilominus in iis quandoque Missa solemnis fiat, aliaeque peragantur solemniores functiones.

8. Excepimus nihilominus a dictis functionibus coe-

---

(1) Altera a tribus circiter lustris pro Clericis, altera pro Presbyteris erecta studio et industria cl. viri Philippi Valentini, Presbyteri Cong.nis Missionis : quarum semipublica Oratoria E. mus Urbis Vicarius simplici benedictione donavit.

meteriorum Cappellas, in quibus, diximus, eae haberi non solent, quia fere semper pro Missis privatis de requie tantum sunt constitutae. Id generaliter proinde dictum intelligas pro solemnibus nonnullis functionibus, pro benedictionibus etc. eoque magis, quia has functiones in dictis Cappellis seu Oratoriis celebrare nemini in mentem subit. Verum, praeter Missas de requie, aut etiam de die, lectas, inquiri merito potest, utrum et Missae defunctorum solemnes, aut cum cantu saltem, in iisdem haberi queant, nec ipsa absolute exclusae. Cui petitioni, sine haesitatione, affirmative reponimus, dummodo loci angustia eas ex natura sua non prohibeat. Nemo sane nescit, plures existere in coemeteriis Cappellas, uti Romae, Neapoli, Caietae, et alibi, quas oculis quoque nostris vidimus, quae ad instar fere sunt Ecclesiarum iisque pluribus etiam grandiores. Quis autem auderet asserere, in aliis posse, haud vero in istis, Missas solemnes agi? Qua enim de causa in aliis Oratoriis semipublicis dictae Missae licerent, in Oratoriis autem coemeteriorum, ad semipublica indubie pertinentibus, forent prohibitae? Arrogas, fideles in his Oratoriis, quibusdam peculiariter diebus, frequentiores esse, quam in ipsis Ecclesiis. Nec praetereundum, alicubi iam invaluisse consuetudinem, ut in die obitus, aliisque diebus privilegiatis, maxime in Anniversariis, Missa in huiusmodi Oratoriis pro defuncto decantetur: quam consuetudinem per se indubie laudabilem nemo improbavit unquam. Sed et Missa de die, solemnis vel cantata, praecipue diebus impeditis pro funebri dicenda, qua de causa prohiberetur? Cum itaque lex de harum prohibitione Missarum sileat, Oratoria coemeteriorum declarata sint semipublica, fideles ad Missas audiendas frequentiores ad illa accedant, defuncti uberius suffragium accipiant, divinus cultus non minuatur, sed augeatur potius; profecto nulla extat ratio, ex qua prohibitae sint dicendae, fierique magna cum populi aedificatione non possint. Ceterum, etsi

allata momenta minus probarent, hoc saltem certum est. Episcopis Ordinariis inesse auctoritatem, iuxta Decretum super Oratoriis semipublicis, etiam in Oratoriis coemeteriorum permittendi ut sacrosanctum Missae sacrificium celebrari possit. At Missae sacrificium private fieri potest et solemniter; sicut ergo potest in Oratoriis coemeteriorum, ut in aliis eiusdem generis, Missa ex auctoritate Ordinarii lecta fieri, ita, non distinguente lege, fieri et solemniter potest.

---

## Super Ritibus ac Caeremoniis Defectus.

---

1. Quamdam ingressi Ecclesiam, simplicem Presbyterum vidimus Absolutionem celebrantem super tumulum in media Ecclesia. Dum autem cantores modulabantur cantum *Libera*, officium agens sedit ad scamnum cum Diacono, rediitque locum suum ad *Pater noster*. — At profecto probari non potest eiusmodi sessio, si Rituale consideres in suis Rubricis. Ait enim: « Sacerdos cum Diacono.... **sistit** se contra Crucem (*Tit. VI, cap. 3, n. 7*) ». De Subdiacono autem dicit: « **se sistit** ad caput defuncti cum Cruce (*Loc. cit.*) ». Idem alibi agendum praedicat, in Absolutione, absente corpore. Postea docet de *Libera* canendo; sed de sessione altum silentium servat: quae proinde locum habere nequit. Consule insuper omnes auctores, et unum non reperies eiusmodi sessionem in casu permittentem. Consule et praxim Ecclesiarum omnium, in quibus, inquam observentur Rubricae, et seu Presbyterum facientem officium, seu sacros ministros videre erit in casu, non sedentes, sed stantes. Ergo sessio in casu probari nequit, quippe qui Rubricis aperte repugnat.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



Si de tempore ageretur transacto, non possemus, quin peritiam in re liturgica, prudentiam et Celebrantis etiam attentionem laudaremus; quinimo etiam impraesenti eiusdem prudentiam diligentiamque commendamus. At cogimur animadvertere, ius esse mutatum, et quidem in Celebrantium commodum. Adeo ut amplius non oporteat se occupare de mutatione secundae Orationis Vigiliae, quia eadem esset cum prima de S. Agapito. Namque pro hoc Pontifice mutata est Missa, quae iuxta Decretum *Urbis eiusque Districtus*, d. d. 24 Iulii 1896, non est nunc *Statuit*, sed *Sacerdotes*. Consequenter, Oratio prima non est amplius *Da, quaesumus*, sed *Exaudi*. Ergo haec Missa nunc dicenda est, alia neglecta, et secunda Oratio de Vigilia S. Matthaei dicenda prouti iacet, cum ratio mutationis finem habuerit. Hoc autem eo magis notum lectoribus facimus, quia Editiones aliquae Missalis, certe antiquiores, sed quaedam etiam posteriores Decreto, assignant adhuc antiquam Missam *Statuit*: quod Celebrantibus fas est emendare, et Calendariorum ordinatoribus maxime suo loco notare, ut omnia secundum ordinem fiant. Iuvet quoque animadvertere, ob causam mutatae Missae, mutatas quoque fuisse in officio Lectiones III Nocturni, quae de II loco sunt, sicut Missa, nempe de Homilia super Evangelio *Vigilate*, ut de eadem taceamus Oratione, quae eadem esse debet ac in Missa, nempe *Exaudi*.

4. In Ecclesia B. vidimus Sacerdotem exponentem, pro Benedictione solemni, SS. mum Sacramentum in Ostensorio super throno, superpelliceo et stola indutum. Deinde more solito exposito Sacramento thus adolevit; et recitatis quibusdam precibus, ipsemet praecinuit *Tantum ergo*, cantavitque relativam Orationem. Denique, deposito Ostensorio, uti erat indutus, seu in cotta et stola, solo velo super iis adhibito, solemnem, impertitus est populo Benedictionem: quod est illicitum. Benedictio cum pyxide datur cum su-

perpelliceo et stola, veloque humerali ; sed Benedictio cum Ostensorio danda est cum cotta, stola, et pluviali, super quo velum. Audias ad rem Decretum in una *Ord. Min. Capuccinor. S. Francisci* d. d. 7 Dec. 1888 ad XII : « In processionibus et Benedictione cum SS. Sacramento in Ostensorio impertienda, **omnino requiritur** ut Celebrans pluviale et velum humerale induat, sicuti cautum est in una *Taurinen. 22 Iunii 1874* ». Ratio autem satis gravis patet, quia Benedictio sollemnis etiam in indumentis solemnitatem requirit.

5. Alium audivimus Sacerdotem dicentem Missam lectam votivam de Beata Maria (extra Sabbatum) et dicentem *Gloria*, sicut et alium legentem votivam de SS. Sacramento in feria V, officioque votivo respondentem, sine *Gloria*. Errores hi sunt, ad quos vitandos probe notandum est, Missas in genere votivas lectas *Gloria* nunquam admittere, si Missam Angelorum excipias et aliam de Beata M. in Sabbato, peculiari satisque nota de causa. At Missae votivae, quae votivis officiis a Leone Pp. XIII concessis respondent, *Gloria* semper ferunt, et dirigendae sunt iuxta speciales Rubricas, ante easdem Missas in Missali positas. Consilio proinde iuvamus, ut Sacerdotes, qui Missas votivas, seu illas seu istas, pro devotione dicere optant, prouti Rubricae potestatem faciunt, Rubricas relativas velint legere, seu circa *Gloria* dicendum vel omittendum, seu circa Orationes, ut propriae simul devotioni satisficiant, et Ecclesiae legibus, sicque Deo serviant, ut Ipse exigit.



# SOLUTIO QUAESTIONIS

pro mense Novembri 1899 propositae.

## PROPOSITIO.

Missa de Requie cum cantu, bis vel ter infra hebdomadam indulta extra Octavas privilegiatas, dici ne potest infra Octavam Nativitatis Domini?

## SOLUTIO.

Ante omnia, innegabile dicendum est, Missam de Requie, etiam cantatam, prohiberi *in se* infra Octavam Nativitatis Domini. Sufficiat in testimonium adducere decretum *Urbis et Orbis*, initio Missalis semper appositum, in quo, non obstantibus pluribus ex eo remotis per Apostolicam Auctoritatem, mediante Commissione Liturgica, legitur adhuc textualiter hodie: « Item prohibitum est easdem Missas (votivas vel pro defunctis) celebrare infra Octavam Nativitatis Domini », et addendo: « In Missis vero solemnibus pro re gravi infra eandem Octavam celebrandis, dicenda est Praefatio iuxta rubricam generalem Tit. XII, n. 4 », sicut et voce praefixa « *Item* », declarante non aliter esse faciendum quam infra Octavam Corporis Christi immediate praecedentis (1), omne tollitur dubium, quia in anteriori decreto expresse vetatur Missa de Requie *sive privata, sive solennis* infra Octavam Corporis Christi, excepta tantum Missa de Requie, praesente cadavere, aliave gravi de causa approbanda, non aliter etc. (2), et extra igitur controversiam est ista prima assertio.

Sed quo titulo prohibentur Missae de Requie infra Octa-

---

(1) S. R. C. 18 Sept. 1714, n. 2228 (3873).

(2) S. R. C. 28 Sept. 1675, n. 1549 (2753).



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

usque ad annum 1882: « Si festum S. Thomae venerit in Dominica, transfertur in II feriam... », sicut post 1882 usque ad 1896 ferebat: « si Festum S. Thomae impediatur a Dominica, celebratur eo anno feria II insequenti tanquam in sede propria... ». Unde palam fit Octavam Nativitatis Domini fuisse semper habitam pro Octava communi, quae nullum respuit festum semiduplex, sive occurrens, sive translatum, usque ad novissima tempora. Si nunc res aliter se habeat, hoc non est quia magis hodie reputaretur privilegiata, sed nude et mere quia S. Thomas fruitur ritu duplici, et itaque Communis restat Octava.

Confer insuper praelaudatam Octavam cum illis, quae ex omnium confesso vere privilegiatae sunt, et statim illam videbis toto coelo differre. Octava Epiphaniae non admittit nisi duplicia I cl. (imo excepta die octava); Paschatis et Pentecostes Octava reiicit omne quodcumque festum; Octava denique Corporis Christi non patitur semiduplicia occurrentia, et nisi II et I cl. translata accipit. En verum privilegium, ubi vidimus hisce Octavis aliquid speciale concedi contra vel praeter ius commune, dum Octava Nativitatis semper celebrata est et nunc celebratur iuxta generalem occurrentiarum regulam, nisi excipias eius commemorationem, quae nunquam omittitur.

Dices fortasse tamen hanc commemorationem semper faciendam, ipso facto reddere eam privilegiatam. Minime gentium. Numquam omittitur commemoratio feriarum Adventus et Quadragesimae, et non itaque vocantur omnes privilegiatae. Haec appellatio reservatur feriis IV Cinerum et totius hebdomadae maioris, quae, non obstante eorum ritu simplici, excludunt omne festum celebrandum. Hoc pariter notavimus de Vigilia Epiphaniae, (1) quae semper commemoratur etiam in festo I cl. occurrente, et tamen non designatur inter privilegiatas Vigilias, quas enumerat decretum 28 Sept. 1675 (2), et conclusimus vere dici debere tantum Vigiliam maiorem.

Quae quum ita sint, indubium fit Missas de Requie infra

---

(1) Ephem. hui. anni, pag. 826, etc.

(2) N. 1549 (2753).

Octavam Nativitatis Domini non prohiberi ob aliquod privilegium huic Octavae inhaerens, sed solummodo propter peculiarem inhibitionem, quam imprimis retulimus.

Consequentia exinde facilis est et patens. Quod ex iure positivo illicitum est, potest ex indulto fieri, et quidem fit licitum, si limites concessionis non transgrederis. Porro in hypothesis, quaeritur an Missa de Requie cum cantu, bis vel ter infra hebdomadam indulta *extra Octavas privilegiatas*, dici potest vi huius indulti infra Octavam Nativitatis Domini. Undenam venire posset haesitatio? Clarum est indultarium huiuscemodi posse bis vel ter celebrare Missam pro defunctis cum cantu infra praefatam Octavam (si nihil aliud obstat, ut v. gr. foret applicatio Missae pro populo debita), quia tunc Octava Nativitatis non comprehenditur in diebus reservatis et ab indulto exclusis. *Maior* sane vocari potest, ut omnis feria Quadragesimae, sed non propterea est *privilegiata*: quod est proprium aliquarum feriarum, sicut et aliquarum Octavarum.

En aliunde decretum, quod rem dirimit auctoritative. Supponitur dioecesis, ubi in singulis ecclesiis parochialibus ter in qualibet hebdomada locum habere valent Missae de Requie cum cantu, exclusis semper duplicibus primae et secundae classis, festis de praecepto servandis, *et Feriis, Vigiliis et Octavis privilegiatis*. Quum autem ex Rubrica, diebus secunda, tertia, quarta, et quinta Ianuarii, Missae de Requie celebrari nequeant, supplicatum est: an virtute supradicti Indulti, supraenuntiatis diebus decantare ibi liceat Missas de Requie, ac praesertim Missas de diebus III, VII, XXX et anniversario? Quaenam fuit Congregationis responsio? *Affirmative* (1). Atqui Octava maior Nativitatis Christi non est privilegiata. Dato igitur quod indultum non excludit *nisi Ferias, Vigilias et Octavas privilegiatas*, oportet ex omni necessitate Missas de Requie non in casu prohiberi cantatas, licet aliter, sine indulto, non permitte-

---

(1) S. R. C. 9 Maii 1857, n. 3049, dub. 2 (5341).

rentur, quia gaudium Nativitatis allatum mundo minus quadrat cum tristitia Missarum pro defunctis.

A. FOURNERET

ex Acad. Liturg. Romana,  
Parochus loci vulgo dicti Lannes  
(dioecesis Lingonensis).

### ADNOTATIO.

Praeter exhibitam, alius cl. Athenaei nostri liturgici Academicus N. Bossi suam ad nos solutionem misit, in qua erudite plurimorum, ac melioris notae sententias refert auctorum, qui inter se non conveniunt. Alii enim Octavam Nativitatis Domini inter privilegiatas, alii inter non privilegiatas recensent, quamvis alias magis, alias minus privilegiatas dicant, uti eae revera dicendae sunt. At omnes facile concordare fatendum est, si dicamus praedictam Octavam lato esse quidem haud vero severiori sensu privilegiatam: quatenus videlicet, uti in evulgata solutione ostensum est, privilegium aliquod admittit, non omnia tamen, quibus Octavae aliae fruuntur, severiori sensu privilegiatae. Adeo ut, si Missae de requie in illa sint vetitae, exequiali excepta, id oriatur ex speciali vetito. haud ex natura eiusmodi Octavae, quatenus nempe, ut belle primus Academicus concludit, *gaudium Nativitatis allatum mundo minus quadrat cum tristitia Missarum pro defunctis*. Ergo, si indultum Missam cantatam de requie permittat infra hebdomadam, exclusis Octavis privilegiatis, inter has non comprehenditur Octava Nativitatis.

## APPENDIX

### E S. R. ET UNIVERSALI INQUISITIONE.

Super Decreto S. R. et U. Inquisitionis, quod in num. 9 vertentis anni 1899, pag. 599, retulimus, sequens I.<sup>ma</sup> prodiit provocata responsio eiusdem Sacri Tribunalis:



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



*Affirmative, facto verbo cum SS.mo (1).*

Sequenti vero feria V, die 7 eiusdem mensis et anni in solita audientia a SS.mo D. N. Leone Div. Prov. Pp. XIII R. P. D. Adessori impertita, SS.mus D. N. resolutionem E.morum Patrum ratam habuit et confirmavit.

I. Can. MANCINI S. R. et U. Inquisit. Notarius.

### III.

*Bcatissime Pater,*

Episcopus N. N., ad pedes S. V. provolutus, exponit sequens dubium circa validitatem ordinationis presbyterorum ab Episcopo huius Dioeceseos, uno ex decessoribus suis, pluribus abhinc annis celebratae.

Videlicet Episcopus ordinans, postquam ambas manus singulis ordinandis imposuerat, ex involuntaria distractione, iam non extendit dexteram supra ordinandos universos (vel ad summum per momentum aliquatenus extendit, prout se vidisse unus ex ordinatis affirmavit, sed nunc certo non recordatur), at mox dextera sua ordinavit librum Pontificalem, et dum exhortationem *Oremus fratres* etc. recitabat, eundem librum ambabus manibus tenuit: ita ut, quamvis brachia et manus haberet materialiter extensa, minime tamen haberet speciem viri super illos dexteram extendentis. Defectum illum animadvertere plures, nemo tamen de illo Episcopum monuit. Peracta autem ordinatione, utrum haec certo valeret, dubium a nonnullis fuit motum. Quapropter Episcopus orator humillime S. V. supplicat ut quid ipsi in casu sit praestandum indicare dignetur.

*Feria IV, die 19 Iulii 1890.*

In Congregatione Generali habita ab E.mis ac R.mis DD. Cardinalibus Generalibus inquisitoribus, proposito supra-scripto dubio, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, iidem E.mi PP. respondendum censuerunt:

*Quum non constet de extensione manuum saltem per momentum, sacram ordinationem privatim repetendam esse sub conditione, etiam extra tempora; et consulendum SS.mo ut actus forsitan invalide positos et praesertim Missarum defectum ex Ecclesiae Thesaurio sanare et supplere dignetur, contrariis non obstantibus quibuscumque.*

---

(1) Est butyrum artefactum, ex bovillo adipe et oleo compositum, quod puriore lactis parte obtinetur.

Insequenti vero feria VI, die 21 eiusdem mensis et anni, in solita audientia R. P. D. Adessori S. O. impertita, facta de omnibus SS.mo D. N. Leoni Div. Prov. PP. XIII relatione, idem SS.mus D.nus responsionem E.morum Patrum in omnibus adprobavit, ac sanationem benigne concessit.

I. Can. MANCINI S. R. *ut Inquisit. Notarius.*

IV.

*Beatissime Pater,*

N. N. medicinae doctor, ad pedes S. V. provolutus, ad conscientiae suae tranquillitatem humiliter interrogat, utrum interesse possit disputationibus, quae a Societate Scientiarum Medicarum in urbe N. de suggestionibus hypnoticis in curationibus plerorum aegrotorum instituuntur. Agitur non tantum de curis factis, sed etiam de faciendis. Orator igitur, ne in periculum erroris incidat, docilis S. Sedis oraculum expectat.

*Feria IV, die 26 Iulii 1899.*

In Congregatione Generali habita ab E.mis ac RR. DD. Cardinalibus Generalibus Inquisitoribus, propositis suprascriptis precibus. praehabitoque RR.morum DD. Consultorum voto, iidem EE. RR. Patres respondendum mandarunt:

*Quoad experimenta iam facta, permitti posse, modo absit periculum superstitionis et scandali; et insuper Orator paratus sit stare mandatis S. Sedis et partes theologi non agat.— Quoad nova experimenta, si agatur de factis quae certo naturae vires praetergrediantur. non licere; sin vero de hoc dubitetur, praemissa protestatione nullam partem habere velle in factis praeternaturalibus, modo absit periculum scandali.*

V.

*Beatissime Pater,*

Die 27 Aprilis 1892 R.mus Archiepiscopus Ultraiectensis sequens dubium S. C. S. Officii solvendum proposuit:

« Quandoquidem a 1 die mensis Maii 1892 omnia horo-  
 « logia viarum ferrearum per totam Neerlandiam in indican-  
 « dis horis regulam sument tempus medium loci Greenwich in  
 « Anglia, quod tempus tertiam fere horae partem retro distat  
 « a medio tempore in Neerlandia, diciturque *tempus zona-*  
 « *rium*, Gubernium civile praescrispsit ut et ipsa horologia  
 « officiorum publicorum expediendis litteris nuntiisque telegra-  
 « phicis idem tempus medium loci Greenwich indicarent. Quia  
 « *insuper*, sive a magistratu civili, sive per usum, alia quo-  
 « que horologia publica tempori praefato *multis saltem in*  
 « *locis* conformabuntur, quaestio exsurget: Utrum possint cle-



« rici et fideles per totam Neerlandiam in ieiunio naturali,  
 « caeterisque ecclesiasticis obligationibus observandis, obser-  
 « vare tempus medium loci Greenwich, an vero sequi debeant  
 « verum tempus iuxta meridianum proprii loci? »

Huic dubio E.mi ac R.mi Domini Cardinales Inquisitores Generales feria IV, die 9 Maii 1892 respondendum decreverunt: *Affirmative ad primam, negative ad secundam partem.*

Nunc vero aliqui iterum dubitant, contenduntque, clericos et fideles in Neerlandia pro ieiunio naturali aliisque ecclesiasticis praeceptis observandis uti non posse praedicto medio tempore Greenwich, eo quod de facto alia horologia publica non multis in locis praefato tempori se conformarunt. Cum autem pro ieiunio in primis naturali servando res non levis sit momenti, dignetur Sanctitas Sua benigne sequens solvere dubium:

Utrum non obstante quod de facto non multis in locis alia horologia publica se conformarunt tempori medio Greenwich, clericis et fidelibus in Neerlandia in ieiunio naturali caeterisque ecclesiasticis obligationibus servandis licitum sit sequi tempus illud medium Greenwich, quod inde a 1.<sup>a</sup> die mensis Maii 1892 per totam Neerlandiam in omnibus officiis publicis, tam viarum ferrearum, quam litterarum et telegraphatarum expediendorum introductum fuit? Et Deus etc.

*Feria IV, die 9 Augusti 1899.*

In Congregatione Generali S. R. et U. Inquisitionis ab E.mis ac R.mis DD. Cardinalibus Generalibus Inquisitoribus habita relato supradicto dubio, praehabitoque RR. DD. Consultorum voto, E.mi ac R.mi Patres respondendum decreverunt:

*Affirmative.*

Sequenti vero feria VI, die 11 eiusdem mensis et anni, in solita audientia a SS.mo D. N. Leone Div. Prov. Pp. XIII R. P. D. Adessori concessa, SS.mus D. N. resolutionem E.morum Patrum adprobavit.

I. Can. MANCINI *S. R. et U. Inquisit. Not.*

IMPRIMATUR.

P. Fr. Albertus Lepidi O. P.

S. P. A. Magister.

IMPRIMATUR.

Joseph Ceppetelli Archiepiscopus Myren. Vicesgerens.

**Proprietas Literaria.**

**G.B. Agnolucci, gerente responsabile**

Roma, Tip. F.lli Amoroso — Torretta Borghese 22-25.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

**Libreria Cattolica Internazionale**

DESCLÉE, LEFEBVRE & C.<sup>IE</sup>

ROMA - Via S. Chiara, 20-21 - ROMA

---

**DIVI THOMAE AQUINATIS**

ORDINIS PRAEDICATORUM, DOCTORIS ANGELICI

**SUMMA THEOLOGICA**

AD EMENDATIORES EDITIONES

IMPRESSA

**ET NOVITER ACCURATISSIME RECOGNITA**

Editio

**A LEONE XIII P. M.**

GLORIOSE REGNANTE

**Aureo Numismate donata**

Questa nuova edizione della massima opera dell'Angelico Dottore riuscì sotto tutti gli aspetti commendevolissima. siccome giudicarono *La Civiltà Cattolica*, *L'Unità Cattolica*, *La Scienza Italiana*, *La Voce della Verità*, *L'Osservatore Romano* e parecchi altri periodici italiani e stranieri.

**Sei volumi in-8° - Lire 15.**

---

**DIVI THOMAE AQUINATIS**

ORDINIS PRAEDICATORUM, DOCTORIS ANGELICI

**SUMMAE CONTRA GENTILES**

LIBRI QUATUOR

**Un volume in-8° di pagine 730 - Lire 3**

---

**MELCHIORIS CANI**

EP. CARANIENSIS EX O. P.

**OPERA THEOLOGICA**

OMNIA

**Tre volumi in-8° di pagine 1160 - Lire 6**



# EPHEMERIDES

# LITURGICAE

PUBLICATIO MENSILIS

CURA ET STUDIO

PP. Congregationis Missionis

DIRECTIO: Via della Missione, 2 - Roma

PRETIUM ANNUM CONSOCIATIONIS

Pro Italia . . . . . Lib. 10 | Pro Exteris regionibus . . Lib. 11  
Pro unoquoque numero . . . Lib. 1

Tanti refert ut quae Ecclesia de sacra Liturgia decernit probe cognoscantur et observentur, quanti ut sancta sancte tractentur et fidelium pietas sacrorum maiestate augeatur.

(Breve PP. LEONIS XIII,  
10 Maii 1899).

Fili hominis, pone cor tuum et... auribus tuis audi omnia, quae ego loquor ad te de universis caeremoniis domus Domini, et de cunctis legibus eius.

(EZECHIEL, 44. 5.).

## SUMMARIUM

Quaestiones Academiae Liturgicae Romanae, pag. 713.

Super Calendario, Appendix, pag. 723.

Dubiorum Liturgic. Solutio, pag. 727.

Breviora responsa, pag. 738.

Quaestio solvenda pro mense februario 1900, pag. 744.

Index, Capitem et articulorum cuiusque materiae, huius XIII tomi, pag. 745.

Index Alphabeticus, rerum notabilium quae in hoc XIII tomo continentur, pag. 755.

ROMAE

Desclée, Befeuvre & Soc.

S. Ecclesiae Apostol. et S. Altuum Cong. Typographi

Via Santa Chiara, 20-21.



**La penitenza dell'Opera o la soddisfazione per la remissione dei peccati.** Opus parvae molis magnique ponderis, quod satisfactionem in sua natura suisque praeclarissimis effectibus, naturaliter supernaturaliterque, perbelle, ordinate, erudite, philosophice ac theologice undequaque pertractat. Confecit **Leonardus Leonardi** Archipresbyter et Missionarius Apostolicus. Pesaro — Stab. Tipo-Lit. A. Nobili, *Pret.* Libel 2,50.

**Sacra Liturgia.** Tractatus de celebratione Sanctissimi Missae Sacrificii. — *Item* Tractatus de Officio Divino seu de Horis Canonicis. — *Item* Tractatus de Rubricis Missalis Romani. Confecit R. mus Dom. **I. F. Van Der Stappen.** *Episc. Tit. Ioppcn.* et Auxil. E. mi Goossens *Archiep. Mechlin.* Primos duos pro merito alibi laudavimus: Tertium novissimum non possumus quin et pluribus laudibus nunc iure commendemus. Ad usum, uti alii, alumnorum Seminarium Mechliniensis compositus, optime finem suum assequitur: quippe qui numeris omnibus, recentissimis quoque Rubricarum mutationibus cohaerens, absolutus, perspicuitate, facilitate, ordine, securitate doctrinae, ceteris hucusque vulgatis longe praestat. Unumquodque Lib. 4,20.

**Manuale di preghiere per la Visita alle Quattro Basiliche nell'Anno Santo 1900.** *Edizione riveduta, encomiata e benedetta dal S. Padre.* Libreria Cattolica Internazionale. **Desclée, Lefebvre e C.** Roma. Via S. Chiara, 20-21. Quam Pontifex Summus *Leo Papa XIII* encomiis et benedictione auxit, non eget commendationibus nostris. Opellam annuntiasse *satis est.* *Pret.* Lib. 0,50.

**Compendium Theologiae Moralis** Auctore **Augustino Lehmkuhl** Societatis Iesu Sacerdote. Editio quarta ab auctore recognita, cum *approbatione R. mi Archiep. Friburg. et Super. Ordinis.* In uno mediocris molis volumine lector integram Theologiam moralem nervose explicatam inveniet cum omnibus fere quaestionibus practicis, iisque etiam ex Iure Canonico, Liturgia, Theologia pastorali, quas in maiore opere eiusdem auctoris in duos tomos distributo tractatas habet. *Pret.* M. 7. Fr. 8,75, dors. corio religat. M. 8,60: seu Fr. 10,75.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



ptionibus inobservatam ab ipso audiunt. *Quaeritur:*

1. *Quid ius antiquum liturgicum, quid praesens decernat super Orationum numero et qualitate, maxime circa primam, in Missis quotidianis defunctorum, et quibus ius vigens momenti cohonestari possit?*

2. *Quare pro Missis defunctorum in genere amplius non liceat secundam immutare Orationem, et quomodo, si velit, impar servari possit numerus cum aliae ad placitum praescriptis Orationes adduntur?*

3. *Quomodo Remigii conquestibus respondendum in reliquis singulis, quae obiicit, ut in casu?*

---

## SOLUTIO

**Ex dissertatione Rev. Dom. Antonii Rodriguez, habita in Ecclesia Congregationis Missionis, prope Curiam Innocentianam, die 5 Iulii 1899; acta Epitome per R. mum P. Bonaventuram a Collepardo O. M. Capuc.**

I. Quid ius antiquum liturgicum, quid praesens decernat super Orationum numero et qualitate, maxime circa primam, in Missis quotidianis defunctorum, et quibus ius vigens momenti cohonestari possit?

Vix ab exordio, Catholica Ecclesia, tamquam perfecta societas, sapientissimas constituit leges, ut ordinate procederetur circa sacrosanctum Missae Sacrificium, sive pro vivis applicandum, sive pro defunctis. Hinc fit, ut corpori liturgici iuris sit adeun-

dum, ad leges illas dignoscendas, quae ad prioris partis propositi dubii solutionem conducent. Sed quia, temporis decursu, non idem semper mansit ius illud, oportet antiquum a novo discernere, et sic quomodo fas sit se gerere impraesenti prae oculis habebitur. Novum, quod, in subiecta materia, ius considerandum venit, paucis abhinc annis in lucem editum est; nempe per generale Decretum sub titulo ; *Orationum et Sequentiae in Missis Defunctorum*, datum die 30 Iunii 1896. Hoc porro Decretum, iisdem fere verbis, in corpus Rubricarum Generalium Missalis, Titulo V, *De Missis Defunctorum*, sub numeris 2, 3, 4 et 5, inserendum esse Sacra Rituum Congregatio, sub die 7 Decembris 1897, censuit ; quod per Summum Pontificem plane ratum habitum est et praeceptum, die 11 eiusdem mensis et anni. Unde veteri textu Rubricae, Titulo mox citato, cum novo collato, ius utrumque patebit. Antiqua Rubrica, num. 3, in genere tantum loquebatur de Orationibus in Missis defunctorum dicendis, atque ita sese exprimebat : « In die Commemorationis Omnium Defunctorum, et in Anniversario Defuncti, dicitur una tantum Oratio: et similiter in die Tertia, Septima, Trigesima, et quandocumque pro Defunctis solemniter celebratur; in aliis Missis plures, ut de Feriis et Simplicibus dicetur infra in Rubrica de Orationibus ». Quod liturgicis auctoribus libertatem interpretandi relinquebat; Nunc autem, Rubrica immutata, res omnino clarescit. Ita se habet, addito alio numero : « N. 3. Una tantum Oratio dicenda est in Missis omnibus, quae celebrantur in die Commemorationis omnium Fidelium Defunctorum, die et pro die Obitus seu Depositionis, atque etiam in Missis cantatis, vel lectis permittente ritu, diebus Tertio, Septimo, Trigesimo et die Anniversario alicuius Defuncti, necnon quandocumque pro Defunctis Missa solemniter celebratur, nempe sub ritu qui duplici re-



spondet, uti in Officio quod recitatur post acceptum nuntium de alicuius obitu, et in Anniversariis late sumptis. N. 4. In Missis quotidianis quibuscumque sive lectis, sive cum cantu plures sunt dicendae Orationes, quarum prima est pro Defuncto vel Defunctis certo designatis, pro quibus Sacrificium offertur, ex iis quae infra in Missali habentur, secunda ad libitum, ultima pro omnibus Defunctis. Si vero pro Defunctis in genere Missa celebretur, Orationes sunt dicendae, quae pro Missis quotidianis in hoc Missali prostant, eodemque ordine, quo sunt inscriptae. Quod si in iisdem quotidianis Missis plures Orationes Celebranti placuerit recitare, ut de Feriis et Simplicibus dicetur infra in Rubrica de Orationibus, id fieri potest tantum in Missis lectis, impari cum aliis praescriptis servato numero, et Orationi pro omnibus Defunctis postremo loco assignato ».

Ceterae iuris veteris dispositiones, ad Rubricam valde incertam explicandam, in pluribus Decretis continebantur, inter quae sequentia prae oculis ponimus. Sub die 2 Sept. 1741, sancitum est; « In Missis quotidianis, quae pro Defunctis celebrantur, possunt quidem plures dici Orationes, quam tres, sed curandum, ut sint numero impares, et aliquando pro illa *Deus, veniae largitor*. impune subrogabitur alia ver. gr. pro Patre, pro Matre etc. dummodo ultimo loco dicatur illa *Fidelium etc.* Die 16 Februar. 1781: quaesitum est: « 5. Utrum, quando non prohibentur Missae Defunctorum, possit celebrari Missa de Requiem pro defunctis vage sumptis, idest pro quibus Communitas debet applicare aliquam, vel aliquas Missas, quin Celebrans sciat determinate, sitne pro Sacerdote, pro laico, pro viro, pro foemina etc.? Et quatenus affirmative; 6. Quaeritur: quae prima Orationis erit dicenda in tali Missa? ». S. Congr. rescripsit: « Ad 5. Affirmative. Ad 6. Dicendam esse pri-



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

nem pro defunctis Episcopis seu Sacerdotibus, ut fert Missale Romanum? Potest ne primo loco recitare Orationem: « Inclina Domine », pro Defuncto, vel Orationem: « Quaesumus Domine », pro Defuncto, cuius ad insertionem eleemosyna data est: secundo loco pro Defunctis Episcopis, etc. tertio loco « Fidelium? » et supposito quod negative: Dubium XI. Utrum secunda Oratio semper mutari possit, et eius loco dici Oratio pro defuncto aut defuncta? Ratio dubitandi est, quia Decretum Aquen. fert: aliquando pro illa « Deus veniae largitor » impune subrogabitur alia v. g. pro Patre et Matre? — Ad 10. In Missis quotidianis standum Missali, et iuxta Decreta aliquando loco secundae Orationis ibi adnotatae substitui posse Orationem pro Patre et Matre. Ad 11. Unicam Orationem dicendam in Missa de Requie cum cantu pro anima illius, quam designat eleemosynam exhibens ». Aliud Decretum, nempe in *Tuscanen.*, diei 16 Sept. 1865, huius erat tenoris. « An in Missis quotidianis de Requiem Sacerdos, sive ratione eleemosynae, sive legati, private celebrans pro aliqua aut pro aliquibus determinatis personis defunctis, debetne indiscriminatim dicere primam orationem, « Deus qui inter Apostolicos etc. » primo loco in Missali assignatam: an potius, tenetur aliam dicere ex diversis in eodem Missali positis, quae conveniat ei, aut iis determinatis personis, pro quibus Missam applicet? Sacra eadem Congregatio in Ordinariis Comitiis ad Quirinale subsignata die coadunata proposito Dubio rescribere rata est: Affirmative ad primam partem: Negative ad secundam ». In alio quod datum est in *Nucerina Paganorum*, die 19 Iunii 1875, expositum fuit « adesse obligationem celebrandi per annum nonnulla funera, quae sunt applicanda pro benefactoribus, quumque ipsa nullam habeant fixam diem, persolvuntur, quando per ritum

diei fas est : in his dicitur cum cantu Missa quae est de quotidianis », proindeque quaesitum : « Dubium I. Utrum in hac Missa solemniter dici debeant tres orationes, uti iacent in Missis quotidianis, sine ulla mutatione ? Dubium II. Utrum liceat vel debeat mutari secunda oratio cum illa, quae post Missas quotidianas inter diversas reperitur, signata N. 11 vel 12 ? » Quibus dubiis S. Congr. respondendum censuit: « In Missis quotidianis de Requiem, quae solemniter cantantur, una tantum oratio dicenda (excepta prima die mensis et feria II) et in casu solum illa signata N. 11 vel 12 quae est pro pluribus defunctis ». Denique illud referendum est, quod die 13 Februarii prodiit, in *Petrocoricen.* his verbis : « Dubium II. Utrum in Missis quotidianis de Requiem, quae in plerisque Ecclesiis Parochialibus absque Ministris a solo Celebrante cantantur, dicendae sint tres Orationes, an vero una ? ». Et responsum datum fuit : « Ad II. Dicenda una Oratio ». Sic antiquo novoque iure exposito, circa numerum et qualitatem Orationum in Missis quotidianis Defunctorum, transeamus ad alteram quaesitus partem, et demonstremus quibus momentis ius vigens cohonestari possit. Iam innuimus, Rubricam nunc obsoletam obscuritate laborasse; hinc diversus sentiendi modus inter expositores. Eiusmodi dissensus quam sit, praecipue in re nostra, perniciosus neminem latet; unde quam opportune declarativum datum sit Decretum quisque novit. Sed et illius inter Rubricas insertio maximae fuit utilitatis, quia ita factum est, ut uno ictu oculi omnis opportuna norma appareat. Insuper aliquid additum fuit, ut pariter vidimus, ad melius ritum cum applicatione coordinandum, qua de re, rursus nova iuris dispositio maxime cohonestatur.

Quum modo distinctio ab ipso iure facta sit inter Missas defunctorum privilegiatas, sive lectas, sive

cantatas et proprie dictas quotidianas, pariter cantatas aut lectas, facilis est agendi ratio, cum in his postremis tres semper dicendae sint Orationes, in aliis unica. Circa qualitatem vero harum Orationum, cautum, est, ut prima, quantum fieri potest, cum Missae applicatione relationem habeat. Ita si pro defuncto vel defunctis in particulari Missa celebretur, 1. Oratio propria illius vel illorum erit, 2. ad libitum celebrantis; ultima pro omnibus defunctis. Si pro defunctis in genere, vel etiam ad alias intentiones Missa applicetur, prima Oratio erit ut in Missali pro Episcopis et Sacerdotibus, secunda pro propinquis, fratribus et benefactoribus, ultima pro omnibus defunctis.

Quoad sensum verbi *solemniter*, quod in Decreto num. 1, et Rubrica num. 3 invenitur, notandum est illud non significare Missam cum Ministris sacris, aliove apparatu celebratam, quamvis quotidiana, ut unica dicatur Oratio, sed indicare Missas defunctorum etiam lectas, quae privilegiatae dicuntur, quae nempe officio duplici respondent. Sed et haec locutio, ingerere non debet confusionem, ita ut accipiatur pro respondentia diei in quo Horae canonicae sub duplici celebrantur; quia sensus est, Missam privilegiatam eam esse quae officio duplici defunctorum respondet, nempe die Commemorationis omnium fidelium defunctorum, die vel pro die obitus seu depositionis, tertio, septimo, trigesimo, anniversario (stricte aut late sumpto) et post acceptum nuntium de alicuius obitu; quia Missa Defunctorum nullam habere potest relationem cum Officio diei, quod imo, cum est duplex, persaepe eiusmodi Missas impedit.

II. Quare pro Missis defunctorum in genere amplius non liceat secundam immutare Orationem; et quomodo, si velit, impar servari possit numerus cum aliae ad placitum praescriptis Orationes adduntur?

Concessionem, quam Decretum diei 2 Sept. 1741



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



cum sua conclusione post primam, sed quatuor vel sex sub altera conclusione, dum prima semper sub propria terminatur.

III. Quomodo Remigii conquestibus respondendum in reliquis singulis, quae obiicit, ut in casu?

1. Asserit Remigius, commodiorem fuisse antiquum ius, unam semper Orationem in Missis cantatis iubens. Esto, at ex hoc non sequitur novum ius re-dargui posse, quia non semper commoditati lex indulgere debet, sed optime valet rationabiliora sequi, quamquam in praeterito secus actum sit peculiaribus de causis, et nova dispositio aliquid incommodi afferat.

2. Conqueritur non semper posse novam legem exsequi in Missis lectis, ut prima Oratio sit pro defunctis certo designatis. At quisnam praecipit examen a Sacerdote instruendum esse, utrum Missa de requie celebranda sit pro vivis, an pro defunctis, utrum pro uno, an pro pluribus? Satis illi erit novisse sufficienter intentionem Missam petentis, quae, si haudquam determinate unum aut plures defunctos designet, satis adimpleta existimabitur, Missam celebrando ut in Missali prostat.

3. Differentia, quae intercedit inter Missas de requie pro defunctis certo designatis, et illas pro defunctis in genere, iam superius adnotata est, unde legis novae dispositio, qua secunda Oratio in Missis pro defunctis in genere tantum variari potest ad libitum, satis intelligitur.

4. Curnam impossibilis sit impar numerus Orationum in Missis quotidianis, veluti Remigius praedicat, hoc vere non intelligitur. Si unam velit Sacerdos addere Orationem qua quatuor fierent, addat aliam, atque ita legi satisfaciet, et suffragio in aliam vel alias animas magis consulet.

5. Sequentia, quae iuxta antiquam disciplinam dici debebat in Missis cantatis et lectis, quando unica

dicenda erat Oratio, nunc dicenda est etiam in Missis cantatis etiamsi plures Orationes dicantur, et in omnibus, sive cantatis, sive lectis, quae diebus privilegiatis celebrantur. Et hoc potius quam admirationem, laudem magis meretur, quia Missae lectae privilegiatae quadam potiuntur solemnitate; et quodammodo ius antiquum redolet, quia tunc praecipiebatur quando unica dicitur Oratio, quod in casu comprobatur. Quinimo quod dicit Remigius, Sequentiam esse propriam Missarum cum cantu, antiquo iuri (cui is sese pronum demonstrat) non cohaeret, quia tunc habebantur nonnullae Missae cum cantu, in quibus non dicebatur Sequentia.

---

## SUPER CALENDARIO

### APPENDIX.

---

Opus nuper in lucem prodiit, cui titulus « Studio sull'unificazione del Calendario », auctore **Eduardo Martinetti**, quod alio ab opere desumptum et compendifactum est: auctore **A. Némain**, Opus quidem laude dignissimum, quo Auctor, ut dissidentes Orientales alliciat et ducat ad unitatem, iuxta propositum ab ipsis quoque significatum, contra renitentem Clerum graeco-russum peculiarem thesim defendere conatus est, quam mox referemus. Graeci namque praedicti arbitrantur, veram se traditionem servare, quae consistit in Paschatis celebratione, iuxta Calendarium Iulianum. E contra cl. Martinetti sustinet, invictisque probat argumentis, Calendarium tantummodo Gregorianum in



Pascha celebranda tempus retinere traditionale, quod a Moyse ad Christum servatum est. Videlicet aequinoctium vernalium initialem Paschatis limitem constituere, quod ab initio, seu tempore Hebraeorum, seu aetate Christi, diei 25 Martii, iuxta Iuliani Calendarium, erat affixum, sub nomine *Tekufa Nisan*. Saeculo IV, hoc aequinoctium ad diem 21 Martii Iuliani descendit; et anno 1580 descendit usque ad diem 11 eiusdem mensis, quod tamen immortalis Gregorius XIII ad praefatam diem 21 Martii iterum retulit. In hac autem eademque die hucusque aequinoctium mansit, manebitque.

Cum venia tamen cl. viri Martinetti explicandam iudicamus sententiam suam, qua censet, novum Calendarium hic et nunc non esse invehendum, ne graviores difficultates unitatem Calendarii, de qua loquitur, impediunt. Animadvertimus itaque, quod si vere de novo Calendario agatur, cum illius sentiendi ratione plane conveniendum: si autem agatur de Calendario Gregoriano perficiendo, aliter opinandum esse credimus. Videlicet, nulla in hoc difficultas esse potest, quinimo maximopere propitia esse videtur occasio praesens, pro addenda in Calendario perfectione, de qua hisce in paginis verba fecimus. Eo namque facilius Calendario Gregoriano dissidentes adhaerere censendum est, quo perfectius illud agnoverint, et ad finem suum consequendum aptius. Ut quid enim illius perfectionem retardare? Qui ad Calendarium Gregorianum in sua substantia amplectendum faciles se praebent, quamnam invenire poterunt in eodem adoptando difficultatem, si sciant additum illi fuisse quoddam accidentale complementum, ex quo magismagisque perficiatur? Correctionem datam adhuc retardare, idem fere esset, ac impedire, simulque efficere ut nunquam illa imposterum acceptetur. Si enim Graecorussus difficilem hactenus se ostendit in Calendario prouti iacet recipiendo, difficilius quoque erit, ut secuturis tem-



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

amplius nomine aliis diebus hebdomadae communi, sed denominetur tantum *ultimus* anni, sicuti revera est, vel alio quolibet, prouti melius arridet: 2. Similiter, dies qui conflatur ex horis, quae singulis quatuor annis supersunt nomine proprio *bissextili* nuncupetur, ponaturque in principio anni: 3. Si autem placeat, Pascha in die 2 Aprilis quotannis fixum assignetur.

Verum adversarii denuo exurgunt et inclamant, lunam XIV esse servandam. Nos autem iterum sequenti modo reponimus. Ad quid in Paschatis celebratione lunares phases attendendae forent? Num ut Hebraeorum sequamur exemplum? Minime gentium; et factum primaevae christianae gentis hoc plane demonstrat, quia nunquam cum populo deicida in celebranda Pascha convenire voluit. Anne ut Pascha resurrectionis eadem die celebretur, qua vere realiterque successit, adeo ut illa eadem sit dies historica? Nequaquam; et nemo id asseret, quia quotannis haec solemnitas per triginta et amplius dies variatur, dum Christus una die non pluribus, surrexit a mortuis. Ad quid igitur? Attendendae ne sunt mutationes lunae, ut cum Hebraeorum Pascha non conveniamus? Haec quidem videtur esse ratio, sed propositum haud semper attingitur. Etenim, hoc etiam posito, non omnes nostri cum Hebraeorum Pascha vitantur occursum. Rem iuvet exemplis illustrare. A saeculo quarto ad quintum tredecim enumerantur coincidentiae. Etiam post correctionem Gregorianam, rarius licet, hae coincidentiae non desunt; cum a saeculo XVII ad XIX tres recenseantur, et aliae nonnullae praevideantur in saeculis advenientibus secuturae.

Ceterum, quid mirandum si quotannis Pascha nostrum cum Paschate Hebraeorum conveniret, cum ipsi, capta Hierosolyma ac diruta, per orbem dispersi vetustaeque supputationis obliti, alterum sequuntur Calendarium, quod eorum Patriarcha Hillel saeculo quarto ordinavit, prorsus

ab antiquo diversum? Non itaque per inspectionem lunae propositum nostrum assequimur. Ad quid igitur? Num ut luna sit inter christianos regula uniformitatis? Nequaquam profecto; nam Pascha ante Nicaenum Concilium determinare, ab auctoritate Pontificis pendebat potius, quam a lunae computatione, quae haud parvae discrepantiae, magisque uniformitatis, causa erat. Similiter post dictum Concilium. Quin imo nostra quoque Pascha a superiorum voluntate potius pendet, quam a luna astronomica. Etenim celebratio Paschae sub luna XIV possibilis ac facilis omnino erat hebraeo populo, minime vero nobis. Eo quod ille unus erat, locique augustiis circumscriptus; nos vero plures constituimus populos, qui innumeris terrae partibus commoramur. Iam nunc christiani populi, aut *vere ac realiter* sub luna XIV Pascha celebrant, et tunc eodem tempore eademque die illam celebrare absurdum est; cum lunam eodem tempore suas phases manifestare omnibus terrestri globi habitantibus impossibile sit: aut sub luna XIV, non realiter, sed *nominaliter* tantum Pascha celebrant; sed hoc in casu, si eodem tempore eademque die celebrant, non pendeat evidenter a luna, sed unice ab auctoritate legitima.

PASCHALIS PETRONE

Scholasticus Cong.nis Missionis.

---

## DUBIORUM LITURGICORUM SOLUTIO

— X —

I. *E Meta Surrenti. De intelligentia Decreti Gen. 12 Jun. 1899 super cessione throni.* Quaeritur, utrum post ultimum decretum diei 12 Iunii 1899, quo E.pus potest thronum

suum alteri concedere: 1. Capitulum teneatur assistentiam praestare? 2. Teneatur sacra paramenta assumere? 3. Episcopo competat assistentia duorum Diaconorum et Presbyteri, ultra ministros Altaris? 4. Ministri inferiores debeant illi genuflectere? 5. Tertia seu Nona sit canenda, et in choro vel secretario? 6. Episcopo competant circuli? 7. Apponendum sit septimum candelabrum? 8. Episcopo liceat benedicere in accessu et recessu a throno? 9. Baculus, benedictio incensi, aquae, diaconi post Evangelium, osculum Evangelii etc. 10. Canonici teneantur assurgere et totus chorus genuflectere, dum Episcopus lavat manus?

*Resp.* Nil magis opportunum, imo ad rem necessarium, quam relatio supercitati Decreti, ut verba illius perpendentes certam inferri responsionem possimus ad praefatas quaestiones. En Dubium Decreti, uti in nova Collectione (*Vol. III, n. 4023*) prostat: « An Episcopus Dioecesanus gaudeat iure cedendi thronum suum alteri Episcopo cum Reverendissimorum Canonorum assistentia sibi debita? » Responsum vero est: « Affirmative ». Nonnullas ponit Decretum limitationes circa aliquos Episcopos, quas nos praetermittimus, utpote ad rem non facientes.

Nunc animadvertas verba Decreti de *assistentia Canonorum sibi* id est Dioecesano, *debita*. Quid enim haec verba significant? *a)* Dictam assistentiam Canonorum deberi Dioecesano, ad eamque ius citra controversiam hunc habere. *b)* Quod autem alicui debetur, is, lege contraria non extante, alteri potest cedere. *c)* Consequenter Canonicos teneri assistentiam praestare illi Episcopo, cui iuxta legem Dioecesanus illam cedit: secus, uti patet inutilis ac risu digna cessio Dioecesani evaderet. Animadvertas insuper assistentiae, de qua Decretum, significationem. Assistentia significat, iuxta Tridentinum (*sess. 24, cap. 12, De reform.*), Episcopo celebranti aut alia Pontificalia exercenti, assistere et inservire. Significat Episcopo advenienti, *rei*



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



ad thronum qui principale est. Denique certa scientia nobis constat, hanc, et non aliam fuisse mentem Em.orum Cardinalium in condendo praefato Generali Decreto.

His praemissis, nullius est negotii certum responsum, propositis dubiis exhibere. Itaque omni securitate reponimus: 1. tenetur Capitulum assistentiam praestare Episcopo delegato sicut ipsimet Dioecesano: 2. tenetur et paramenta in choro assumere, quia talis Dioecesano assistentia debetur ergo et delegato: 3. tenetur et assistentiam praestare, ex eadem ratione, duorum diaconorum, praeter ministrorum Missae, sicut et Presbyteri assistentis, qui ceterum cui-cumque Episcopo competit, etsi ad faldistorium Pontificalia Missarum celebret: 4. ministri inferiores tenentur ei genuflectere sicuti Dioecesano, quippe qui minores sunt Canonicis, ut si isti tenentur, a fortiori teneantur et illi eandem praestare delegato Episcopo assistentiam, quam Dioecesano exhibere debent: 5. Hora tertia canenda quoque, uti quandoque Nona, in choro vel secretario, cum eiusdem horae cantus ad solemnitatem pertineat Assistentiae, ut in ipsa Assistentia contineatur: Item Dioecesano competunt circuli, qui ad Assistentiam solemnem pertinent; ergo et delegato competunt, cui proinde Canonici illos exhibere tenentur. Nunc ad alia quaesita, quae Assistentiam proprie dictam nequaquam spectant, sed potius delegati Episcopi honorem, hoc est non signa honoris, illi a Clero exhibendos, sed actus aliquos honorabiliores vel illum respicientes, vel ab illo exercendos. Ante omnia praemittimus, honorem throni eiusmodi esse, ut reliquis honoribus indubie praevaleat: cui autem plus conceditur, et minus concessum esse, eodem inquam in genere, praesumendum est. Eoque magis, quia per praefatum Gen. Decretum intendit S. R. C. aequiparare Episcopum delegatum ipsimet deleganti quod Pontificalia pertinet, ut consequenter honoris actus quicumque, Pontificanti in throno de-

biti, etiam delegato competant, sicuti Dioecesano. Hi namque actus thronum quodammodo sequuntur et comitantur; si ergo Dioecesano throno utenti competunt, posita cessione throni alteri Episcopo, et huic illos competere tenendum est. Consequenter reponimus, apponendum super altari septimum candelabrum in Missa, posse Episcopum vices Dioecesani gerentem, benedicere in accessu et recessu a throno, ius habere in casu gestandi baculum, benedicendi incensum, aquam in Missa, Diaconum post Evangelium, Evangelii librum osculandi etc. etc. Haec enim omnia honorant Dioecesanum Episcopum, ergo et honorare debent Delegatum, illius gerentem vices. Quod si dicas, nonnullos ex dictis actibus quamdam importare iurisdictionem, reponimus, et hoc supposito, de quo, discutere nolumus, illos delegato in casu competere, sicut eidem competunt plures actus iurisdictionem importantes quando Ordinatio ab Extradioecesano confertur, quia Delegatus Delegantem repraesentat.

Peculiariter vero nunc, sistimus in quaesito decimo et ultimo, quod postulat, num Canonici, teneantur assurgere, et totus chorus genuflectere dum lavat manus Episcopus; quaesitum enim late nimis patet, et Caeremoniali haud innixum. En textualia Codicis verba: « Cum Episcopus exiit Cappam, dicet Orationem *Exue etc.* dicta per eundem Oratione *Da, Domine etc.* pro lotionem manuum etc. lavat manus; et tunc Laici tantum et Clerici omnes, praeter Canonicos et Praelatos, debent genuflectere etc. etc. (*Lib. II, Cap. VIII, n. 10*). » Hinc patet, laicis tantum esse genuflectendum, et clericis omnibus. At quibusnam laicis, nisi illis qui circumstant Episcopum? Et quibusnam clericis omnibus, per consequens, nisi qui pariter eundem Episcopum circumstant? Non ergo totus clerus genuflectere debet, qui est in choro, sicut neque laici, qui extra chorum sunt. Quod si addat codex « prae-



ter Canonicos et Praelatos » pro iis quoque illi debent intelligi, qui item circumstant Episcopum, quibus non est genuflectendum, uti Diaconi parati, Presbyter assistens etc. inter quos et aliquis ex Praelatis adesse potest. Et sane sic lege intellecta, rationabilis omnino est; sed eo sensu ut totus chorus genuflectat, Canonicis licet et Praelatis exceptis, non intelligeretur. Actio enim lotionis non talis est, ut ad eam genuflectere chorales debeant, sicut nemo, praeter ministrantes, genuflectit ad lotionem in Missa, cum quid tamen maius sit, saltem ratione temporis, neque ad alteram post purificationem. His positis, non videmus quare Canonici assurgere in choro ad lotionem hanc debeant, cum non debeant assurgere in aliis, actu perdurante Missae. Satis ergo est, ut ministrantes laici et clerici inferiores inservientes tantum genuflectant, nullusque alius vel genuflectat vel surgat. Hinc cl. de Herdt (*Prax. Pont. Lib. II, cap. 8 n. 10*) explicite commentatur hunc locum Caeremonialis: « Laici et clerici omnes throno assistentes, ministrantes aut circumstantes, genuflectere debent, **non autem alii de choro**, tamquam diversi chori, ut dicitur Tom. 1. n. 159. Ratio huius genuflexionis est, quia aquae ministratio est actus reverentialis ergo dignitatem pontificalem; et ut hoc obsequium eo maioris reverentiae et submissionis peragatur genuflectunt illi, qui aquam ministrant, et conformitatis causa omnes alii assistentes et circumstantes, quia ad eundem chorum pertinent, non autem alii de choro, quia hi diversum chorum efficiunt, et interea Horam tertiam cantant, cuius cantus interrumpi per genuflexionem et turbari posset; neque etiam assistentes Canonici et Praelati, quia neque in aliis casibus Episcopo genuflectunt. »

II. *E Belgio. De die proprio festi Titularis.* Aliquod Oratorium publicum Nostrae Communitatis, solemniter benedictum, dicatum est S. Elisabeth Viduae. Proinde ejus



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

festum S. Elisabeth ritu suo proprio, translato in perpetuum, seu assignato festo S. Pontiani, die prima libera iuxta Rubricas. Neque afferri in contrarium potest ratio uniformitatis cum Calendario totius religiosae Communitatis ; quia in omnibus Ecclesiis semper sic dicta *Varianda* facienda est, cuius obiectum sunt festa patronalia, Dedicacionis propriae Ecclesiae, si sit consecrata, Titularis atque Patroni praecipui loci. Eapropter haec Varianda, quamvis recedat ab uniformitate Calendarii, totius Communitatis proprii, aliam nihilominus uniformitatem inducit omnibus singulisque Communitatis eiusdem Ecclesiis communem, secundum quam ea tria praefata festa, nisi et quartum, seu Dedicacionis Cathedralis addi quandoque debeat, semper celebrare tenentur, in quo et legi conformantur. Itaque die 19 Nov. celebrabitur in loco festum S. Elisabeth Viduae, die autem 26 festum complebitur per officium diei Octavae, et tam S. Pontianus (19) quam S. Silvester (26), in tota Communitate recolendi in primam diem liberam perpetuo transferentur iuxta Rubricas.

*Resp. 2.* Circa ordinem commemorationum in Suffragiis Rubrica perspicua est, videlicet illa praefenda quae ad Sanctum digniorem pertinet. Dignitas autem in casu S. Elisabeth et S. Institutoris, potior est quae ad S. Institutorem pertinet. Cum enim non habeatur excellentia personalis, qua gaudent Sancti in Rubricis nominati, Martyres praevalet Confessoribus, Confessores Virginibus et Viduis. Commemoratio ergo S. Institutoris, utpote Confessoris, commemorationi S. Elisabeth praeposenda, iuxta Rubricas.

III. *Ex urbe.* De amictu, bireti loco, pro Celebrantibus bireto non utentibus. Nonnulli Regulares, quibus non licet bireti usus, consueverunt pro bireto uti amictu super caput dum ad altare pergunt celebraturi, ab eoque recedunt: aliis vero consuetudo est, ut nudum caput, seu

sine caputio, tegant. Nunc quaeritur, uniformitatis ergo, quinam ex utroque usu retinendus, quinam relinquendus?

*Resp.* Caputium, uti satis est notum, pro Regularibus quibusdam pileum supplet, quem non deferunt. Porro, sicut pileus clericalis non nisi ex civilibus indumentis est, ita et caputium pilei locum tenens. Hinc in functionibus liturgicis utuntur quidem clerici quandoque pileolo, uti etiam aliquando bireto, sed nunquam pileo. Sequitur, neque Regulares, qui pro pileo gestant caputium, hoc uti posse in iisdem functionibus. Praeterea Rubrica Missalis praescribit, Sacerdotem ad altare pergentem pro Missa agenda, *capite cooperto* incedere debere (*Tit. II, n. 1*). Sed operimentum praescriptum non in pileo debere consistere, sed in bireto: « *Caput detegit*, ait Rubrica (*Loc. cit. n. 2*), cum Sacerdos ad altare pervenerit, *biretum ministro porrigit etc.* ». Sicut ergo Presbytero saeculari, vel Regulari bireto utenti minime licet adhibere pro bireto pileum, ita Regulari bireto haud utenti, nequaquam licebit adhibere caputium, quod locum bireti tenet.

Quid ergo pro non habentibus bireti usum, eius locum tenebit? Responsio facilis et obvia: pro bireto stat amictus, indumentum Celebrantis proprium, et liturgicum. Ergo sicut Sacerdotes saeculares bireto uti debent iuxta Rubricam, ita et Regulares, de quibus in casu, amictum gestabunt revolutum, more ipsorum proprio, super caput, sicque Rubricam perfecte adimplebunt; amictus enim est pro ipsis operimentum, locum bireti tenens.

Verum quid de caputio capiti imposito, super quo amictus? Reponimus illud esse quid inutile, et, quod magis refert, etiam inconveniens, cum sit indumentum civile, nihil liturgici referens: quod proinde locum non habet. Insuper sicut pro Presbyteris saecularibus ita biretum praescribitur, ut hoc gestari debeat super *nudum* caput; ita

eodem modo dicendum, amictum pro Regularibus, usum bireti non habentibus, super *nudum* caput deferendum esse. Ex quibus omnibus patet, si ratio uniformitatis sit habenda, quae profecto maxima aestimatione est digna, atque omnimode, maxime in casu desiderabilis, illis qui amictum deferunt super caputium, propriam consuetudinem relinquere debere, ut aliis se conforment, qui amictum deferunt super nudum caput, quique Rubricae, eiusve spiritui magisquam primi adhaerent.

Responsum ratiocinio Rubricaeque innixum, compleat Decretum S. R. Cong.nis, quod particulare est quidem, sed aequivalens Generali dici potest, quatenus respicit Rubricam de bireto pro Sacerdotibus saecularibus, et etiam pro Regularibus, quia pro illo utuntur amictu. En itaque Decretum, uti iacet in novissima Collectione Decretorum, sub num. 693 (1192). Est in una *Ordinis S. Augustini*, et sic se habet: « Petitio Augustinianorum: an celebraturi incedere debeant cum pileolo, quo in claustris utuntur, an vero **caputio**, prout utuntur alii Regulares, **amictu cooperto**, fuit remissa ad E.mum Pallottum iuxta mentem S. R. Cong.nis, quae est: « ut caput tegant cum amictu ». Die 19 Nov. 1639 ».

IV. *Ex Hispania*. De non **prosequenda Missa solemni dum chorus respondet Celebranti**. Hic pluries in Missa solemni, Diaconus respondet submissa voce ad finem « Pater noster » et « Pax Domini », quamvis Rubrice Missalis et Caeremonialis de hoc alte sileant et alioquin S. R. C. decreverit anno 1670, 1695 et 1861, nullo modo posse Missam prosequi donec « Credo » terminetur a choro. Auctores probati diversimode opinantur: duo asserunt, Diaconum teneri respondere Celebranti, ut Missa prosequatur dum respondetur a choro; tres dicunt posse ita fieri et quatuor denique sustinent hoc non posse fieri.

Hinc quaeritur: I. An huiusmodi praxis respondendi



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



est? Est unice modus negligenter et praepropere agendi, quod in divina actione solemnique maxime dedecet.

Miramur autem quod in Dubio dicatur, legem, super hoc, altum servare silentium. Falsum est; quia Rubricae solemnioris Missae ea tantum dicunt, quae vel lectae addenda sunt, vel mutanda: in ceteris, ritus Missae lectae servandi sunt. Sicut ergo in lecta Celebrans prosequi Missam non debet, nisi postquam Minister responderit, ita in cantata prosequi Missam non debet, nisi post absolutum a choro responsum.

*Resp. 2.* Pariter negative, quia talis consuetudo est contra Rubricam Missalis, et contra Rubricas Missalis non praescribitur. Est inordinatio, et inordinationes non praescribunt in Rubricis. Sapit properantiam, quam Rubricae Missalis damnant; quia Missam devote dicendam volunt, et properantia devotioni adversatur. Auctores, de quibus in Dubio, non novimus: dicat adm. Rev. Consulens, quinam ii sint, et videbimus. Parva quidem res est; sed in principiis et in Rubricis, maxime Missalis, nihil credimus esse parvum.

---

## BREVIORA RESPONSA

---

I. *Pro Senogallia.* Episcopus, non trina sed unica benedictione benedicit Diacono Evangelium cantaturo, sicut semel, non ter benedicit concionaturo, semel, non ter benedicit incenso etc., quia hae benedictiones veluti privatae sunt, non solemnes. Ita communiter, si Martinucci excipias, quem nemo, quantum scimus, sequitur.

II. *Pro Neapoli.* Canticum *Benedictus* post antiphonam non incipit eodem modo, quo terminat antiphona. Imo modus ipse etiam differt, in antiphona enim habetur: *Benedictus Deus Israel*: in Cantico autem: *Benedictus Dominus Deus Israel*. Ergo Canticum *Benedictus* de more post antiphonam incipiendum.

III. *Pro eod. loco.* Quando una pyxis in Missa consecrata est, et cum altera, quae extrahitur e tabernaculo, danda est fidelibus communio, aperto tabernaculo, fit genuflexio, extrahitur pyxis, recens consecrata reponitur, aliàque aperta, fit alia genuflexio, reliqua fiant more solito. Absoluta communione, si in pyxide remanserunt particulae, facta genuflexione, ea reponitur in tabernaculo, fitque iterum genuflexio antequam claudatur tabernaculum.

IV. *Pro Hollandia.* In Missis privatis Vigiliae Pentecostes Missa legitur sine prophetiis (*Rub. spec. post Vig. Pentec.*).

V. *Pro eod. loco.* Privata fontis benedictio est illa eadem, quae fit in Sabbato Paschae et Pentecostes, sed sine solemnitate, uti in *Memoriale rituum Bened.* XIII.

VI. *Pro eod. loco.* Festum Titularis Ecclesiae prohibet Missam exequialem, cum tamen non est de praecepto in foro: a pari et a fortiori festa S. Ioannis Baptistae et S. Ioseph, quae ius habent ad feriatiorem, etsi sine illa celebrentur. Excipe casum quo eorum solemnitas in Dominicam transferatur, in qua tunc solum Missa exequialis est vetita.

VII. *Pro Cortona in Thuscia.* Benedictionum formulae communes adhibendae pro coronis, imaginibus et numismatibus, non sunt speciales Regularium propriae, nisi facultas habeatur. Quod si desint communes, certum est dictas res benedici posse solo signo crucis manu efformato super illis, absque illius formulae pronuntiatione, et sine



aspersione aquae benedictae, quamvis in Indulto existat clausula: *In forma Ecclesiae consueta*. Ita de Hérdt (*Prax. Ritualis*, n. 293).

VIII. *Pro Dioecesi Pictaviensi*. Reliquiae S. Crucis expositae fieri debet genuflexio, et sub Baldachino, cuius color laudabiliter est rubeus, exponi possunt et deferri in processionibus. Sacerdos cum Reliquia S. Crucis benedicens populum deferre quoque potest velum humerale non tamen necessario. Pro Sacramento autem ubicumque deferendo in pyxide, velum humerale saltem, *omnino* requiritur super cotta et stola.

IX. *Pro eod. loco*. In honorem Sanctorum, quorum Reliquiae sunt expositae super altari, etsi ad ornatum, uti dicitur, infra candelabra, optime et iuxta legem duae accenduntur lampades et etiam quatuor. Dicuntur enim ad ornatum, sed non simpliciter, cum etiam ad venerationem fidelium sint expositae. Non tamen necessario, quamvis omni sit dignum laude, duo lumina accenduntur, quoties armarium aperitur in quo Reliquiae reconduntur.

X. *Pro eod. loco*. Benedictionem ad VIII lectionem « Cuius commemorationem colimus » candide fatemur non intelligere, nisi illam peculiare aliquod privilegium permittat; in quocumque enim Sanctorum officio et cuiuscumque ritus, eadem semper est benedictio VIII in Ritu Romano, nempe: « Cuius vel Quorum festum (non commemorationem) colimus etc. »

XI. *Pro eod. loco*. Si festum SS. Nominis Iesu occurrat in Dom. Septuagesimae, transferendum est in diem 28 Ian. Idem dicendum de festo vel altioris ritus, vel ritus eiusdem sed primarii, si eadem dies sit libera. Decreta, si quae sint in contrarium, oramus ut clarius citentur, citata enim non reperivimus. De eadem perspicuitate oramus, quod pertinet formulam: « Corpus D. N. I. C. custodiat te etc. ».



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

aliquo in festo Deiparae velit dicere *Gloria et Credo*, celebrabit, si possit, Missam de festo sicut alii, suo privilegio renuntians.

R. mus Canonicus N. cui gratias agimus plurimas, sequentes ad nos detulit

## **SUPER RITIBUS AC CAEREMONIIS DEFECTUS**

QUOS AB EODEM EMENDATOS LIBENTER HEIC DE MORE EVULGAMUS.

1. Quamdam et nos Ecclesiam ingressi die 29 Octobris proxime elapsi, qua die de Dominica XXIII post Pentec. I Nov. Officium, de ea semidup. occurrebat, ac per consequens Missa in colore viridi celebrari oportebat, Sacerdotem celebrantem Missam audivimus, qui post « Kyrie eleyson » canticum angelicum « Gloria in excelsis Deo » absolute omisit, et in fine Missae loco « Ite Missa est » dixit « Benedicamus Domino ». Utrumque mendum! Nam Missa in supradicta occurrentia nil tristitiae praesefert, ut est in Dominicis quibus color violaceus debetur. Ipsa missalis Rubrica hunc Sacerdotem potest edocere, quippe quae cantum distinctum ab aliis in his Dominicis adnotat adhibendum tam pro « Gloria in excelsis Deo », quam pro « Ite Missa est ». Ergo utrumque dicendum.

2. In prece « Dio sia benedetto », quae passim post nonnullas Missas aut alias sacras functiones dicitur, addenda suo loco sunt verba « Benedetto il suo Sacratissimo Cuore » ex decreto S. Cong. Indulgentiarum diei 2 Februarii 1897. Miramur illud ignoratum fuisse usque ad mensem Octobrem huius anni 1899; nam supradicta ver-

ba in publica quadam Ecclesia saepe omīssa fuisse testamur.

3. Rituale Romanum docet et praecipit pro administratione SS.mae Eucharistiae, ut Sacerdos superpelliceo ac stola, coloris tamen officio convenientis (1), sit indutus. Et nos, hisce oculis, Sacerdotem vidimus post Missam Sacristiam ingredi, planetam ac manipulum deponere, et iterum ad altare accedere in alba et stola, et sic Communionem ministrare. An id praestare ipse non poterat immediate post Missam, quin ab altari discederet, et ulla paramenta exueret?

4. Expositionem seu depositionem Sacrarum Reliquiarum publice in Ecclesiis, ea qua decet veneratione per Sacerdotem fieri oportet. — Qui Reliquias exponit, defert ad altare, vel reportat ad loca sua, cotta cum stola paratus esse debet, adhibitis duobus clericis cottis indutis cum cereis et facibus. — Ita cl. De Herdt Prax. Caeremon. Tom. II n. 194. Hisce tamen non obstantibus, tempore qua decantabantur Vesperae Sanctorum die 1 Nov., quia aliae Defunctorum sequi debebant, in quibus altaria solemnibus ornamentis exuuntur, Reliquiae Sanctorum infra candelabra et in medio altaris expositae per aedituum laicum, cuius maior munditia seu capacitas admodum

---

(1) Praesens nobis favet occasio, ut Ven.les Consociatos nostros moneamus, legem coloris Conopei extensam per recens decretum fuisse ad colorem Stolae in communionem extra Missam. Hoc est: sicut Conopei color respondere debet colori diei, et nihilominus esse quoque potest semper albus, quia hic est color Sacramenti proprius; ita color stolae in communionem esse debet, iuxta Rituale, conveniens colori diei, et nihilominus permittitur ex recentiori Decreto, quod alio antiquiori, dato pro casu communionis paschalis (5706) cohaeret, semper coloris albi, ex eadem supra dicta ratione (*Decr.* 2740-4777, *ad* 12)

desiderabatur, in quadam Ecclesia publice depositae fuisse, mirantibus quotquot aderant, qui merito aut ante Vesperas Sanctorum, aut ante alias Mortuorum Reliquias abscondi potuisse putabant.

5. Pluries non paucos Sacerdotes audivimus in Missis semiduplicium tertiam orationem, quae *ad libitum* nuncupatur, omisisse, putantes ex ipso nomine *ad libitum* eam omittere esse in facultate celebrantis. Porro hi sciant non esse *ad libitum* ipsam orationem, quae ex Rubricis est praeceptiva, quando locum habere potest, sed dumtaxat ipsius delectum inter illas, quae praesertim praesto sunt in fine Missalis et quae admodum opportunae propriae devotioni censentur.

---

## QUAESTIO SOLVENDA

PRO MENSE FEBRUARIO 1900.

Festum dup. I. classis celebrandum ex Indulto in Dominica proxime sequenti, impeditum per accidens potestne eo anno recoli in die sua propria, seu anticipari?

---

IMPRIMATUR.

P. Fr. Albertus Lepidi O. P.

S. P. A. Magister.

IMPRIMATUR.

Ioseph Ceppetelli Archiepiscopus Myren. Vicesgerens.

---

Proprietas Literaria.

---

G.B. Agnolucci, gerente responsabile

---

Roma, Tip. F.lli Amoroso — Torretta Borghese 22-25.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



	Pag.		Pag.
Sacerdoti sustentent, et de inclinatione post Orationem ad Sacramentum . . . . .	154	Missa solemnī Ministrorum sessione eodem in scamno Celebrantis . . . . .	ibi
<i>E Lincio.</i> De Missis privatis die II Nov. pro defuncto in die obitus non vetitis . . . . .	156	<i>E Dioecesi Briocensi.</i> De translatione festi SS. Cordis Iesu . . . . .	260
<i>Ex eodem loco.</i> De occurſu et concursu dierum infra octavam inter se aut cum semiduplici . . . . .	158	<i>Ex Archidioecesi Chicagiensi.</i> De occurſu duorum festorum Domini . . . . .	297
<i>Ab Hetruria.</i> De Symbolo in omnibus loci Ecclesiis dicendo ad Missam in festo Titularis Cathedralis . . . . .	161	<i>Ex eodem loco.</i> De Sancto Socio Titularis non separando . . . . .	299
<i>E Pekino in Sinis.</i> De Absolutione Cadaveris ex parte Vicarii Apostolici post Missam de requie ab alio celebratam . . . . .	162	<i>E Londino.</i> De occurſu Patrocini S. Ioseph et S. Georgii Patronorum . . . . .	301
<i>E Civitate N.</i> De paramentorum colore in Ordinandis . . . . .	247	<i>E Parisiis.</i> De festo celebrando cum octava infra Octavam Epiphaniae . . . . .	303
<i>Ex Hollandia.</i> De Missis cantata et lectis pro die obitus . . . . .	250	<i>Ex eodem loco.</i> Super Credo in Missa de infra Octavam Deiparae extra recitatum officium . . . . .	304
<i>Ex Missionibus exteris.</i> Cuiusnam SS. Trinitatis Personae directae sint Postcommunio missae in festo SS. Nominis Iesu, et Secreta Missae, in festo S. Camilli De Lellis . . . . .	255	<i>Ex Archidioecesi N.</i> De occurſu Dedicationis et Tituli propriae Ecclesiae . . . . .	360
<i>E Laude Pompeia.</i> De Patrono in Oratione <i>A cunctis</i> nominando . . . . .	257	<i>Ex eodem loco.</i> De festo duplici maiori cum feriacione impedito et transferendo . . . . .	362
<i>E Dertona.</i> De sacrorum in		<i>Ex Ariano in Apulia.</i> De ritu festi Titularis duplicis Paroeciae unitae, quae non est amplius . . . . .	366
		<i>Ex Galliis.</i> De praelatione commemorationis Officii concurrentis . . . . .	368
		<i>E Gadibus in Hispania.</i> De	

	Pag.		Pag.
quibusdam consuetudinibus in exequiis . . . .	372	<i>E Petrovaradino in Slavonia.</i> De quorundam Sanctorum die propria . . .	ibi
<i>E Gallia.</i> De quodam Concursus casu . . . .	376	<i>Ex eodem loco.</i> De consuetudine quadam vim non habente . . . .	502
<i>E Parisiis.</i> De concursu inter octavam diem Dedicationis Ecclesiae propriae, et SS. Apostolorum Petri et Pauli . . . .	442	<i>Ex oppido Zabarcos.</i> De Missis lectis de requie in die obitus . . . .	503
<i>Ex Austria.</i> De Rubrica super occurso festi Septem Dolorum non integre applicanda in concursu . .	442	<i>E Belgio.</i> De die prima libera pro festo rit. dup. transferendo . . . .	505
<i>E Derthona.</i> De commemoratione praecedentis S. Pauli die 30 Iunii, concurrentis cum Pretiosissimo Sanguine . . . .	444	<i>E Carcasso.</i> De secunda Oratione officio conformi in missis privatis votivis dicenda . . . .	507
<i>E Centumcellis.</i> Super Confiteor in Benedictione Apostolica . . . .	447	<i>Ex Austria.</i> De altaris fixi imagine Titularis non mutanda . . . .	508
<i>E Rucupis in Anglia.</i> De cantu Confiteor in Missis solemnibus . . . .	453	<i>E Segovia in Hispania.</i> De facultate communicandi in Oratorio privato. . . .	570
<i>Ex Hollandia.</i> De praelatione in officio S. Ioannis Evang. Titularis et S. Stephani . . . .	449	<i>Ex Urgellis.</i> De ordine thurificationis . . . .	573
<i>Ex eodem loco.</i> De Credo in Missa et octava S. Ioannis Bapt. ubi est Patronus	500	<i>E Lincio.</i> De suffragio S. Familiae Titularis, in officiis votivis Eucharistiae, Passionis, Imm. Concept. et S. Ioseph . . . .	577
<i>Ex eodem loco.</i> De Missa votiva Immac. Concept. in Vigilia Assumptionis . .	501	<i>E Curenna.</i> De festo dup. I cl. impedito infra totam octavam. transferendo in diem octavam alterius festi	579
<i>Ex eodem loco.</i> De Missis defunctorum in die obitus	ibi	<i>E Catania.</i> De functionibus, in quibus duo Diaconi pro Episcopo Pontificante	



	Pag.		Pag.
adhibentur. . . . .	581	<i>E Parisiis.</i> De modq con-	
<i>Ex Hollandia.</i> De quadam		cludendi Matutinum cum	
incohaerentia inter Ephe-		separatur a Laudibus .	681
merides et specimen Ca-		<i>Ex eodem loco.</i> De Gloria	
lendarii . . . . .	617	et non Credo in Missa	
<i>Ex eodem loco.</i> De duplici I		votiva infra aliquam Octa-	
cl. agendo in die Oct. Cor-		vam Gloria et Credo fe-	
poris Christi privilegiata		rentem . . . . .	683
ad instar Epiphaniae . .	618	<i>E Meta Surrenti.</i> De intel-	
<i>E Parisiis.</i> De iure mutato		ligentia Decreti Gen. 12	
quoad diem 12 Nov., 28		Iunii 1899 super cessione	
Ian. et 3 Febr. . . . .	621	throni . . . . .	727
<i>Ex eodem loco.</i> Num et Re-		<i>E Belgio.</i> De die proprio fe-	
gulares participant de quo-		sti Titularis . . . . .	732
dam Indulto Dioecesis .	623	<i>Ex Urbe.</i> De amictu, bireti	
<i>Ex Austria.</i> De modo le-		loco, pro Celebrantibus	
gendi Martyrologii in choro	625	bireto non utentibus . .	734
<i>Ex oppido Zabarcos.</i> De co-		<i>Ex Hispania.</i> De non pro-	
haerentia inter codices li-		sequenda Missa solempni-	
turgicos quod spectat par-		dum Chorus respondet Ce-	
tem et modum Evangelii		lebranti. . . . .	736
cantandi . . . . .	629	<b>Ad quaedam liturgica dubia</b>	
<i>E Senogallia.</i> De octava		<b>breviora responsa.</b>	
Patroni praeferenda alteri		1. Pro Barcinone . . . .	40
inferiori . . . . .	632	2. Pro eodem loco . . . .	ibi
<i>E Neapoli.</i> De inexistencia		3. Pro Curennia . . . . .	ibi
legis inquirendi a Cele-		4. Pro Austria . . . . .	41
brante super qualitate al-		5. Pro Mantua . . . . .	ibi
taris fixi aut portatilis. .	674	6. Pro Brixia . . . . .	42
<i>E Lincio.</i> De nocturno Off.		7. Pro Gallia . . . . .	ibi
Defunctorum post nuntium		8. Pro Corleone . . . . .	ibi
obitus acceptum . . . . .	676	9. Pro eodem loco . . . .	ibi
<i>Ex eodem loco.</i> De concur-		10. Pro Neapoli . . . . .	43
su diei Oct. festi secunda-		11. Pro eodem loco . . . .	ibi
rii cum festo dupl. mai.		12. Pro eodem loco . . . .	ibi
secundario. . . . .	678		



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

	Pag.		Pag.
83. Pro Gadibus in Hispania	380	118. Pro eodem loco . . .	ibi
84. Pro eodem loco . . .	ibi	119. Pro Lincio . . . .	462
85. Pro eodem loco . . .	381	120. Pro Curenna . . . .	ibi
86. Pro Rota Veronae . . .	ibi	121. Pro Rucupis in Anglia	510
87. Pro eodem loco . . . .	ibi	122. Pro Gallia . . . . .	512
88. Pro Cauria in Hispania	ibi	123. Pro Belgio . . . . .	ibi
89. Pro eodem loco . . . .	ibi	124. Pro eodem loco . . .	513
90. Pro eodem loco . . . .	ibi	125. Pro eodem loco . . .	514
91. Pro eodem loco . . . .	ibi	126. Pro Marianopoli . . .	ibi
92. Pro Melita . . . . .	383	127. Pro Dioecesi Quitensi	ibi
93. Pro Hispania . . . . .	ibi	128. Pro Curenna . . . . .	516
94. Pro eodem loco . . . .	ibi	129. Pro Carcasso . . . .	ibi
95. Pro Wladislavia . . . .	384	130. Pro Oppido Vivario Se-	
96. Pro Ariano in Apulia . .	ibi	gobricensi . . . . .	517
97. Pro eodem loco : . . . .	ibi	131. Pro Gallia . . . . .	ibi
98. Pro eodem loco . . . .	ibi	132. Pro Dioecesi Parmensi	513
99. Pro eodem loco . . . .	ibi	133. Pro Austria . . . . .	ibi
100. Pro Pekino . . . . .	385	134. Pro Lincio . . . . .	583
101. Pro eodem loco . . . .	ibi	135. Pro Gallia . . . . .	583
102. Pro Archidioecesi Chi-		136. Item pro Gallia . . .	ibi
cagiensi . . . . .	ibi	137. Pro Hispania . . . . .	586
103. Pro Parisiis . . . . .	456	138. Pro Melita . . . . .	ibi
104. Pro Galliis . . . . .	457	139. Pro Lincio . . . . .	587
105. Pro eodem loco . . . .	ibi	140. Pro Utino . . . . .	636
106. Pro eodem loco . . . .	458	141. Pro Religione Belgica.	637
107. Pro Austria . . . . .	459	142. Pro eodem loco . . . .	ibi
108. Pro eodem loco . . . .	ibi	143. Pro Placentia . . . .	ibi
109. Pro eodem loco . . . .	ibi	144. Pro eodem loco . . . .	638
110. Pro eodem loco . . . .	ibi	145. Pro Parisiis . . . . .	ibi
111. Pro dioecesi Parmensi	ibi	146. Pro Neapoli . . . . .	ibi
112. Pro eodem loco . . . .	460	147. Pro Lincio . . . . .	639
113. Pro eodem loco . . . .	ibi	148. Pro oppido Zabarcos .	640
114. Pro N. . . . .	461	149. Pro Hispania . . . . .	ibi
115. Pro eodem loco . . . .	ibi	150. Pro Germania . . . . .	641
116. Pro Eynstadio . . . .	ibi	151. Pro America . . . . .	ibi
117. Pro S. Iacobo de Chile	ibi	152. Pro Italia, Bohemia et	

	Pag.		Pag.
Gallia . . . . .	641	Decretum super Oratoriis semipublicis . . . . .	205
153. Pro Castello Saltus Ro- tundi . . . . .	686	<i>Augustae Taurinorum.</i> De festo Purissimi Cordis B. M. V. in fine mensis Ma- rialis . . . . .	207
154. Pro Senogallia . . . . .	687	Atto di consacrazione di una Diocesi al Cuore purissi- mo di Maria V. . . . .	208
155. Pro Neapoli . . . . .	ibi	<i>Alatrina.</i> Dubia varia . . . . .	210
156. Pro Austria . . . . .	688	<i>Mexicana.</i> De conopeo et antependio altaris et de tintinnabulo pro Missa . . . . .	277
157. Pro Senogallia . . . . .	738	<i>Urbis et Orbis.</i> De Litanis SS. Cordis Iesu . . . . .	279
158. Pro Neapoli . . . . .	739	<i>Veliterna.</i> De quibusdam con- suetudinibus in Pontifica- libus et de usu Canonis et palmatoriae pro Cano- nicis . . . . .	281
159. Pro eodem loco. . . . .	ibi	<i>Urgellen.</i> De Presbytero As- sistente in missis non pon- tificialibus . . . . .	283
160. Pro Hollandia . . . . .	ibi	<i>Vicentina.</i> De dicendis a Ce- lebrante in reditu ad Sa- cristiam, absolute ad tu- mulum completa . . . . .	353
161. Pro eodem loco . . . . .	ibi	<i>Romana.</i> De festo fixo et proprio . . . . .	421
162. Pro Cortona in Tuscia . . . . .	ibi	<i>Caurien.</i> De quibusdam con- suetudinibus in Vesperis cum cantu . . . . .	ibi
163. Pro Dioecesi Pictaviensi . . . . .	740	<i>Guadicen.</i> De exequiis . . . . .	423
164. Pro eodem loco. . . . .	ibi	<i>Gaditana.</i> De quadam con- suetudine circa benedictio- nem Fontis . . . . .	425
165. Pro Parisiis . . . . .	741		
<b>Decreta SS. Congregationum.</b>			
<i>Ex S. Rituum Congregatione.</i>			
<i>Nivernen.</i> De potestate Epi- scopi super Oratoriis . . . . .	67		
<i>Lucana.</i> De facultate cele- brandi ad Missam et ad Vesperas in Pontificalibus . . . . .	70		
Dubium. An in cantu Prae- fationis et Orationis Do- minicalis in Missis canta- tis, organa pulsari queant . . . . .	71		
<i>Aginnen.</i> De Cereorum Be- nedictione die 2. Febr. transferendo in Dominicam . . . . .	ibi		
<i>Marianapolitana.</i> Dubia varia . . . . .	72		
<i>Utinen.</i> Dubia varia circa Fontis Sacri benedictionem . . . . .	137		
<i>Salernitana.</i> De praecedentia in processione SS. Sa- cramenti . . . . .	138		

	Pag.		Pag.
Decretum de cessione throni	427	dum cibi aut condimenti ibi	
Decretum de Missa exequiali lecta pro paupere defuncto . . . . .	428	De validitate cuiusdam ordinationis presbyterorum .	710
De cultu Sacratissimi Cordis Iesu amplificando . . . .	485	De cuiusdam Medici adstantia disputationibus de hypnotismo . . . . .	711
<b>Ex S. Congregatione Indulgentiarum.</b>		De tempore medio loci Greenwich pro Neerlandia . .	ibi
De Absolutione Generali Tertiariis Franciscalibus danda . . . . .	197	<b>E Suprema S. Officii Congregatione.</b>	
De quibusdam coronis quibus Indulgentiae plenariae et particulares magna copia tribuuntur . . . . .	198	Circa interpretationem Bullae Pii IX Apostolicae Sedis	132
Indulgentiae pro legentibus S. Evangelium . . . . .	199	De statu libero statuendo pro Sponsis . . . . .	134
<i>Urbis et Orbis.</i> Decretum de indulgentiis apocryphis .	407	De absolutione a casibus S. Sedi reservatis . . . . .	200
<i>Leopoliens. Ruthenen.</i> De Confessione et Communionem requisita ad lucranda quamdam Indulgentiam .	659	De domicilio pro contrahendo matrimonio . . . . .	201
<b>Ex Suprema Congregatione Inquisitionis.</b>		<i>Mediolanen.</i> Circa obligationem recitandi officii defunctorum . . . . .	338
De excommunicatione minori contra communicantes cum excommunicatis . . .	134	De Matrimonio inter unam partem catholicam et alteram, quae a fide defecit	418
De impedimentis pro Matrimonio contrahendo . . . . .	546	De dilatione in administratione baptismi . . . . .	419
De confessionibus Regularium per eorum Superiores . . . . .	709	De Regularium subditorum Confessionibus per Superiores . . . . .	599
De usu Margarinae per mo-		<b>Quaestiones Academiae Liturgicae Romanae.</b>	
		I. De Patrono et Titulo in addendis et variandis pro Rubricis . . . . .	12



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



	Pag.		Pag.
8. De anniversariis defunctorum affigendis feriis hebdomadarum . . . . .	519	Continuatio . . . . .	429
9. De iure transferendi quoad solemnitatem festum SS. Cordis Iesu . . . . .	592	Continuatio . . . . .	553
10. De loco Cruciferi et Acolythorum in absolute pro Sacerdote defuncto, cuius cadaver non est physice praesens . . . . .	651	<b>Argumenta Varia.</b>	
11. De Missis de Requie cum cantu, bis vel ter infra hebdomadam indulta extra Octavas privilegiatas, infra hebdomadam Nativitatis Domini . . . . .	704	Omina . . . . .	5
<b>Super Calendario Studium.</b>		Allocutio ad Sacrae Liturgiae studia auspicanda . . . . .	ibi
Initium . . . . .	332	Continuatio . . . . .	73
Continuatio . . . . .	386	Quaestiuncula super missa privata et cantata . . . . .	45
Continuatio . . . . .	472	Continuatio . . . . .	113
Continuatio . . . . .	534	Super Cyclo Paschali difficultates et responsa . . . . .	50
Tabula Paschalis . . . . .	536	De praeminentia Festi SS. Rosarii prae altero S. Angeli Custodis Nationis . . . . .	171
Tabula Paschalis nova reformata . . . . .	538	De natura concursus diei infra octavam . . . . .	180
Continuatio . . . . .	587	Super Cantu Ecclesiae documenta . . . . .	213
Tabula triginta cyclis decemnovalibus Paschatum constans . . . . .	590	Super Ritibus ac Caeremoniis defectus . . . . .	291
Continuatio . . . . .	642	Specimen Calendarii universalis Ecclesiae pro anno Domini 1900 . . . . .	313
Super Calendario. Appendix	723	Breve Leonis PP. XIII ad Domum Desclèe, Lefebvre et Sociorum . . . . .	331
<b>Alleluia. Specimen biblicum, historicum, Liturgicum.</b>		Breve SS. D. N. Leonis XIII ad Directorem Ephemeridum . . . . .	349
Initium . . . . .	390	Super associatione Cadaveris dubia . . . . .	395
		SS. D. N. Leonis PP. XIII Litterae Encyclicae de hominibus SS.mo Cordi Iesu	

	Pag.		Pag.
devovendis . . . . .	477	ad Episcoporum Anglo-	
Formula consecrationis ad		nen. et Tursien. Epistola.	660
SS.mum Cor Iesu . . . . .	483	De reservatione absolvendi	
De officiis simplicatis . . . . .	524	Confessarium, qui sui com-	
De quarundam precum ori-		plicis audit confessionem,	
gine . . . . .	541	facta a quibusdam Epi-	
De solempni conventu in Re-		scopis. Casus Moralis . . . . .	661
demptoris obsequium a		Super Oratoriis ius liturgicum	690
Societatibus catholicis Ro-		Super Ritibus ac Caeremo-	
manis Romae habito . . . . .	543	niis defectus . . . . .	700
De Iubilaeo seu Anno Sancto	597	Continuatio . . . . .	742
SS. D. N. Leonis Pp. XIII			



## INDEX ALPHABETICUS

RERUM NOTABILIVM QVAE IN HOC XIII TOMO CONTINENTVR

(N. B. Numerus lectorem ad paginam remittit)

### A

**Absolutio Generalis**, dubia quaedam circa Absolutionem istam *pro Tertiariis Franciscalibus* S. Congregationi Indulg. et Reliquiarum propositas, 197.

**Absolutio in Missis defunctorum**, de quadam consuetudine *plurium absolutionum die 2<sup>a</sup> Nov.*, casus, 268 — quid absolutio, *ibid.* — libri liturgici *plures modos absolutionem peragendi* nobis exhibent, *ibid.* — absolutio plerumque *post finitam Missam peragitur, ibid.* — nunc Romae *pro solo S. Pontifice quinque absolutiones fiunt*, 270. antiqui-



tus in Sacerdotum et Clericorum exequiis *tres absolutiones* fiebant, *ibid.* — consuetudo *plurium absolutionum super aliquo ex sepulchris*, post illam ad tumulum, non videtur reprobanda, *ibid.* — consuetudo haec *perantiqua est et non adversatur Rubricis*, 272 — in Pontificali ritum descriptum habemus, qui cum hac consuetudine *similitudinem quamdam habet*, *ibid.* — non videtur reprobandus usus *alia Responsoria ex officio desumpta canendi*, quando *plures peraguntur absolutiones*, 273 — casui nostro favet Pontificale, *ibid.* — Ultima absolutio fieri debet cum Responsorio « *Libera me D.ne* » et Oratione « *Absolve* » *ibid.* — usus repetendi Responsorium « *Libera me D.ne* » *toties quoties datur absolutio* retineri potest, 274 — reprobandus censetur usus Respon. « *Libera* » *in tot partes dividendi*, *ibid.* — *normae* assignantur, a Cavalieri exhibitae, *sequendae in dictis absolutionibus*, *ibid.* — *regula pro Regularibus* in Commemoratione defunctorum, Confratrum et similium, *in quibus plures absolutiones peraguntur*, 275 — reprobatur *usus aspersionis et thurificationis totius Ecclesiae per acolythos vel ministros sacros*, postquam ter per Sacerdotem facta est aspersionis et thurificatio super sepulcra, *ibid.* — expleta absolutione ad tumulum in officiis et Missis cum cantu die 7<sup>a</sup>, 30<sup>a</sup> et anniversaria, *in reditu ad Sacristiam* quid dicendum, 278 — in absolutione pro Sacerdote defuncto, cuius cadaver non est physice praesens, *quoniam in loco Crucifer cum Acolythis sistere debeat*, quaestio, 651 — Solutoris sententia est *Cruciferum cum Acolythis in hac absolutione se sistere debere inter tumulum et Ecclesiae ianuam*, 653 — in appendice ad praefatam solutionem declaratur *Rubricis magis consona* contraria sententia, quae tenet *Cruciferum se sistere debere inter tumulum et altare*, 656 — in absolutione hac Celebrans cum Diacono *sistere se debet contra Crucem et sedere nequit*, 700 — V.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

— de Psalmis *Hallel* constituentibus, qui cantabantur *inter coenae caeremonias*, 431 — continuatio, 553 — exponuntur Psalmi *In exitu Israel, Dilexi quoniam, Credidi propter quod, Laudate D.num omnes gentes, ibid.* — finis tandem *Hallel* imponitur cum Ps. 117 *Confitemini D.no*, 554 — hac altera parte absoluta, *binae preces omnia concludebant*, 555 — quandoque praefatum ritum *sequebatur quintus calix, ibid.* — tunc *grande Hallel concini solebat, ibid.* — qua ratione *Alleluia* ex *hebraica* gradum facere in *Christianam Liturgiam* potuit, 557 — *pauciores sunt leviorisque ponderis notitiae*, quae de *Aevi Apostolici Liturgia* ad nos pervenerunt, *ibid.* — Cantica illa coenae propria ob arctiorem institutionis nexum, *veluti natura ad fractionem panis solemniorem reddendam fuerunt adhibita, ibid.* — documentorum *inopia* ea super re ploratur, 558.

**Altare**, occasione alicuius festivitatis *erigi potest altare portatile* in Ecclesiis, 640 — altaria quorum sepulcrorum *opercula fracta sunt, uti execrata sunt habenda*, 394 — Celebranti nulla inhaeret obligatio inquirendi *an altare sit fixum, an portatile, an lapis sit longior, latior etc.*, 674 — V. *Imago*.

**Altare Chorale**, in hoc altari *quivis Sacerdos Sacrum facere potest vel privato vel cum cantu*, dummodo Horae Canonicae non persolvantur, 514.

**Altare privilegiatum**, Sacerdos Tertiarius Franciscalis *ter in hebdomada gaudens privilegiato altari*, tali privilegio non gaudet, *si ex alio titulo iam illo fruatur*, 384.

**Amictus**, de amictu bireti loco, pro *Celebrantibus bireto non utentibus*, 734.

**Ampullae osculandae** non sunt in Missa solemni *quando non traduntur Celebranti*, 688 — V. *Subdiaconus*.

**Angelus (S.) Custos Nationis**, V. *Rosarium B. M. V.*

**Anniversarium defunctorum**, in anniv. late sumptis *non est*

*dicenda Oratio « Deus indulgentiarum » anniversario- rum propria, 461 — utrumne anniv. sive late sive stricte sumpta affixa esse possint hebdomadarum feriis, quae- stio, 519 — quibusnam diebus impediuntur Anniv. seu Missae cum cantu pro defunctis, sive a testatoribus fun- data pro die obitus aut alia determinata die, sive privata ad petitionem viventium, dummodo pro die obitus, ibid. — haec Anniv. si in diem impeditam incidant, in proxi- mam diem liberam transferri, vel in proximiori antece- denti die similiter libera anticipari possunt, 250 — ut Anniv. notis iuribus fruuntur non amplius requiritur ut sint fundata, sed sufficit ut sint privata et vere Anniv. a die obitus vel depositionis, ibid. — quid Anniv. stricto sensu et quibusnam gaudeat privilegiis, 521 — S. R. C. testatori privilegium confirmavit fundandi legatum Mis- sam de requiem canendi in aliqua die ab ipso determi- nata, gaudente iisdem privilegiis de die proprio Anniv., ibid.—in hoc tamen Anniv. non est dicenda oratio « Deus indulgentiarum » veri Anniv. propria, sed alia aptior, ibid. — tam verum anniv., quam alterum fundatum, hebdomadarum feriis affigi nequit, 522 — Anniv. late sumpta dicuntur illa, quae a Religiosis Communitatibus, a Canonico Collegiis, a Confratribus etc. semel in anno fieri solent, ibid. — Anniv. ista translationis privilegio fruuntur, ibid. — Missa huiusmodi Anniv., si quidem in cantu, ritui duplici respondet, 523 — Anniv. stricto sensu acceptum sive in proprio die obitus vel depositionis cele- bretur, sive in alio die a testatore statuto, ad diem, non ad feriam affigi debent, secus dicendum de Anniv. late sumptis, ibid.*

**Annus Sanctus**, indulgentiae et facultates, quae Anni Sancti tempore, suspensae manent, 597.

**Antiphona**, iuxta Episcoporum Caeremoniale cum Canonicus antiphonam intonat; ceteri Canonici omnes, praeter Heb-

domadariū paratum, *surgere debent, ab utroque latere chori, nisi tamen consuetudo adsit ut una tantum pars assurgat*, 38; 515 — *praeintonans iuxta notas musicas debet Canonico intonanti antiphonam canere, ibid.* — Canonici *iuxta dignitatis ordinem antiphonas intonare debent*, 516 — *antiphonae pro processionibus in festo Purif., in die Palmarum, et benedictione Cinerum praescriptae, omitti nequeunt sine fractione legis*, 518. — V. *Asteriscum.*

**Antependium altaris**, eius color *non est praeceptivus*, 512.

**Apostolicae Sedis**, dubia quaedam hanc circa Constitutionem, 132.

**Arundo** in Missa Sabbati Sancti *ab altari removenda est Missa finita*, 296.

**Aspersio Aquae benedictae** in Dominicis ante Missam solemnem facienda, 636, 640, — V. *Associatio cadaveris.*

**Aspersorium** Praelato *cum cappa ad Ecclesiam accedenti dignior Ecclesiae tradere debet*. 688.

**Assignatio**, V. *Praecedentia.*

**Associatio cadaveris**, super cadaveris associatione dubia, 396. — Parochus re in se inspecta, defuncti cadaver *associare tenetur usque ad Coemeterium*, 496 — sed ut plurimum *per electum et peculiariter destinatum Cappellanum* ad Coemeteria deferuntur, 397. — unicuique ex Parochis iure imponi potest obligatio *Ecclesiam neutram pro simplici absolute prout in casu adeundi, ibid.* — praefata absolutio a Parocho *in sua Paroecia dari potest*, aut in alia Ecclesia *cum Rectoris assensu*, 398. — *Rituale de aspersione extra Urbem silet*, unum enim supponit Sacerdotem seu Parochum *officia omnia super defuncti cadaver peragentem* a domo ad Ecclesiam et sepulturam, *ibid.* *aspersio, prout in casu, commendanda est*, 399 — de consuetudine officium defunctorum *in domo defuncti recitandi, sive Missa dicenda sit pro eo, sive Absolutio tan-*



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



*Sabb. Paschae et Pentec.*, 739 — V. *Fons baptismalis*.  
**Bernardus** (S.) ubi est Titularis vel Patronus lectiones I Noct.  
 sunt *de Sapientia*, 167.  
**Biretum**, V. *Amictus*.

## C

**Cadaver**, pro cadavere prope altare sepeliendo *lateralis distantia unius metri ab altari* requiritur, 111 — V. *Associatio cadaveris, Exequiae, Missae de Requiem*.

**Calendarium**, *Conventualis missa* respondere debet Canonico officio 26 — *Capitulum in Ecclesia pro tempore tanquam sua, proprium Calendarium sequi tenetur*, 27 — *Calendarii specimen Universalis Eccl. pro anno Dni 1900*, 313 — *Super Calendario studium*, 332 — *verbi Calendarii etymologia, et quid Calendarium impraesenti, ibid.* — *Calendarii Institutores et Reformatores*, 333 — *num aliquid melius ac perfectius addi possit systemati in Gregoriano Calendario proposito*, 335 — *incommoda provenientia ex Gregoriano Calendario pro festis mobilibus et fixis, ibid.* — *translationis festorum incommodum*, 336 — *continua festorum translatio una est ex causis ob quam Fideles liturgicis functionibus amplius non participent, ibid.* — *Calendarium scopum ad quem est ordinatum non amplius attingere potest*, 386 — *Summi viri Calendarium perficere aggressi sunt, ibid.* — *imperfectio praecipue oritur ex eo, quod anno communi dies unus, bissextili duo supersint, qui extra hebdomadas manent.* 388 — *modus quidam obviandi dicto incommodo, ibid.* — *fructus, qui ex faciliori principio posito, eruuntur*, 472 — *praemissi Calendarii utilitates*, 474 — *fructus alter, quem ex Dominicarum firmitate percipere facile est, respicit festa mobilia*, 534 — *nova tabula Paschalis iuxta propositam emendationem*, 536 —

tabula Paschalis nova reformata, *quae in initio Breuiarii extat*, 538 — huius tabulae *usus* 540 — inter utramque *discrimen*, *ibid.* — ex Dominicarum stabilitate venit *Cyclus vel tabula Paschalis perpetua*. 587 — hinc principium vi cuius ad Pascham agnoscendam nil aliud requiritur, *nisi Epactae inquisitio et cognitio*, 588 — Epactarum tabulam conficiendi ratio, *ibid.* — de modo utendi hac tabula, *ibid.* — tabula *triginta cyclis decemnovalibus paschatum* constans, 590 — eius explicatio, 591 — quaedam circa expositam Calendarii perfectionem *obiectiones*, 642 — de novo opere « *Studio sull'unificazione del Calendario* » auctore Edoardo Martinetti, 723.

**Caligae**, V. *Erequis*.

**Camillus** (S.), V. *Secreta*.

**Candelabra**, V. *Missa sollemnis de Requie*.

**Candelae**, Clerici funus comitantes *candelas accensus deferre debent*, 44 — de candelarum benedictione *in die II Febr. transferenda* ob festi Purificationis suppressionem, 71 — V. *Missa Parochialis*.

**Canon**, V. *Canonici*.

**Canonici**. Eccl. Veliternae; sicut Canonici in Basilicis Minoribus Urbis, *Canone et Palmatoria in propria tantum Ecclesia uti possunt*, 283 — V. *Antiphona, Chorales, Chorus, Officia, rotiva, Subdiaconus*.

**Cantus**, S. R. C. decretum die 7 Iulii 1894 datum *circa novam editionem librorum cantus ecclesiastici*, 213 — Breve Apostolicum ad Eq. Fridericum Pustet, S. Sedis et S. R. C. Typographum, 218 — nova Ratisbonen. editio Gradualis Romani *authentica rursus declaratur*, 220 — Breve Apostolicum, *quo peculiaris commissionis virorum Ecclesiastici cantus peritorum opera probatur et laudatur*, quoad novam librorum liturgicorum Ratisbonen. editionem, 223 — Litterae S. R. C. Rmis Italiae Ordinariis *circa sacram musicam*, 225 — de Musica Sacra *Ordinatio*,



229 — generales normae circa musicam in ecclesiasticis functionibus adhibendam, 220 — Monita ad studium Sacrae Musicae promovendum et abusus, 233 — V. Confiteor, Missa votiva.

**Canutus** (S.), dies S. Canuti etsi perpetuo impedita, *mutari in aliam nequit, nisi id S. R. C. concesserit*, 166.

**Cappella**, V. Oratorium.

**Casus reservati**, dubia quaedam circa absolutionem casuum S. Sedi reservatorum, decr. Supr. Congr. S. Officii, 290.

**Centenarius** dies ad peculiariter orandum pro defuncto *privilegiatus dici nequit, saltem nisi S. R. C. placitum accedat*, 262.

**Cera**, de *cera communi* in solemni Missa defunctorum, 43.

**Ceroferarii**, V. Acolythi.

**Chorales** quomodo *Chorum ingrediuntur, se salutent stantes in choro*, 514 — V. Chorus.

**Chorus** tam in Missa quam in solemnibus Vesperis coram Sacramento exposito *solito more thurificatur*, 517 — V. Thurificatio.

**Cingulum** pro Missa *coloratum permittitur, decet tamen ut non nisi ex aliquo sit de quinque coloribus inductis et probatis*, 687.

**Cistercienses** Rubricas proprii Missalis *in omnibus sequi debent*, 43.

**Coemeterium** benedictum benedictionem non amittit, *si pro quinta parte ampliatur sit*, 41 — V. Associatio cadaveris.

**Collatio SS. Ordinum**, imo et Episcoporum consecratio ex lege ecclesiastica regulariter *non permittuntur in die feriato SS. Lucae et Marci Evangelistarum*, 121 — probatur *ex Rubricis, ibid.* — probatur *ex decretis*, 123 — *ex auctoribus, ibid.* — *ex liturgica ratione*, 126 — *ex historia* 128.

**Collectae imperatae** *ordinantur iuxta ordinem Missalis*,



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

sed extra Officium et Missam *brevis nisi aliter notetur* in Rubricis, 295.

**Concursus**, in concursu *S. Francisci Ass. dup. mai* cum *S. Remigio translato sed eiusdem ritus* in Gallia, *Vesperae dividendae sunt*, 376 — salvo meliori iudicio, concurrentibus secundis Vesperis diei octavae Dedic. Ecclesiae propriae cum primis Dedic. Basil. SS. Petri et Pauli *fiunt Vesperae de praecedenti cum commem. sequentis*, 441 — de Rubrica *super occurso festi Septem Dolorum* non integre applicanda in concursu, 442 — de commem. praecedentis S. Pauli die 30 Iunii *concurrentis cum festo Pretiosissimi Sanguinis*, 444 — V. *Dies infra octavam, Occursus, Octava*.

**Confessiones**, Regularium, Seminariorum et Collegiorum Superiores *subditorum confessiones amplius audire nequeunt* ex decr. S. O. C., 596 — per praedictum Decr. S. Officii *nihil derogatum fuit constitutionibus apostolicis quoad Ordines Religiosos*, 708.

**Confirmatio Sacra**, quando *documentum acceptae Confirmationis non reperitur*, Episcopus iure suo utatur, 134.

**Confiteor** ad completorium, vel in precibus quando sint dicendae, *voce depressa dici potest*, 166 — *Confiteor* in Benedictione Apostolica *locum non habet*, 447 — contraria consuetudo *abroganda est*, 452 — in Missis pontificalibus *Confiteor* ante distributionem SS. Eucaristiae *cantandum est*, 453 — item *in missis solemnibus*, 454, 688 — etiamsi agatur *de missis solemnibus de Requiem*, 455.

**Conformitas Missae cum officio**, Sacerdotes secessui spirituali vacantes in domibus Religiosorum, *Calendario Communitatis uti debent* tam in Missa quam in officio, 30.

**Conopeum**, conopei materia pro tabernaculo *non est lege determinata*, 170 — reicitur *usus tabulae depositae ad ostium tabernaculi* pro conopeo, 277 — *non est mu-*

*tandus ad Benedictionem cum Sacramento quae datur post Vesperas, 512, 743.*

**Consecratio Episcoporum, V. Collatio SS. Ordinum.**

**Contitalares, V. Symbolum.**

**Cor Iesu SS.,** Eius missa votiva a Summo Pont. Leone XIII *in prima ex sextis feriis mensium concessa, nullam admittit commemorationem, 109* — privilegium translationis Ipsius festi *ad omnes prorsus dioeceses extenditur, 261* — *non semel pro semper* Episcopi diem pro hoc festo statuere debent, 261 — de hominibus SS. Cordi Iesu devovendis, 477 — Consecrationis formula, 483 — de cultu SS. Cordis Iesu *amplificando, 485* — de iure transferendi *quoad solemnitatem* festum SS. Cordis Iesu, Ordinariis locorum concesso *per decr. in Romana sub die 23 Iulii 1897, propositio quaestionis, 529* — dictum ius translationis *ita intelligendum est ut in diem quotannis pro opportunitate diversam* hoc festum transferri valeat, *ibid.* — Eius officium et Missa est *ea quae ponitur in corpore Breviarii et Missalis, ubi est Titularis, pro ea quae habetur in appendice* requiritur concessio, 741 — V. *Litaniae.*

**Corpus Christi SS., V. Octava Corporis Christi.**

**Cotta, V. Administratio Sacramentorum, Benedictio cum SS. Sacramento.**

**Credo, in Missa de infra octavam Deiparae extra officium recitatum** *Credo locum non habet. 304* — Patronus totius regni Ungariae *ius habet ad Credo in Missa diei festi et per octavam, 309* — ubi S. Ioannes Baptista est Patronus loci *dici debet Credo per totam Octavam, 500* — V. *Gloria in excelsis, Symbolum.*

**Crotalum, V. Feria VI in Parasceve.**

**Crucifer, V. Absolutio in Missis defunctorum.**

**Crux, pro signo Crucis V. Nunc dimittis.**

**Crux processionalis** quando velo tegenda est *sufficit ut coo-*

*periatur e parte, quae populum respicit dum defertur,*  
43 — in processionibus pro sepulcro Feria V et VI Mai.  
Hebd. a Subdiacono parato deferenda est, 296 — V.  
*Exequiae.*

**Crux Sancta**, est Ministri in sacris instituti Reliquiam S. Crucis de loco eminentiore altaris *deponere* vel in eo *exponere*, ut Sacerdos postea cum illa *benedicat populum*, 169 — Reliquiae S. Crucis *feri debet genuflexio* et sub Baldachino *laudabiliter rubeo* poni potest et in processionibus deferri. 740.

**Cyclus Paschalis**, difficultates supra *Methodum inveniendi Pascham* ab Ephemeridibus in fasciculo quinto transacti anni propositam, 50 — responsa, *ibid.* — V. *Calendarium.*

**Cyrillus et Methodius** (SS.) eorum festum e die V Iulii *in diem primam liberam transferendum* est etiam in locis ubi *sub ritu dupl. recolebatur*, ut eo die fieri possit *de S. Antonio Zaccaria*, 33 — in Ecclesia S. Methodio dicata, in recolendo eius festo ut Titularis, *separari nequit a S. Cyrillo*, 229 — et eorum festum agendum est *die 7 mensis Iulii*, 300, 310, 365, in nota.

## D

**Decreta** S. R. C. nondum evulgata *num obligent nec ne*, et utrum iis *quis se possit conformare*, 663.

**Dedicatio Ecclesiae**, de officio de infra octavam Dedic. Eccl. *cum commemorari debet Dedic. Bas. SS. Salvatoris*, casus, 140 — quid *Commemoratio etymologice* quid in *liturgico sensu*, 141 — *Commemorationum Regulae* a Leone XIII anno nuper elapso reformatae, 142 — *collatio veteris textus Rubricae cum Rubrica reformata*, 243 — quid antiqua Rubrica in casu statuerit, 145 — quare antiqua Rubrica dicat *nisi aliter signetur*, 147 — *immensus officiorum numerus*, quem habet Calendarium universale Breviario



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



*terutram*, habent, 182 — dies infra Octavam *differt quod Vesperas attinet*, si a ritu suo abstrahatur, *ab omnibus alii officiis, ibid.* — Legislator ne rem inutilem faceret, *necessario unicas ponere debuit Vesperas pro infra octavam diebus*, 183 — dies infra octavam *et primas et secundas Vesperas habent*, 184 — reiicitur *concurrentia passiva impropria* a Guyeto admissa pro primis horum dierum Vesperis, 185 — Dierum infra octavam Vesperae *nec primae nec secundae videntur, stare tamen pro utrisque*, 187 — hi dies licet inter se concurrere nequeant, *bene tamen cum aliis duplicibus concurrere possunt*, 188 — opponitur quaedam *anomaliam in faciendis commem.* derivans ex *concurrentia passiva*, quae Vesperis infra Octavam tribuitur, 189 — haec anomaliam, si admitti posset, a *Rubricis derivaret, ibid.* — Natura concursus diei infra Octavam *sui generis est, ibid.*

**Dies irae**, V. *Orationes.*

**Dies obitus** extendi nequit *ad diem 15<sup>am</sup> vel 20<sup>am</sup>* in quo *Christiani Sinenses funere pro defunctis agere solent*, 268 — V. *Absolutio in Missis defunctorum, Missae de Requie.*

**Dies propria**, V. *Titulus.*

**Dio sia benedetto** *iuxta decr. S. C. Ind. diei 2 Febr. 1897* recitari debet. 742.

**Domnica**, V. *Calendarium.*

**Doxologia**, V. *Veni Creator.*

**Ductus**, quid *ductus*, quid *ictus in thurificatione*, 515.

## E

**Epacta** V. *Calendarium.*

**Epiphania**, V. *Octava, Titulus.*

**Episcopi**, V. *Diaconus, Regulares, Rocchetum, Thronus.*

**Epistola** non in choro legenda est, sed *in cornu Epistolae retro post Celebrantem*, 637.

**Eucharistia**, V. *Oratorium*.

**Evangelium** in Missa solenni *ter simplici ductu* a Diacono incensatur, 263 — in cornu Evang. *contra altare versus populum* cantari debet, *ibid* — iterum *de modo et loco* canendi Evangelium, 629 — V. *Indulgentiae*.

**Excommunicatio**. Ablata excommunicatione minori contra eos, qui communicant cum nominatim excommunicatis a Summo Pontifice, *non censetur ablata prohibitio*, 134 — V. *Apostolicae Sedis Constitutio*.

**Exequiae**, de quibusdam consuetudinibus in exequiis, 372 — mortuaria vestimenta pro Sacerdotum cadaveribus *violacei vel nigri coloris* sint, 376 — in manibus Sacerdotis defuncti *Cruce et non calix ponit debet*, 380 — permitti potest calix *dummodo non adhibeatur pro missis*, 424 — cuiuscumque defuncti cadaver *pedibus versus anteriorem partem deferendum est in feretro*, et cum Sacerdotis cadaver effertur, *ad ianuam Ecclesiae mutari debet positio*, *ibid.* 423 — Sacerdos officium faciens in associatione *praecedere feretrum debet*, 381, 424 — tolerari nequit consuetudo *duas cruces deferendi ante cadaver*, et *Cruce Capitularis*, quae est etiam *Cruce Ecclesiae Cathedralis*, deferri debet, 423.

**Expositio SS. Sacramenti**, in solempni expositione in forma XL horarum ante benedictionem *potius quam recitare Litanias B. M. V. expedit servare Clementinam Instructionem*, 212 — *ex indulto privilegia ad preces ad instar Orationis XI. horarum extendi possunt*, 611 — pro Expositione privata, V. *Incensatio*.

**Exultet** dum cantat Diaconus *codem modo stat in cornu Evangelii ac dum cantat Evangelium*, 462.



## F

**Facultates absolvendi** V. *Annus Sanctus.*

**Familia Sacra**, in Vesp. S. Fam. concurrentibus cum alio officio Deiparae vel S. Ioseph, *commemoratio minus digni* omittenda est, 109 — cum fit officium vot. de SS. SS. Euchar. vel de Passione, vel de Imm. Conc. vel de S. Ioseph, in Suffragiis *omittitur commemoratio S. Familiae* Titularis, 309 — ubi S. Familia Titularis est in officio vot. de Imm. Conc. vel de S. Ioseph, *commemoratio fiat S. Familiae*, nec omitti posse videntur Commemorationes communes de B. M. et de S. Ioseph, 577 — in praxi standum est Decr. Ord. Minorum Capulatorum, iuxta quod *agenda est comm. Tituli*, et aliae de S. Maria et de S. Ioseph *omittendae*, 641 — V. *Nomen Iesu.*

**Feria VI in Parasceve**, de signo dando *cum Crotalo* ad processionem in cantu hymni *Vexilla*, uti ad *Sanctus* et *elevationem* in feriis V et VII Mai. Hebd., 112.

**Festa mobilia**, festorum mobilium publicatio facienda est *thurificato Celebrante post Evangelium* et a Ministro *diverso a Diacono Missae*, 583.

**Festa solemniora**, de tribus solemnioribus festis locorum casus, 80 — haec tria festa *aliis quibuscumque*, exceptis solemnioribus universalis Ecclesiae, *praestant in concurrentia*, 81 — item in concurrentia, 83 — alia festa I classis ratione ritus *includuntur sub denominatione festorum localium* non ratione solemnitatis, 87 — quoties et quamnam mutationem huiusmodi Rubricae passae fuerint, *ibid.* — quid in praesenti indubie tenendum, 88 — quid de sententia prout in casu, 89 103.

**Festum, fixum, mobile, proprium et minus proprium**, V. *Praecedentia, Rosarium, Solemnitates festorum.*

**Fons baptismalis**, attentis circumstantiis prout in casu, *con-*



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

mis Vesperis in hebdomada Passionis, *Vesperarum hymnus coniungi debet cum hymno Matutini*, 89 — de *hymnorum coniunctione*, quaestio, 443 — de *hymnorum antiquitate* in officiis liturgicis, 434 — de eorum usu in latina et graeca ecclesia, 437 — quid recens mutatae Rubricae praescribunt *super hymnorum coniunctione*, quidque super eorum conclusione in *casu coniunctionis*, 439 — pro quo ex duobus disceptantibus ut in casu ratio pugnet, 449 — V. *S. Ioannes Baptista*.

**Hypnotismo**, S. Sedis oraculum pro medicinae doctore interesse volente disputationibus, *quia fiunt a Societate Scientiarum Medicarum de suggestionibus hypnoticis* in curationibus puerorum aegrotorum, decr. S. R. et Un. Inq., 711.

## I

**Ictus**, V. *Ductus*.

**Identitas festorum**, V. *Rosarium*.

**Imago** Titularis altaris fixi *mutanda non est*, 508 — In Mai. Hebd. *imagines discoopertas in processionibus deferre non licet*, 586 — in processione Corporis Christi *Sanctorum imagines deferre non licet, ibid.* — V. *Hostia, Inclinatio capitis*.

**Immaculata Conceptio**, ubi privilegium habetur dicendi in Sabb. *Missam de Imm. Conc. B. M. V.*, si Vigilia Assumptionis occurrat in Sabbato, Missa erit « Gaudens gaudebo » cum 2<sup>a</sup> Orat de infra oct S. Laurentii, 3<sup>a</sup> de Spiritu Sancto, 501.

**Impedimenta**, V. *Matrimonium*.

**Incensatio** in *expositione privata seu cum pyxide*, quam sequitur benedictio, nulla lege praescribitur, 267 — V. *Thurificatio*.

**Inclinatio capitis** ad Sanctorum nomen in Missa facienda

est quum nomen Sancti vel etiam Iesu ad textum pertinet et nomen debet esse proprium non commune, 45 — inclinatio capitis tantum sufficit in Missa ad *Agnus Dei* et ad *Placeat*. 47 — inclinatio profunda facienda est a Sacerdote celebraturo in altari, in quo non asservatur SS. Sacramentum cum ad altare accedit et ante Missae initium, cum ab altari Missa expleta recedit, sufficit capitis inclinatio, 48 — nulla reverentia praescribitur ex Rubricis ad imaginem Sacristiae, *ibid.* 113.

**Indulgentiae**, S. Congregationis declaratio circa *Indulgentias Terrae Sanctae*, 198 — indulgentiae tercentum dierum concessio semel in die lucranda a *legentibus per horae quadrantem S. Evangelium*, 199 — in indulgentiarum publicatione agnomen dicitur in formula pro *Cardinalib.* non in illa pro *Episcopis*, 310 — proscribuntur quaedam *indulgentiae apocryphae*, 407 — visitatio et oratio ad lucrandas Indulgentias concessas pro *exercitiis pietatis totius mensis, vel novem vel plurium in genere dierum*, opportunius fiunt eadem die, qua S. Confessio et Communio praecipitur, 659 — V. *Annus Sanctus*.

**Ioannes (S.) Baptista**, cum dies octava S. Ioannis Bapt. utrisque Vesperis careat, *hymnus pro primis Vesperis coniungendus est cum hymno Matutini*, 687 — V. *Credo*.

**Ioannes (S.) Evangelista**, in Dioecesi in qua S. Ioannes Ev. est. Titularis Eccl. Cath. diebus infra Oct. *commemoratio Titularis praeferenda est commem. S. Stephani*, 499 — in concursu Octavarum S. Stephani et S. Ioannis Titul., Calendarium die 2.<sup>a</sup> Ian. rite ordinabitur « *Vesp. de seq. comm. praec. et SS. Innocentium* » *ibid* — in eiusdem dioecesis oppido, ubi S. Stephanus est Patronus praecipuus, fieri debet sicut in universali Eccl., seu *Vesp. de Nativ. a cap. de S. Stephano, commem. seq. et oct. Nativitatis*, 500 — diebus infra octavam *commem. S. Stephani praeferenda est commem. S. Ioannis*, in die

vero octava S. Stephani *hic integras habebit Vesperas, ibid.*, 632.

**Iubilaeum**, V. *Annus Sanctus*.

**Iuramentum suppletorium** pro Matrimonio contrahendo V. *Matrimonium*.

## L

**Laici** in presbyterio tolerari possunt, *semper tamen extra functiones liturgicas chorales*, 586.

**Litaniae**, de SS. Cordis Iesu Litaniis et totius mundi eidem SS. Cordi Consecratione, 279.

**Liturgia Sacra**, allocutio ad S. Liturgiae studia auspicanda, 5 — S. Liturgiae studium Clero *utile est*, 7 — necessarium est *ad eius instructionem*, 8 — *ad bonum Fidelium et ad Dei inimicos superandos* est necessarium, 9 — maxima probatur huius disciplinae dignitas *ratione auctoris*, 11 — et ex eo quod *inter scientias proprie dictas* enumerari potest, *ibid.* — refellitur obiectio, 73 — S. Liturgia ut ars considerata *suam dignitatem non amittit*, 74 — eo maior est eius dignitas, *quo maiori indiget ceterarum disciplinarum famulatu*, 75 — ipsa quoque *irrationalis natura* Deo auctore S. Liturgiae famulatur, 76 — *Methodus tenenda* in sacra liturgica doctrina tradenda, 78.

**Lotio Manuum** post adorationem Crucis fer. VI in Parasceve *per se praescribi nequit Sacerdoti celebranti*, 112 — Clerici dum Epo manus lavant, genuflectunt *ante et post tantum coram Episcopo Ordinario*, secus inclinant caput; Cardinali vero *semper genuflexio debetur*, 309.

**Lux electrica** in altari esse potest, *dummodo ad cultum non adhibeatur*, 511.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



*Dnus vobiscum, Oratione et reliquis usque ad Fidelium animae inclusive, 309, 681.*

**Mensis Marialis**, de Christifidelium consecratione *Purissimo Cordi Deiparae Virginis, 207 — formula consecrationis, 208.*

**Minister in Missa privata**, in missa lecta in altari, in quo non asservatur SS. Sacramentum, *genuflexio potiusquam inclinatio* facienda est a ministro *in accessu et recessu ab altari* et quoties per medium transit; 115 — in respondendo « Suscipiat etc. » ad *Orate fratres* non debet se *Celebrantem versus inclinare, 116 — cum in Missa legitur ultim. Evangelium ex Missali, hoc translato in Evangelii cornu, ibidem persistere usque in finem potest, 117 — Minister in missa priv. et Assistentes in Missa sollemni se ipsos signare et sibi pectus percutere debent, quoties hoc Celebrans facit, sed cum aliqua limitatione, 118 — in Puellarum Conservatoriis ex necessitate permitti potest ut Celebranti una ex puellis extra cancellos respondeat, 212.*

**Ministri Sacri** in solemniori Missa *in eodem scamno cum Celebrante sedent, 257 — Epistolarum liber a Subdiacono sicut et in Evangelio suis manibus tenendus est, nisi in ambone Epistola et Evangelium canenda sint, 259 — ad Introitum in Missa sollemni Celebrans stare debet in suppedaneo, Diaconus ad eius dexteram in primo gradu sub suppedaneo, Subdiaconus ad dexteram Diaconi in plano, et hoc sive sint Canonici vel non, ibid. — Diaconus si sit Cancus Eccl. Cath. ad benedictionem pro Evang. canendo stat inclinatus, sed Celebrantis manum osculari tenetur, ibid. — quoad pacem dandam et thurificationem Caeremoniale locorum consuetudinem esse servandam notat, ibid. — cum Celebrans post Confessionem in Missa sollemni ad altare ascendit, nullam genuflexionem Ministri facere debent, 264 — cum ad*

altare pergunt, unus post alium procedant et Presbyter assistens, si adsit, ad sinistram Celebrantis incedat, 283. 351 — V. *Benedictio cum SS. Sacramento.*

**Missa**, quomodo ordinanda *Missa privata occurrentis feriae IV Temporum infra octavam* casus, 104 — Missam privatam faciens de occurr. feria IV. Temporum ut in casu, iure suo utitur, *ibid.* — haec Missa post primam Orationem, *aliam habebit de semidupl. et tertiam de octava, propriae de feria omittentur*, 105 — Praefatio de octava dicenda est, 107 — non est dicendum *Credo, ibid.* — Missa communitatis, quae diebus dominicis legitur, non est ita stricte privata, ut et duo ministri, et plures candelae accendi nequeant, 114 — ut accendantur quatuor candelae ad Missam parochialem non requiritur solemnitas maxima, 263 — de omissione *Gloria et Ite missa est* in missa Dominicali, 742 — pro Missa Conventuali V. *Calendarium.*

**Missa de tempore**, de missa privata *Dominicae resumendae aut de feria*, semiduplici occurrente, propositio quaestionis, 559 — quid *Tempus liturgice acceptum*, 561 — Dominicae et feriae aliae sunt maiores, aliae minores, *ibid.* — Missae de Tempore dicuntur, quae non sunt de Sanctis, sed de Dominica vel de Feria *ibid.* — Missa votiva ea est, quam Rubrica non praescribit, utpote extra ordinem officii, *ibid.* — Missa votiva potest aliquando per accidens convenire cum Officio et a Rubricis praescribi, 562 — quaecumque Missa cum officio per se conveniens et a Rubricis per se praescripta non est votiva, 563 — praecipua appellanda videtur haec Missa, *ibid.* — praecipua est vel festiva, vel de tempore et tunc aut dominicalis aut ferialis est, 564 — Missae de tempore uti votivae haberi non possunt, *ibid.* — posito triu semid. in Dominicis et feriis occurrente, *dictae Missae de tempore in propriis diebus optimo iure fieri*



*possunt, saltem earum natura inspecta, 565 — iure positivo inspecto Missae Dominicales nunquam votivae esse possunt, secus dicendum de Missis feriarum maiorum, ibid. — Missae de tempore, cum extra ordinem officii propriis diebus recitantur, votivae sunt, 566 — non sunt tamen simpliciter votivae dicendae, sed votivae occurrentes, ibid. — Rubricae antiquae de Missis votivis de tempore penitus siluerunt, 567. — decreta nunc revocata, easdem Missas privatas omnino interdicebant, 568 — iuxta Rubricam recentius emendatam Missae Feriarum maiorum occurrentium celebrari possunt etiam in festis semid., nihil habetur pro Missis Dominicalibus et feriarum minorum, ibid. — iuxta Generale Decretum de Conformitate Missae cum officio, d. d. 9 Jul. 1895 occurrente semidupl., unicuique liberum est Missam celebrare non solum votivam, sed etiam de feria, ibid. — Decretum cum de feria in genere loquitur, per eam non nisi maior intelligenda est, 569 — iudicium de singulis prout in casu, ibid.*

**Missa sollemnis** quae in Nativitate Dni canitur, *tempori praescripto certe respondere debet, 267 — de non proseguenda Missa sollemni, dum Chorus Celebranti respondet, 756 — V. Ministri Sacri.*

**Missa votiva** sive sollemnis sive privata *indulta extra Vigilias privilegiatas, utrum in Vig. Epiphaniae dici possit, quaestio, 524 — Vig. Epiph. non est computanda inter privilegiatas, ibid. — Vig. Epiph. excludit votivas privatas et non nisi pro re gravi sollemnes admittit, 327 — si agitur ut fert casus de Missa vot. sive privata sive sollemni indulta infra hebdomadam aliquam extra Vigilias privilegiatas, certa illa dici potest in Vig. Epiph. intra limites indulti, 503 — in missis votivis privatis dicendis, secunda Oratio officio conformis sit, 507 — cantus in missa votiva, quae infra octavam aliquam ce-*



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

que alium clericum et *non ad Subdiaconum pertinet*, 465 — origo et antiquitas *Orationis super tumulum* valde incerta est, 467 — illicita a questionis Solutore putatur *Orationis recitatio facta inter Placeat et Eoan-gelium S. Ioannis*, 407 — ab alio Solutore contraria tenetur sententia *ibid.* — Missa sollemnis de Requiem *post acceptum nuntium de alicuius obitu in dissito loco celebrari potest die quae prima occurrat non impedita a fest. dupl. 1<sup>ae</sup> et 2<sup>ae</sup> cl. vel a festo de praecepto*, 501 — occurrente duplici, *Episcopo mortuo*, privatim de Requiem celebrare licet *in ipsa aula maiori Palatii*, ubi cada-ver expositum iacet iuxta Decr. Generale « Qui pro Dni » d. d. 3 Apr. 1894, 504 — ad utendum privilegio Decreti Aucto *requiritur quod Missae privatae de Re-quiem et funus cum Missa exequiali locum habeant in eadem Ecclesia*, *ibid.* — de *Missis privatis de Requiem pro die obitus*, quaestio, 601 — Christi Ecclesia vix Sy-nagogae suffecta *pro defunctis orare* coepit, 602 — tri-bus prioribus saeculis, *nulla extitit dies*, qua celebratio Missarum de requie, *saltem praesente cadavere*, prohi-bita fuit, 603 — quarto saeculo *initium alicuius limita-tionis apparet*, 605 — saeculi V initio et praecise anno 411, *primum huius limitationis documentum invenitur* in primo concilio provinciali, Bragae celebrato, 606 — circa saecula X, et XII, viguit adhuc aliquibus in locis usus canendi, *praesente cadavere*, Missam de requiem *in quacumque solemnitate*, 607 — etiam missae priva-tae *permissae semper fuisse videntur tribus prioribus saeculis*, *ibid.* — saeculis posterioribus, *maior introducta fuit severitas circa Missarum privatarum prohibitionem*, et etiam sollemnium, *ibid.* — pro die obitus seu depositio-nis *ab omnibus liturgicis intelligitur totum temporis spa-dium, quod a morte ad sepulturam intercedit*, 608 — ius liturgicum antiquum *relate ad Missas de requiem pro die*

*obitus, et primo ad privatas, ibid. — normae quae habebantur, quoad Missas cum cantu pro die obitus, 610 — ius liturgicum praesens relate ad missas privatas, 611 — praesens disciplina circa Missas exequiales, 621 — ad computationem bidui abstrahendum est a die obitus, ibid. — dies obitus considerandus pro uno eodemque die depositionis, 613 — dies solemniore in quibus permittitur Missa exequialis ut in die obitus, 614 — ius vigens ratione liturgica cohonestatur, ibid. — quid iudicandum de agendi modo prout in casu, 615 — Missae de Requiem lectae ex indulto concessae bis in hebdomada Ecclesiis Archidioecesis alicuius celebrari possunt et a Religiosis exemptis in suis Ecclesiis, 623 — de missis de requiem et orationibus, diebus privilegiatis, casus, 665 — dies privilegiati pro Missis defunctorum, 666 — in praesenti disciplina dies privilegiati pro Missis lectis in die obitus magis extenduntur quam in antiqua, 667 — etiam circa Missas de requiem cantatas et solemnes disciplina praesens immutata est, 668 — inter anniversaria stricte aut late sumpta adnumerari non posse videtur illud, quod in futurum statuatur pro die quodam mobili, feriae hebdomadae respondentis, in qua obitus alicuius acciderit, ibid. — nova Rubrica, num. 2, de Missis pro die obitus seu depositionis intelligi debet de unica vice, pro primo nempe die liturgice non impedito ab illo obitus ad secundum post sepulturam, 671 — in quo consistat nova Rubrica de unica Oratione in missis de requie, 672 — differt ab antiqua in hoc quod Rubrica recens praecipit ut in Missis quotidianis sive lectis sive cum cantu, plures sunt dicendae Orationes, 672 — iudicium de singulis prout in casu, ibid. — Missa de requiem cum cantu bis vel ter infra hebdomadam indulta extra Octavas privilegiatas, utrum dici possit infra Octavam Nativitatis D.ni, quaestio, 704 — Missa de Requiem cum cantu, prohibetur in se infra Octavam Nativ. D.ni, ibid. —*

attentis *Decreto Vercellensi* et *solis principiis Liturgiae ordinariis* istae Missae infra dictam Oct. *prohibentur ratione specialis interdictionis*, 705 — eadem conclusio habetur si Octava Nativ. D.ni *conferatur cum Octavis privilegiatis*, 706 — consequitur ex dictis *posse fieri ex indulto*, quod iure positivo illicitum est, Missas nempe de quibus *quaestio celebrari ex indulto posse in praefata Octava*, 707 — V. *Confiteor*.

**Mozzeta**, V. *Rocchetum*.

## N

**Nativitas D.ni N. I. C.**, de consuetudine quadam circa processionem cum *Simulacro D. Infantis in Nocte Nativ. Dni*, *quaestio*, 401 — licita est, *independenter a ratione temporis Missae*, dicta processio, 402 — licita quidem est *Divini Infantis in loco Altaris principe collocatio*, 403 — reprobatur consuetudo hanc processionem faciendi *post intonationem hymni « Gloria in excelsis » ipsum hymnum abrumpendo*, *ibid.* — ista consuetudo *Missalis Rubricis adversatur*, 404 — ubi aliqua conceditur interruptio durante missa facienda, *semper inter duas preces fit*, *ibid.* — nullus Liturgista *hanc hymni angelici interruptionem recognoscit*, 405 — a Solutore processionem hanc fieri posse concluditur *vel ante Matutinum*, *vel post Te Deum ante Missam*, 405 — V. *Missa solemnis*, *Pluvialistae*.

**Nocturnus** unus tantum dicendus *a Monachis Neosubdiaconis vel neodiaconis*, si in ipsorum breviario feria *duos nocturnos habeat*, 519 — post acceptum obitus nuntium *currentis feriae Nocturnus recitatur*, 676.

**Nomen**, Concionatores iuxta praxim fere universalem, *cum saepe pronuntiare debent SS. Jesu aut Mariae Nomen*,



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



Corp. Chr. uti Missae votivae, *prohibitae sunt Missae de semiduplici et de simplici*, 685.

**Officia et Missae ex indulto**, quae alicubi dicuntur, *uti concessa dicenda sunt*, 167.

**Officia simplificada**, officium simplex illud est, *quod tribus lectionibus constat*, 524 — a simplici derivat simplificatum hoc est *redactum ad instar simplicis*, *ibid.* — officium simplex *est infimi ritus, ita et simplificatum, ibid.* — officium simplificatum *non est proprie officium, sed eius supplementum, ibid.* — in quo consistit dictum supplementum, 525 — simplex et simplificatum *duae res sunt plane diversae, quae proinde diversis quoque iuribus gaudent, ibid.* — iura officii simplicis, *ibid.* — iura simplificati, 526 — commemoratio simplicis et commem. simplificati *non sunt eiusdem conditionis, ibid.* — duabus extantibus commem. agendis, quarum altera pertinet ad officium simplex, altera ad simplificatum, *illa praecedentiam habere debet*, 527 — obiectio, *ibid.* — responsio 528 — ex depressione ritus *derivat amissio iuris, sicut ad Matutinum et Laudes ita ad Vesperas, ibid.* — minus recte dicitur, *quodvis officium habens solam commemorationem ad Vesperas esse simplificatum*, 529 — aliud argumentum e Rubrica desumptum probat *officia simplificada inferioris esse conditionis quam officia duplicia, vel semiduplicia, atque etiam simplicia, 530* — simplificada *inferiora sunt dictis officiis in concurrentia, quia in occurrentia eorum ritus depressus fuit, et iura sua amisit, inter quae illud potissimum concurrenti, ibid.* — explanatur obiectio, 531 — *consectaria aliqua opponuntur, quae inconvenientia videri possunt, sed talia non creduntur, 532* — principia resumuntur quibus *inhaerere oportet, saltem impraesenti, reformatis Rubricis, 533.*

**Officia votiva**, Canonici in choro *semel officiis rotivis ad*

*libitum regulariter acceptatis*, ab eorum recitatione recedere nequeunt, 58 — neque in recitatione privata in diebus *in quibus legitime a Choro dispensantur*, 59.

**Officium**, Sacerdotes qui spiritualium exercitiorum causa in aliqua domo religiosa morantur, *ad officium domus tenentur*, 512.

**Officium defunctorum funebre**, de quodam *officio funebri* ex consuetudine, 94 — absque indulto *nocturnum prout in casu sub ritu dupl.* dici nequit, *ibid.* — Missa nocturnum sequens ut in casu, *non unam sed tres Orationes habere debet*, 98 — recte *currentis feria nocturnum seligitur, ibid.*; 381' — licite servari posse videtur consuetudo omittendi in Oratione « Deus veniae largitor » verba *propinquos et benefactores*, 99 — de obligatione recitationis officii defunctorum *pro Sacerdotibus ritus Ambrosiani*, quaestio, 338 — V. *Associatio cadaveris*.

**Oratio ad libitum**, tertia oratio ad libitum in semiduplicium Missis *praeceptiva est*, ideo *omitti nequit et delectus cadit in qualitatem Orationis* inter eas, *quae sunt in fine Missalis*, 744.

**Orationes**, de orationibus *dicendis vel immutandis* in Missis quotidianis de Requiem, 701 — de *Orationibus et Sequentia* in Missis *quotidianis* defunctorum, quaestio, 713 — quid ius liturgicum antiquum, quid praesens *super Orationum numero decernat et super qualitate maxime circa primam in quotidianis defunctorum Missis*, 714 — quibus momentis ius vicens cohonestari possit, 719 — quid importet verbum *solemniter* in Decr. N. 1 et Rubrica N. 3 invenitur, 720 — quare pro defunctorum Missis in genere *amplius non liceat secundam immutare Orationem*, *ibid.* — *impar numerus* in orationibus dicendis *commendatur*, 721 — *quomodo seruari impar numerus possit*, cum aliae ad placitum Orationes



praescriptis adduntur, *ibid.* — quid iudicandum ut in casu, 722 — in Missa pro defunctis, si pro duobus dicenda est, *non dicitur Oratio Fidelium Deus*, sed illa *quae plurimum est defunctorum* num. 11 vel 12, 511 — V. *Conclusio Orationum, Missa votiva, Sabbatum Sanctum.*

**Oratio super tumultum**, V. *Missa solemnis de requiem.*

**Oratorium**, Sacerdos facultatem habens celebrandi in oratorio privato, ea uti potest etiamsi in vulgo, ubi oratorium est, Parochus *binandi facultatem habeat* in festis de praeceto sub conditione *si alius Sacerdos non adsit*, 32 — quatenam Oratoria *ut publica*, quatenam *ut privata*, quatenam *ut semipublica* sint habenda, *decr. S. R. C. generale d. d. 23 Ian. 1899*, 206, 690 — utrum Episcopus iure ordinario concedere possit licentiam *plures Missas qualibet die celebrandi* in Oratoriis piarum Communitatum, 67 — ad erigendum aliud necessarium Oratorium in piis Communitatibus *facultas erit a S. Sede obtinenda*, 69 — pro asservanda Eucharistia in Ecclesiis non parochialibus, in Capellis piarum Communitatum et in Oratoriis publicis *implorandum est Indultum a S. Sede*, *ibid.* — Episcopus qui facultatem obtinuerit a S. Sede concedendi suis Sacerdotibus *indultum bis in die festo litandi sacrum*, hac speciali facultate, *in casu necessitatis pro populi bono uti potest*, *ibid.* — plura Decreta super Oratoriis *e nova Collectione expuncta* sunt, 691 — Oratoria publica *cum sint solemniter benedicenda* iuxta recens Decretum generale, ipsorum Titularium festum *quotannis recolendum est sub ritu dupl. 1. classis cum octava*, *ibid.* — dummodo Oratorium sit publici iuris, gaudeatque Rectore, *festum Titularis solemniori ritu ab illo celebrandum est*, 692 — in defectu cuiusvis cleri, *per solas Missas festum Titularis celebrabitur*, *ibid.* — Oratoria semipublica *si sint solemniter benedicta ius habent ad festum Titularis*, 693 — non ita Oratoria



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

*Pontificali Romano non praescribitur, 247 — de paramentorum colore mutando in Benedict. cum Sacramento, quae datur post Vesperas, 512.*

**Pascha, V. Calendarium.**

**Patena**, post Orationem *Libera nos* in Missa et quum deponitur a Sacerdote post Communionem, *necesse non est ut applicetur ad Calicis pedem, 46 — nulla lex stricte praescribit patenas ex argento, 638.*

**Patrocinium S. Ioseph**, in occurso festorum *Patrocinii S. Ioseph. et S. Georgii Patroni*, de primo agendum est, 301.

**Patronus**, de Sanctis Patroni Sociis, quaestio, 488 — quid *Patronus in sensu proprio, 489 — Patronus loci differt a Titulari seu Patrono Ecclesiae, 490 — quomodo antiquitus eligebantur Patroni, 491 — Ordo impraesenti servandus circa Patronorum electionem, ibid. — quomodo se exprimebat Rubrica ante annum 1882, quomodo textus novissime reformatus, 492 — principium separationem atque coniunctionem Sociorum Patroni dirigens, 494 — quomodo in separationis hypothesis se gerere debuerint Calendariorum redactores ante et post annum 1882 circa ritum, 495 — quomodo in celebratione Officii et Missae Sanctorum Sociorum, qui a Patrono vel Titulari seiunguntur, 497 — quomodo Calendarii Redactor prout in casu instruendus, 498 — Patronus loci, si iure consuetudinis in suffragiis commemoratur, eius commemoratio *loco suo iuxta dignitatem ponatur, V. Or. A. Cunctis, Festa solemniora, S. Martinus, S. Stephanus, Titulus.**

**Paulus (S.) Apostolus, V. Commemoratio, Concursus, S. Petrus.**

**Pax** quo ordine danda, 259, 265.

**Pentecostes, V. Vigilia Pentecostes.**

**Petrus et Paulus (SS.)** coniunctim vel separatim *commemorandi sunt* in Vesperis die 30 Iunii, 617.

**Planeta**, planetae *decurtatae* bene stare *pro plicatis* possunt, 42.

**Pluviale, V. Benedictio cum SS. Sacramento, Manipulus, Vesperae.**

**Pluvialistae** in Vesperis solemnibus ante Celebrantem usque ad intonationem primae antiphonae stare debent, 265 — in iisdem Vesperis Pluvialistae Psalmos in medio Chori ante altare intonare possunt, *ibid.* — Primus pluvialista, qui Celebrantem thurificavit, et omnes de Choro thurificare potest, *ibid.* — Pluvialistae thurificari debent ab eo, qui Canonicos incensat, statim post eos, *ibid.* — non est conforme Caeremoniali usus Pluvialistarum pro antiphonis et psalmis praecintonandis in Missis solemnibus, *ibid.* — V. Vesperae.

**Pontificalia**, in associatione Episcopi ab aede Episcopali ad Ecclesiam, quum Pontificalia peragit, non est facienda processio, sed servandus Ordo in Caeremoniali praescripto, 211.

**Postcommunio** Missae in festo SS. Nominis Iesu ad Deum Patrem dirigitur, 255.

**Praecedentia**, de praecedentia in repositione festorum casus, 286 — aliqua praenotanda, 287 — quid *occurentia*, quae nam *perpetua* et quae nam *Temporanea*, 288 — quid *translatio*, *repositio* vel *assignatio*, *discrimen* inter *translationem* et *repositionem*, *ibid.* — ordo praecedentiae festorum in casibus *occurentiae*, iuxta antiquam Rubricam, 289 — de festis *primariis* et *secundariis*, decretum Generale, d. d. 2 Iulii 1893, 299 — de praecedentia inter festa *fixa* et *mobilia*, 291 — ordo praecedentiae festorum in praesenti servandus ab omnibus iuxta *decr. Gen. d. d. 11 Dec. 1897*, 291 — hic ordo tenendus est in *occurentia tam perpetua quam temporanea*, 291 — ante novas Rubricas non aderat lex stricte dicta *perpetuo reponendi festa quotannis impedita*, sed *existebat regula quaedam generalis etiam ante Generale decretum*, 292 — an Albertus, prout in casu, fuerit in sua agendi ratione probandus vel censura

notandus, 293 — de *festis et octavis* inter se concurrentibus *eorumque praecedentia* quaestio, 354 — differentia inter antiquas et novas Rubricas *quod attinet praecedentiam in concursu semiduplicium cum diebus infra octavam et dupl. cum die octava et vicissim*, 355 — *Catalogus festorum primariorum*, 356 — cuinam ratio faveat ut in casu, 357 — duplex maius cum die octava occurrens *praecedentia gaudet, exceptis diebus octavis festorum primariorum D.ni*, 358 — animadvertenda *quoad octavas festorum secundariorum, ibid.* — quomodo intelligenda verba *ceteris paribus et ceteris non paribus* prout in casu, 359 — festum fixum prae mobili et magis proprium prae minus proprio, quae duo festa in occurrentia, ceteris paribus, praecedentia pollent iuxta Rubr. gen. Brev. *non eadem gaudent in concurrentia*, 421 — V. *Concursus*.

**Praecedentia in processionibus**, V. *Sodalitium a SS. Sacramento*.

**Praefatio**, V. *Organum*.

**Praesentatio B. M. V.**, de Praesentationis festo sub ritu dupl. mai., *cum feriacione in Borussia, impedito et transfereundo*, 362.

**Preces a Leone Pp. XIII praescriptae omitti non debent in Missa votiva SS. Cordis Iesu**, etsi benedictio cum SS. Sacramento impertienda sit, 516 — praedictae preces *in omnibus Missis dici debent, quae non sint cum cantu vel conventuales, ibid.* — de *quarundam precum origine*, 541.

**Presbyter assistens**, celebrante Pontificaliter E.po suffraganeo ad faldistorium *ei adstare debet cum Epistolam et Evangelium legit*, 281 — Presbyter assistens in initio Missae sollemnis *sistere se debet ad dexteram Celebrantis*, 356 — infra cantum *hymni Angelici et Credo sedet ad sinistram Subdiaconi in scabello separato, ibid.* — tolerari nequit consuetudo ut *Presb. ass. se transferat cum Celebrante in cornu Epist. ad cantum Evangelii, ibique stet a sini-*



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



notandus, 293 — de *festis et octavis* inter se concurrentibus *eorumque praecedentia* quaestio, 354 — differentia inter antiquas et novas Rubricas *quod attinet praecedentiam in concursu semiduplicium cum diebus infra octavam et dupl. cum die octava et vicissim*, 355 — *Catalogus festorum primariorum*, 356 — cuinam ratio faveat ut in casu, 357 — duplex maius cum die octava occurrens *praecedentia gaudet, exceptis diebus octavis festorum primariorum D.ni*, 358 — animadvertenda *quoad octavas festorum secundariorum, ibid.* — quomodo intelligenda verba *ceteris paribus et ceteris non paribus* prout in casu, 359 — festum fixum prae mobili et magis proprium prae minus proprio, quae duo festa in occurrentia, ceteris paribus, praecedentia pollent iuxta Rubr. gen. Brev. *non eadem gaudent in concurrentia*, 421 — V. *Concursus*.

**Praecedentia in processionibus**, V. *Sodalitium a SS. Sacramento*.

**Praefatio**, V. *Organum*.

**Praesentatio B. M. V.**, de Praesentationis festo sub ritu dupl. mai., *cum feriacione in Borussia, impedito et transferendo*, 362.

**Preces** a Leone Pp. XIII praescriptae *omitti non debent in Missa votiva SS. Cordis Iesu*, etsi benedictio cum SS. Sacramento impertienda sit, 516 — praedictae preces *in omnibus Missis dici debent, quae non sint cum cantu vel conventuales, ibid.* — de *quarundam precum origine*, 541.

**Presbyter assistens**, celebrante Pontificaliter E.po suffraganeo ad faldistorium *ei adstare debet cum Epistolam et Evangelium legit*, 281 — Presbyter assistens in initio Missae sollemnis *sistere se debet ad dexteram Celebrantis*, 356 — infra cantum *hymni Angelici et Credo sedet ad sinistram Subdiaconi in scabello separato, ibid.* — tolerari nequit consuetudo ut *Presb. ass. se transferat cum Celebrante in cornu Epist. ad cantum Evangelii, ibique stet a sini-*

*stris Celebrantis versus Diaconum, ibid.* — dum Diaconus bursam cum corporali ad altare defert *assurgere non tenetur sicut Subdiaconus, ibid.* — Presb. ass. *incensari debet ante Subdiaconum, ibid.* — pacem recipit a Celebrante et dat Diacono, *ibid.* assistente E.po cum pluviali et mitra vel cappa magna, *pacem recipit a Presbytero assistente E.pi, ibid.* — post concionem habita coram E.po in Throno assistente, *Presb. ass. non debet neque potest se locare in plano cum palmatoria a sinistris Diaconi, dum hic confessionem cantat ex libro, 284, 352* — V. *Ministri sacri.*

**Pretiosissimus Sanguis,** V. *Concursus.*

**Privilegium binandi,** V. *Oratorium privatum.*

**Processio,** V. *Nativitas D.ui.*

**Publicatio festorum mobilium,** V. *Festa mobilia.*

**Publicatio indulgentiarum,** V. *Indulgentiae.*

**Pyxis** cum particulis pro communionem in Missa solemnem consecrandis *ad altare deferenda est per Subdiaconum, 110* pyxis *per aeditum vel per clericum ad altare deferri, et ab altari ex inducta consuetudine reportari potest, 671.*

## R

**Redemptor SS.,** de solemnem Conventu in Redemptoris obsequium a *Societatibus Catholicis Romanis Romae habito, 543,*

**Regulares** si Episcopi fiant, *habitus suae Religionis colorem retinebunt in vestitu praelatio, et illis interdicitur usus cuiusvis ornamenti coloris violacei, 689* — nunquam utentur Roccheto, *ibid.* — V. *A Cunctis, Chorales, Confessiones, Missae lectae de Requiem.*

**Reliquiae,** Reliquiis in altari *etsi ad ornatum et infra candelabra expositis, accendi possunt candelae, 740* — Reliquiarum expositio vel depositio publice in Ecclesiis, *ea qua decet veneratione, peragenda est, 743.*

**Repositio,** V. *Praecedentia.*



**Reservatio** Episcopi Ordinarii, qua sibi potestatem reservat absolvendi confessarium, *qui sui complicitis confessionem audit, licet absolutionem neque det neque simulet*, non tenet, 661.

**Responsorium pro defunctis**, consequenter et absolutio independenter a Missa, *certe haberi potest*, 382 — V. *Absolutio in Missis defunctorum*.

**Rocchetum**, Canonici amictum supra Rocchetum induere possunt *si ex privilegio eius usum habeant*, ex lege enim soli *Praelati saeculares* id possunt, 686 — Rocchetum *manicas augustas habere debet* et Episcopus *extra suae iurisdictionis locum* illud per Mantelletum cooperit, quum *sola Mozeta Roccheto imposita iurisdictionem indicet*, 689 — V. *Administratio Sacramentorum, Regulares*.

**Rosarium (SS.) B. M. V.**, de praeminentia festi SS. *Rosarii* prae altero *S. Angeli Custodis Nationis*, 171 — obiectiones contra sententiam *Ephem. liturg.*, *ibid.* — explanatur obiectio desumpta ex eo *quod allegata ab Ephem. decreta e nova Collectione sint expunta*, 173 — sententia *Ephem. contraria probari non potest ex expunctione*, 174 — non valet ratio *quod unum festum contineatur in alio*, 175 — difficultati respondetur a Dissidente propositae, *quod nempe Angelus Nationis Custos alius est ab Angelo personae custode*, 176 — infirmatur argumentum *ex Tutelaris denominatione* deductum; 177 — *Ephem. sententiam sat validis argumentis communiri concluditur*, 178 — aliqua *de festorum identitate*, *ibid.*

**Rubricae**, V. *Concurrentia, Hymnus, Occurrentia, Praecedentia, Titulus, Translatio*.



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

praescriptis *e presbyterio recedant et in loco separato extra balaustrium mancant*, 511.

**Stephanus (S.) Proto-Martyr**, V. S. *Ioannes Evangelista*.

**Stola**, in Communione extra Missam *albi coloris* esse potest, 267, 743 — Concionatoris stola quoad colorem *respondeat officio diei*, et in functionibus *de quibus silet Rituale*, color albus melius congruit, 315 — Stolae usus *pro Parochis Missae solemni in Choro adstantibus* consuetudine favente, non videtur improbandus, 517 — Stolae usus a consecratione ad consummationem pro Sacerdote Neopresbytero assistente, est fere communis, 517 — improbatur in Episcopis *consuetudo stolam deferendi ab aula episcopali ad Ecclesiam et viceversa*, *ibid*, — V. *Administratio Sacramentorum, Benedictio cum SS. Sacramento*.

**Subdiaconus** in Sacerdotis defuncti absolute praesente cadavere, *sistere debet cum cruce inter feretrum et altare*, 28 — qui *tonsura saltem initiatus non est*, non potest in Missa licite exercere officium Subdiaconi, 99, 389 — ubi consuetudo adest *Episcopum caligis et sandaliis induendi per cubicularium*, dummodo Subdiaconus assistat servari potest, 211 — Canonicus Subdiaconus *celebrante Pontificaliter E.po suffraganeo* Missale apertum sustinere debet, *dum E.pus Epistolam et Evangelium legit*, 281 — ampullae in Missis solemnibus *a Subdiacono semper ministrari debent*, 350 — V. *Crux processionalis, Ministri sacri, Pyxis*.

**Superiores Regularium**, V. *Confessiones*.

**Symbolum** in festo Titularis Eccl. Cathedr. *in omnibus diocesis Ecclesiis* dicendum est, 161 — et in festis *Constitutarium aequae principalium*, 162 — V. *Credo*.

## T

**Tabernaculum**, super tabernaculo, quae in illius ornamentum sunt apponi possunt, 586.

**Tempus medium**, V. *Horologium*.

**Thronus**, Episcopus dioecesis gaudet iure cedendi thronum suum alteri Episcopo cum Rmorum Canonorum assistentia sibi debita, dummodo Epus invitatus non sit eius Coadiutor, aut Auxiliaris, aut Vicarius Generalis, aut etiam Dignitas seu Canonicus in ipsius Ecclesiis, 427, 688 — Episcopo extraneo genuflexiones debentur si throno utatur, *ibid.* — Purpurati Patres extra Urbem ius ad thronum in Pontificalibus semper habent, 688 — de intelligentia Decr. Gen. 12 Ian. 1899 super cessione throni, 727.

**Thurificatio**, quo ordine facienda, 259, 265, 636 — in Ecclesiis, ubi alternativa chori habetur, incipienda est a parte chori, in qua Chori tabella reperitur, 573 — V. *Ductus, Festa mobilia, Incensatio, Thus.*

**Thus** in benedictione cum Reliquiis sive Sanctorum, sive etiam SS. Crucis, *benedicendum est, non vero in benedictione cum SS. Sacramento*, 170 — Sacramento in expositione thus adoletur *cum in throno collocatum sit, et ad Genitori*, 517 — nulla lex vetat ut thus adoleatur *antequam in throno collocetur, ibid.* — pro thuris impositione V. *Missa sollemnis de Requiem.*

**Tintinnabulum**, adhiberi nequit in Missa *cymbalum dictum Indorum Orientalium* pro tintinnabulo, 278.

**Titulus**, circa recentem vocis *Tituli* additionem in Rubr. Brev. Rom. casus, 12 — quid sub *Patroni* nomine veniat, 13 — quid sub nomine *Tituli*, 14 — liturgicum praecipuum discrimen Patronum inter et Titulum, 15 — Patroni loci commemoratio *facienda non est*, quoties

praescriptis *e presbyterio recedant et in loco separato extra balaustrium* mancant, 511.

**Stephanus (S.) Proto-Martyr, V. S. Ioannes Evangelista.**

**Stola**, in Communione extra Missam *albi coloris* esse potest, 267, 743 — Concionatoris stola quoad colorem *respondeat officio diei*, et in functionibus *de quibus silet Rituale*, color albus melius congruit, 315 — Stolae usus *pro Parochis Missae solenni in Choro adstantibus* consuetudine favente, non videtur improbandus, 517 — Stolae usus a consecratione ad consummationem pro Sacerdote Neopresbytero assistente, est fere communis, 517 — improbatur in Episcopis *consuetudo stolam deferendi ab aula episcopali ad Ecclesiam et viceversa, ibid.* — V. *Administratio Sacramentorum, Benedictio cum SS. Sacramento.*

**Subdiaconus** in Sacerdotis defuncti absolute praesente cadavere, *sistere debet cum cruce inter feretrum et altare*, 28 — qui *tonsura saltem initiatus non est*, non potest in Missa licite exercere officium Subdiaconi, 99, 389 — ubi consuetudo adest *Episcopum caligis et sandaliis induendi per cubicularium, dummodo Subdiaconus assistat* servari potest, 211 — Canonicus Subdiaconus *celebrante Pontificaliter E.po suffraganeo* Missale apertum sustinere debet, *dum E.pus Epistolam et Evangelium legit*, 281 — ampullae in Missis solemnibus *a Subdiacono semper ministrari debent*, 350 — V. *Cruces processionalis, Ministri sacri, Pyxis.*

**Superiores Regularium, V. Confessiones.**

**Symbolum** in festo Titularis Eccl. Cathedr. *in omnibus diocesis Ecclesiis* dicendum est, 161 — et in festis *Constitutarium aequae principalium*, 162 — V. *Credo.*



**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# HISTORY

Tens of thousands of important historical sources, many previously unobtainable, are now available for the first time with a Forgotten Books Full Membership.

Unlimited Access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies



Titulus commemorari debet, 18 — verba Patronus vel Titulus Ecclesiae in peculiari Rubrica, *sensu diviso* intelligenda sunt, 21 — consuetudo commemorandi etiam loci Patronum, *ubi viget, servanda est*, 24, 517 — objectiones solvuntur prout in casu, 25 — de officio Titularis Eccl. Seminarii ex parte Rectoris, *qui et Archipresbyter est Cathedralis*, casus, 151 — Rector Archipresbyter, de quo in casu, *ad officium Titularis sub ritu dupl. I cl., et per se etiam cum octava tenetur*, 152 — dictus Archipresbyter ad officium Titularis tantum in die festo tenetur, *ad eius octavam teneri non videtur arctiori inspecto vinculo quo Cathedrali Ecclesiae ligatur*, 153 — Seminaristae in sacris constituti ab officio Titularis Eccl. non eximuntur, sed neque Professores, nisi sint alio alteri Ecclesiae vinculo obstricti, *ibid.* — Parochus Ecclesiae, cui materialiter Seminarii Ecclesia subiacet *ad nihil tenetur*, 154 — Titularis aut Patroni festum infra octavam Epiphaniae occurrens, *cum octava celebrandum est*, 303 — de ritu festi Titularis duplici parociae unitae, *quae non est amplius*, 366 — de die proprio festi Titularis, 732 — V. A Cunctis, Festa lemniora, S. Ioannes Ev., S. Martinus.

**Translatio**, in officiorum translatione pro prima die libera dies etiam infra communem octavam computandi sunt, 40 — V. Praecedentia.

## U

**Uinctio** ab Episcopo Ecclesiam consecrante facienda est *ad modum crucis in partibus lateralibus stipitum portae*, ubi duae cruces insculpuntur, 641.

## V

**Velum humerale**, V. *Benedictio cum SS. Sacramento.*

**Veni Creator**, eius doxologia *semper eadem esse debet*, 741.

**Vesperae**, in Vesperis ut in casu persolvendis, *Episcoporum Caeremoniale* servari debet, 421 — Celebrans Pluviale *ad Capitulum assumere nequit*, 422 — Pluvialistae Celebranti *altaris thurificationem facienti* assistere debent, *ibid.* — Commemorationes *in cantu* persolvi debent, *ibid.* — in Quadrag. omnes de Clero choro addicti, *ieiunent vel non*, ad *Vesperas anticipandas tenentur*, 457 — V. *Octava.*

**Vicarius Apostolicus** salvo meliori iudicio *absolutionem post Missam de Requiem ab alio celebratam agere potest*, 162.

**Vigilia Assumptionis**, V. *Immaculata Conceptio.*

**Vigiliae cum ieiunio** ratione ieiunii *colorem violaceum ferunt*, 639 — in Missis privatis *Vigiliae Pentec. Missa sine Prophetiis legitur*, 739.







**THIS PAGE IS LOCKED TO FREE MEMBERS**

Purchase full membership to immediately unlock this page

# Get Smart

Over 2,000 years of  
human knowledge in  
797,885 volumes

Instant access  
\$8.99/month

**Continue**

\*Fair usage policy applies

# MONITUM

---

Enixe rogamus eos, qui consociationis Ephemeridum pretio nondum fecerunt satis, ut quam primum munus suum adimpleant. Eos autem enixius rogamus e venerabilibus Consociatis, qui aliter quam enumerata pecunia satisfaciunt, ut infra mensem Ianuarium 1900, pro anno 1899, si nondum fecerint, authenticum ad nos mittant de peracta satisfactione documentum, cum nostra ipsorumque conscientia oneretur. Pro anno autem 1900 petitionem *omnino* renouent, et quantocius praefatum documentum mittant, ita enim et non aliter pro Consociatis habere eos possumus.

Item rogamus illos, qui vel antiquam renovare, vel novam accipere Consociationem velint pro anno 1900, ut quantocius id faciant; eosque simul monemus, modum facilem securumque recipiendi, congruo tempore Ephemerides, uti et responsa super quavis re, vitandique incommoda, quae in dies eveniunt, esse unicum, videlicet: directe apud nos subscribere, et Epistolas ad nos tantum dirigere. Quae tamen oramus ut vel italica, vel latina, vel gallica ad summum, non alia, lingua conscribantur; et subscriptionis nomen, agnomen, patriam una simul cum numero, sub quo Ephemerides recipiunt, uti et dubia ac reliqua negotia, clara perspicuaque scriptura notent.

Tandem rogamus quotquot fasciculum aliquem suo tempore non recipiunt, ut statim repetant tum a publicis tabellionibus (vulgo *posta*), quibus fideliter eos committimus perferendos; tum a nobis alterum accepturi. Quod si sero et post non paucum temporis id faciant, periculo se exponunt amplius eos non accipiendi. Non parvas enim expensas, praeter amissionem fasciculorum, hac ratione sustinere cogimur; ad quas non adstringimur.